BIBLIOTHECA
Historico-Philologico-
THEOLOGICA.
Classis Quintæ
FASCICULUS PRIMUS.

AMSTELODAMI,

Apud SAMUELEM SCHOONWALD.

M. DCC. XXI.

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino

LANGELLOTO,

Divina permissione

EPISCOPO OXONIENSI,

Magnæ Britanniæ

PARI,

Viro religione, doctrina, humanitate

eminentissimo,

Hunc

Hunc

BIBLIOTHECÆ

Hujus

FASCICULUM

inſcribit, & hanc veluti tabulam ſummi cultus, atque obſequii cum fortunatorum ſucceſſuum, intemeratæque felicitatis voto ſuſpendit,

EJUSQUE ERGA HOC INSTITUTUM favorem, opem, auxilium implorat

Dignitati ejus meritisque valde devotus

EDITOR.

In hoc fasciculo collecta sunt:

I. GER-

I.

Σὺν Θεῷ.

G. OUTHOVII

Brevis delineatio MONARCHIÆ primæ seu ASSYRIACÆ,

ad rectam intelligentiam variorum locorum ſacri codicis, aliorumque profanorum hiſtoricorum.

ARGUMENTUM.

§. 1. Non temere credendum, quod ab hiſtoriographis narratur. Studium hiſtoricum ac chronologicum moleſtum. §. 2. Labore tamen improbo multæ difficultates ſuperantur. 3. Qui labor omnibus Theologis impendendus eſt. §. 4. Plurimi ſcriptores ſtatuerunt Ninum filium fuiſſe vel

Beli, vel Nimrodi. §. 5. Qui Ninus ante tempora Abrahami longe latéque imperii sui terminos extendisset. §. 6, 7. Verum hæc omnia falsa esse ostenditur ex tenuibus imperiorum initiis, uti & ex historia Abrahami, quæ legitur *Gen. XIV.* 1. *&c.* §. 8. Ninus non fuit filius Nimrodi aut Beli ob nimis magnum διάστημα temporis inter illos. §. 9. Vidit hoc Cel. *Perizonius.* Promittitur auctoris commentarius in librum Jonæ, §. 10. in quo explicabitur fusius locus *Gen. X.* 11. cujus explicationis contenta hic proponuntur. §. 11. Reges in Assyria & Babylonia ad Ninum. §. 12. Ninus vixit post Sesostrin. §. 13. Sesostridis ætas. §. 14. Nini ætas tempore Judicis Tholæ. §. 15. Ninus Assyrius occupat Babyloniam. §. 16. Quare historici a Nino incipiunt. §. 17. Quia ante Ninum nil certi scivere. §. 18. de Semiramide. §. 19. reliqui reges usque ad Sardanapalum non tot annos regnarunt, quot vulgo dicitur. §. 20. cum Sardanapali interitu non exspiravit Monarchia Assyriaca. §. 21. sed divisa est tripliciter. Proponuntur omnes reges Medorum, Assyriorum, ac Babyloniorum usque ad Cyrum. §. 22. Demonstratur vera Nini ætas, quæ incidit in annum 13tium Judicis Tholæ. §. 23. Proponitur tabula collationis Chronologiæ sacræ cum annis regiminis Assyriorum. §. 24. Collatio æræ Nabonassari cum Historia Sacra.

§. I.

QUum primum animum ad studia humaniorum literarum appuli, id mihi negotii credidi semper dari, ut non temere crederem omnia, quæ ab antiquis ac recentioribus seu historiographis nobis sunt tradita scriptisque consignata; sed ut tam diu dubitarem, judiciumque meum suspenderem, donec ex diligenti lectione ac seria collatione

tione verborum tam ſacrorum, quam profanorum ſcriptorum tandem aliquando veritatem ſplendeſcere viderem. Certiſſimum enim eſt, nullum ſtudium magis obnoxium eſſe moleſtiis ac difficultatibus laboribusque inextricabilibus, quam ſtudium hiſtoricum ac chronologicum. Et licet aliquis Herculeâ polleret audaciâ, eâque cum Trogo Pompejo orbem terrarum aggredi videretur, ut ipſius Epitomator Juſtinus in præfatione loquitur, opus quidem ardui laboris in ſe ſuſciperet, nunquam tamen ſuperaret omnes illos montes ac ardua difficultatum, quas hic obvias haberet, quæque vel plane inſuperabiles, vel omnino, inſtar nexus loramentorum jugi Gordii regis Phrygiæ, inexplicabiles inſolubilesque esſent.

§. 2. Verumenimvero, ut labor improbus omnia vincit, ſic aſſiduâ diligentiâ, attentâ lectione ac accurata collatione ſcriptorum Ethnicorum cum biblicis hiſtoriis multas ſuperare arduitates variisque ſpinetis nos extricare poterimus, ſi modo non obiter, ut plerumque fit, ſed aſſiduo labore ac intentis animis evolvamus, perlegamus, imo aliquando relegamus veterum monimenta virorum, & non ſemper contenti ſimus allegatis doctorum, ſed ex ipſis fontibus puram hauriamus lympham.

§. 3. Et uti hic labor, quem plurimi turpi ignavia fugiunt, omnibus Theologis eſt impendendus, ne nimis jejuni more ſeculi noſtri ſanctam conſcendant cathedram, ſed ut ad interpretanda ſacrarum Literarum ac hiſtoriarum Loca, aliàs difficillima, apti fiant: ſic ſemper hanc rem ſeu hoc negotium magnam mei theologici ſtudii partem duxi, adhibita ope Tyriorum exſtruere templum Dei, & ex ipſis tenebris Lucem veritatis

eruere. Ita tamen, ut nunquam arbitratus ſim, me injuriam facere bonis auctoribus, cum eorum errores aut μνημονικὰ ἁμαρτήματα ſubinde indicem: nihil enim magis hominis eſt, quam labi; imo intereſt communium ſtudiorum, ut notentur aliquando ſcriptorum σφάλματα, & ut magnorum virorum auctoritas, aut inveterata opinio neminem incautum habeat teneatque.

§. 4. Sed ut ad ſcopum, quem jam collineo, perveniam, quæ opinio magis invaluit, & quæ res magis auctoritate magnorum virorum, taliumque etiam qui hiſtoriarum palæſtram pancratice exſudarunt, fulcita ac corroborata eſt, quam quod Nimrod auctor ſit primæ Monarchiæ, id eſt, æque Aſſyriacæ quam Babylonicæ, quodque Belus, aut ſaltem Ninus, ipſius fuerit filius. Ita Pſeudo-Beroſus Annii Viterbienſis, Nimrodum vel Nymbrotum primum facit Babyloniæ regem, ejus filium Jovem Belum ſecundum, & hujus iterum filium Ninum, tertium in prima illa Monarchia regem. Ita poſtea alii celebres Chronologi ac hiſtorici ſcripſere, ut Euſebius, Otto Friſingenſis, Calviſius, Alſtedius, Sleidanus, David Pareus, Ubbo Emmius, Antonius Coccius Sabellicus, Petrus Gregorius Tholoſanus, Pezelius, Gutberletus aliique. Et licet Euſebius primum Aſſyriorum regem dicat Belum, ejus filium tamen quoque appellitat Ninum, in cujus regni annum quadrageſimum tertium ponit primum annum Abrahami Patriarchæ. Doctus ille Jeſuita Petavius libro de Doctrina temporum l. 9. *c.* 13. Ninum quidem pro nomine Gentilitio ſumit, quaſi Moſes dixiſſet *Gen.* 10 : 11. *de terra Sinear egreſſus eſt Aſſur*, id eſt, Aſſyrius Ninus, *qui Niniven ædificavit.* Verum non cogitavit, tum legi debere non אשר, *Aſſur*, ſed אשורי *Aſſyrius.*

rius. Et contradicit sibi Vir doctus, cum in Rationario temporum *lib.* 1 *cap.* 2. *pag. m.* 7. Ninum expresse Beli filium dicit: concedit quidem Nimrodum esse ipsissimum Belum, in eo tamen cum omnibus perperam scribit, hujus Beli seu Nimrodi primique Assyriorum regis successorem post quinque & sexaginta annos fuisse Ninum, a quo conditam Niniven dicit. Sic in eodem luto erroris hærebat quoque Horatius Tursellinus, qui *in Epitom. hist. lib.* 1 *cap.* 3. quidem scripsit, Nembrothum fortasse eundem fuisse ac Belum, *constat tamen*, dicit, *Belum in Assyria regnasse primum anno circiter* 1850. *a mundo condito, regnum obtinuisse annos* 65 addens, *nihil memoria dignum gessisse.* Non mirum: quia talis Belus distinctus a Nimrodo tunc non fuit in rerum natura. Facit tamen idem Tursellinus Ninum Beli filium ac conditorem urbis Ninives, qui regnasset annos 54. Cum Ubbo Emmius dicit, Ninum regnasse annos 52, *in Canone Chronico pag.* 135, *&* 137. ubi porro tradit, eum condidisse Ninum seu Niniven, fuisseque eundem, quem Moses Assurem vocavit; ita enim fatur, *Ninus Assyriorum rex, Assur dictus Mosi, ut putat Josephus Scaliger.* Ecce! sic fabulis pascunt nos Viri docti. Si Ninus Nimrodi filius fuerit & per consequens Babylonius, quomodo tum Assyrius vocari potest? Certe, quis non videt, omnia hæc esse confusa ac contradictoria? Cl. A. *Le Grand* Ninum & Nimrodum confundit, omnia enim, quæ alii de Nino narrant, hic de Nimrodo refert, qui urbem Niniven condidisset, & cujus uxorem Semiramidem dicit, in Hist. sacra lib 2. §.8.9.10.11. Alii quidem asserunt Niniven primùm conditam esse ab Assure, ut Micrælius, Matthias Sleidanus aliique hac in parte veritatem defenden-

 tes,

tes, in eo tamen cum supra nominatis errant, Ninum successisse Belo vel Nimrodo.

§. 5. Verum si quis attenta mente & depositis præjudiciis rem perpenderit, statim animadvertet, omnes hos viros nobis plane incredibilia narrare. Nam Sleidanus refert, Belum Nimrodi filium omnem agrum in Sarmatiam usque Europæam occupasse, ac bellum fecisse Sagarum regi Sabatio, quem non ipse quidem, eo quod morte præpediretur, sed ipsius filius Ninus oppressit, qui Ninus productis longe lateque finibus, Monarchiam primus omnium cœpit. Sic Nicolaus Gurtlerus, in docto libro de Originibus Mundi *lib.* 1. *cap.* 7. §. 35. de Nino, quem quoque Nimrodi aut Beli filium ac successorem cum aliis perperam facit, ait, ipsum totius orientis populos subegisse, Bactrianos vicisse, ac quæsitæ dominationis magnitudinem continua possessione firmasse, teste allegato Justino *lib.* 1. *cap.* 1. Et si Berosum, quem Logodædalum agens Annius edidit, legamus, videbimus, temporibus Beli & Nini extitisse jam varia fundata regna, & quidem permagna, quæ tamen plurima subegisset Ninus. Imo ex Diodoro Siculo, quem apud Græcos desiisse nugari Plinius in præfatione Hist. Nat. ad Vespasianum Imp. dicit, discimus, Nini tempore floruisse magnum ac potentem regem Arabum, nomine Ariæum, cujus ope Ninus varios alios reges impotentissimos, ut Barzanem regem Armeniæ, Pharum regem Mediæ, imo totam fere Asiam, variosque permagnos populos, ac tandem etiam potentissimum illum Bactrianorum regem Zoroastrem, quem Orosius magicæ artis repertorem dicit *lib.* 1. *cap.* 4. superavit. Quid? an hæc omnia falsa dicemus?

§. 6. Sed siste, Lector, incredibilia, imo fal-

sa

ſa hæc omnia dicerem, ſi verum foret, Ninum fuiſſe filium Beli vel Nimrodi, uti plurimi viri docti ſtatuunt. Falſa hæc omnia audacter affero, ſi verum ſit, quod Ubbo Emmius ſcripſerit *Rer. Chronolog. lib.* 5. *pag.* 134. *Ninum primum Monarcham regem Aſſyriorum cœpiſſe poſt diluvium univerſale anno* 252. *ante vocationem Abrahami, &c.* Quis enim crederet ſtatim primo illo tempore tot & tanta exſtitiſſe potentiſſima regna, tantasque urbes undique per orbem conditas ac bene munitas, populosque tam potentes ac numeroſiſſimos in respublicas ac dynaſtias fuiſſe conſtitutos? Unde tam ſubito tot populi, tot urbes, ac regna exſtitere? Ego credo, initia harum urbium horumque regnorum admodum fuiſſe rudia ac tenuia, primasque urbes, ut Thucydides *lib.* 1. *pag. m.* 4. & Heſiodus *in Aſp. vſ.* 18. dicunt, fuiſſe tantum pagos, & reges vel potius regulos illos primos fuiſſe parva poteſtate: uti ex ipſa ſacra conſtat hiſtoria de Abrahamo Patriarcha, qui parva manu, trecentis & duodeviginti vernis, ut cum Pareo ad *Gen.* 14. loquar, exercitum quatuor regum aggredi & profligare potuit, ratio eſt, quia nondum erant tam magni Monarchæ aut reges, quales ſucceſſu temporis cœperunt eſſe; ſed reguli ſeu principes erant, qui civitatem unam vel paucas cum aliquanta hominum multitudine ſuo imperio tenerent, quique, ut cum Thucydide loquar, οὔτε μεγέθει πόλεων ἴσχυον, *nondum magnitudine civitatum validi erant. Thucyd. lib.* 1. *pag. m.* 2. *edit. Stephani* 1588.

§. 7. Certe, ut Dionyſius Halicarnaſſæus, *Antiq. Rom. lib.* 1. *cap.* 1. ubi de priſcis imperiis disſerit, ſtatim in principio dicebat, *nam antiquum illud Aſſyriorum imperium retro ad fabuloſa usque*

 per-

pertingens tempora, modicam quondam Asiæ partem obtinuit, ſic ex ipſiſſima illa hiſtoria Abrahami, ſeu belli quatuor regum debellantium reges Pentapolitanæ regionis, patet clariſſimè regnum Aſſyriacum tunc temporis nondum adeo invaluiſſe, ut perſuadere nobis conantur viri docti, aut fabuloſarum rerum Dædali. Uti enim horum quatuor regum, quos Patriarcha Abrahamus fugavit, unus erat *Amraphel Rex* שנער *Sinear*, i. e. Chaldææ ſeu Babylonis, ſitæ in ea regione, & per conſequens unus ex ſucceſſoribus in regno Nimrodi; alter *Chedor Laomer*, *Rex* עילם *Elam*, ſeu *Elamitarum*, i. e. Perſarum, dictorum ab Elam, Semi primogenito, ſic tertius vocatur *Arioch*, Rex אלשר, *Ellaſar*, τοῖς O Ἐλλασὰρ, Chaldæo Onkeloſo דאלסר, *Elaſar*, id eſt, *Aſſyriæ*: nam nomen אלשר vel אלאשר procul dubio eſt compoſitum ex præfixo אל, & ex אשר, ſecundum quosdam a prima voce שר, *Sar* i. e. *princeps*, vel potius ab אשור, *Aſſur*, filio Semi: unde poſtea אשר vel אסר *Aſar* vel *Eſar* manſit in nominibus variorum Aſſyriorum regum, ut in *Phul-Aſar*, *Salman-Aſar*, *Aſar-Haddon*, *Nabon-Aſar*, *Nabopol-Aſar*, &c. Quare perperam Hieronymus per אלשר *Ellaſar* hic intelligit *regem Ponti*, & Symmachus Βασιλέα Σκυτῶν, *regem Scytarum*; haud enim credi poteſt, populos adeo disſitos unà conveniſſe, ut partem unam Palæſtinæ eamque non admodum amplam invaderent, ut Rivetus recte obſervat *Exercit.* 75. *ad Gen. cap.* 14: 1. Cum igitur Abraham tam exigua manu 318. natis domus ſuæ & quibusdam copiis trium fœderatorum Eſcol, Aner & Mamre, auſus ſit perſequi, imo fugaverit quatuor reges victores, nempe reges Aſſyriæ, Babylonis, Perſarum & Gentium, patet regna illa ea ætate adhuc admodum

dum fuiſſe impotentia ac tenuia, Ninumque tunc temporis nondum tam late, multo minus tot ac tantis populis imperitaſſe, uti fabulantur ſcriptores.

§. 8. Non igitur omnia nego, aut rejicio, quæ Diodorus Siculus & Juſtinus aliique de Nino referunt; ſed nego ac pernego Ninum fuiſſe filium Nimrodi aut Beli: quoniam inter Nimrodum, vel inter Aſſurem, & Ninum nimis magnum fuit διάστημα ſeu intervallum temporis, imo audacter quoque nego, Abrahamum Patriarcham tempore Nini vixiſſe, vel natum eſſe anno regni Nini 41. vel 42. uti ex ὑποθέσει Euſebii Ubbo Emmius & Nicolaus Gurtlerus, Gutberlethus & alii ſtatuerunt, quoniam plus multo temporis lapſum eſt inter Nimrodum & Ninum, & initia Nini Aſſyriorum ac Babyloniorum Monarchæ longe recentiora ſunt, ac vulgo creditur, & a viris doctis traditur, qui omnes hypotheſi ſuæ inſervientes falſo nituntur fundamento, nec ullum veræ rationis proferunt argumentum.

§. 9. Viderunt hoc ante me varii viri docti, inter alios etiam Vir acutiſſimi ingenii Jacobus *Perizonius.* Indicavit hoc in doctiſſimo ſuo opere *de Originibus Babylonicis pag.* 369. uti & *de Ægyptiacis cap.* 17. *pag.* 298. & 506. & fuſius demonſtrare promiſit in libro *de Aſſyriacis pag.* 507. At uti Herodoti opus promiſſum de Aſſyriacis non habemus, ſic hunc Perizonii librum non editum adhuc credo, abſolviſſe tamen Virum Cel. hoc opus, ex ipſius literis reſponſoriis, ad me anno ante obitum ſuum ſcriptis, mihi conſtat: idcirco optaſſem, ut adhuc, ſi fieri poſſet, in orbem literatum extruderetur. Aperte enim confiteor, expectationem ac deſiderium hujus operis promiſſi cauſam quoque moræ fuiſſe commentarii

mei ſemel atque iterum promiſſi in librum Jonæ, qui tamen jam ſub prælo ſudat & tandem lucem videbit.

§. 10. In hoc meo commentario fuſius ago de vero conditore urbis Ninives, quem demonſtro fuiſſe Aſſurem, filium Semi, nepotem Noachi, non vero Nimrodum filium Cus, nepotem Chami, pronepotem Noachi. Idcirco Locum *Gen.* 10: 11. ita cum Perizonio aliisque viris doctis interpretor מן הארץ ההוא יצא אשור ויבן את נינוה, *e terra hac egreſſus eſt Aſſur*, *& ædificavit Ninivem.* Uti & interpretes Græci vertunt, ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης ἐξῆλθεν Ἀσσὺρ καὶ ᾠκοδόμησε τὴν Νινευΐ. Sic textus Samaritanus, ſic Verſio Arabica, Lutheri, uti & noſtrorum Belgarum, aliorumque interpretationes habent. Et ſic totam hanc rem accipio, ſcil. omnes homines, qui tunc in mundo extabant, ac unius labii eorumdemque verborum erant, ac linguam illam primam Hebræam loquebantur, pariter habitabant in terra Sinear, ſeu Chaldæa, uti Moſes clariſſime loquitur *Gen. XI.* 1. 2. & omnes hi homines, dicit Sacer Scriptor *vſ.* 3. 4. dicebant, *Age*, *ædificemus nobis urbem & turrim*, *cujus cacumen adſcendit in cœlos*, *& faciamus nobis* שם *nomen*, id eſt, σῆμα, *ſignum* alte erectum, quod e longinquo videri poteſt: & in quem finem vel uſum? *ne*, dicunt omnes illi homines, *diſpergamur ſuper faciem totius terrae.* Videbantur enim velle conjuncti manere & diſperſionem impedire, idcirco tale altiſſimum ſignum erigebant. Adfuerunt etiam huic ædificationi Noachus, Semus aliique familiæ ſanctæ, quia de omnibus mundi incolis falli neſcius hiſtoricus mundi naſcentis loquitur: licet fortean in hanc ædificationem non conſenſerint, aut manus admoverint. Imo adfuit non

tantum

tantum Nimrodus, quem contra Doctiss. Bochartum demonstro tunc ad minimum fuisse hominem sexagenarium; sed puto illum præcipuum auctorem hujus operis fuisse, imo quidem ἐργοδιώκτην & ἀρχηγέτην. Et sic porro demonstro, Nimrodum non exiisse in Assyriam ut Junius & Tremellius perperam interpretati sunt, sed mansisse eum in terra Sinear post confusionem labii cum suis asseclis, uti Fl. Josephus expresse dicit *Antiq. lib. 7. cap.* ὑπομείνας παρὰ Βαβυλωνίοις ἐτυράννησε, *manens apud Babylonios dominatus est.* Et sic Nimrodus verus auctor ac primus fundator fuit regni Babylonici seu Chaldæi, cultus postea ut *Belus Babylonicus.* Aliæ vero familiæ post hanc γλωσσοσύγχυσιν in alios terræ tractus abierunt, ac sedes quæsiverunt. Sic *Elam* abiit in illum tractum ubi postea habitarunt ipsius posteri *Elamitae*, qui *Persae* dicti sunt, quique Elymaidem & Susianam occuparunt. Et hinc Moses dicit, ex illa terra Sinear, ubi ad hoc tempus omnes Noachidæ conjunctim habitarant, quoque egressum esse *Assurem*, fratrem Elam, filium Semi, qui *Assur* eam terræ partem occupavit, quæ ab ipso nomen *Assyriae* accepit, ubi tunc Niniven ædificavit, & prima fundamenta Assyriaci regni posuit, quare postea cultus est ut *Belus Assyriacus*: & quare Africanus, Eusebius, Servius & alii recte dixere, primum Assyriorum regem fuisse *Belum*, quia Assur ut *Belus Assyriacus* est cultus: sed confundunt Viri docti sæpe pessime *Belum Assyriacum* id est, Assurem, cum *Belo Babylonico*, nempe Nimrodo. Et in hoc Assyris regno post longum temporis spatium, nempe tempore Judicis Tholæ, sequutus est *Ninus*, qui, cum proprie Assyriacus erat, tunc regnum Babylonicum superavit, & sic revera primus Monarcha, tam Assyriaci

quam

quam Babylonici vel Chaldaici regni, fuit. Quæ omnia hic modo obiter tango, quoniam in Commentario in Librum Jonæ hæc fuſius demonſtrata, & rationibus, ut puto, ſufficientibus probata, Lector ſuo tempore videbit, quomodo porro de urbis Ninives ædificatione, exornatu, progreſſu & interitu ibi ago, ac annoto, qui reges ibi ſedem ſuam habuere, quomodo Phulo rege Aſſyriæ, in urbe Ninive Sceptrum tenente, Jonas ibi prædicavit, & tandem quomodo Ninive ſub ultimo rege Aſſyriorum Chynaladano, qui etiam Saracus & Sardanapalus appellabatur, per Cyaxarem regem Mediæ & Nabopollaſſarum regem Babyloniæ ultimis annis Joſiæ regis Judæ funditus everſa ac deſtructa eſt, adeo ut οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, teſte Luciano Samoſata-Syro in dialogo *Contemplantes*, & ut non agnitus ſit locus ubi olim urbs illa magna ac ſanguinaria meretrixque pollens gratia ſedem habuerit, ſecundum vaticinium Nahumi *cap.* 3: 1. 17.

§. 11. Et quoniam hæc omnia lingua vernacula ſeu Belgica conſcripſi, lubet hic Lectori Latino breve σχῆμα totius Aſſyriacæ Monarchiæ a principio ad finem ante oculos proponere, ſimulque veram Nini Aſſyrii ætatem breviter indicare, unde error eorum, qui Ninum Beli vel Nimrodi filium dixere, clariſſime pateſcet.

Noachus,

Semus,	*Japhetus*,	*Chamus*,
Hic genuit anno poſt diluvium 2.		Hic genuit anno poſt diluvium - - - 2

Aſ-

Assur, *Arphaxad* 35. ætat.
|
Zela 30. ætat.
|
Heber 34. ætat.

101.

Cus, ætat. 35
genuit
Nimrod, qui anno, cum *Heber* genuit *Peleg*, vixerat - - 64

101.

Hic *Assur* post γλωσσοσύγχυσιν egressus e terra *Sinear* abiit in *Assyriam*, ubi condidit Niniven, & prima fundamina Assyriaci regni posuit, cultusque est ut *Belus Assyriacus.*

Hic *Nimrodus* post γλωσσοσύγχυσιν mansit in terra *Sinear*, condidit porro *Babylonem*, & prima fundamenta Chaldæi seu Babylonici regni posuit, cultusque est ut *Belus Babylonicus.*

Regnum Assyriacum.

Omnes successores Assuris, seu in regno ab Assure fundato haud noti sunt, nempe quinam ab Assure usque ad Abrahami tempora regnarunt.

Regnum Babylonicam.

Post Nimrodum in regno Babylonico regnassent secundum Syncellum,

1	*Evochus* - -	6
2	*Chomas bolus* - -	7
3	*Porus* - -	35
4	*Nechubes* - -	43
5	*Abius* - -	48
6	*Oniballus* - -	40
7	*Chinzirus* - -	45
8	*Mardocentes* -	45
9	*Non nominatus*	40

10 *Si-*

10	*Sisimordachus*	28
11	*Nadius* - -	37
12	*Parannus* - -	40
13	*Nabonnadus* -	25
		439.

Tempore Abrahami regnavit in Assyria *Arioch*, qui *Gen.* 14: 1. dicitur *Rex Ellasar*, i. e. Assyriæ, ut supra dictum est.

Porro regnavit in Assyria tempore Othnielis Judicis fortean *Cuschan Rischataim*, rex Mesopotamiæ, & regionis ultra Euphratem *Judic.* 3:8.

Verum quoniam hi anni non sufficiunt ad implendum spatium temporis inter Nimrodum & Ninum, nolo pro auctoritate horum regum disputare.

Certum est, tempore Abrahami in Babylonia regnasse *Amraphel*, uti *Gen.* 14: 1. dicitur.

Quinam post Amraphel usque ad Ninum regnarunt, ignoratur.

Tandem successit in regno Assyriaco *Ninus*, qui *Beli* filius dicitur, quia verus successor erat in regno *Beli Assyriaci*, id est Assuris; & qui Ninus victor factus regni *Beli Babylonici*, id est, Nimrodi, ergo

Regnorum Assyriorum ac Babyloniorum primus Monarcha fuit

NINUS.

§. 12. Vixit hic Ninus non tempore Abrahami, ut Eusebius aliique perperam statuêre, sed *aliquandiu*, dicit Cel. Perizonius, *post Sesostridis demum mortem Assyriæ suæ nomen extulit in celebritatem, & magnam partem Asiæ sibi subjecit illius exemplum secutus &c. Orig. Ægypt. Cap.* 17. *pag.* 298. *vide & pag.* 275. 276. 281. ubi demonstrat Vir

Cel.

Cel. hunc Sesostrin vixisse ad tempus servitutis Cananææ, seu quum Israëlitæ adhuc erant subjecti Jabino regi Cananæorum, & quum Sesostris Palæstinam regionem ἀμαχητὶ καὶ εὐπετέως occupabat, uti ex Herodoto constat. Unde non mirum in historia Judicum nullam fieri mentionem victoriæ Sesostridis, qui more ævi antiqui contentus victoria, imperio abstinebat, & non mutabat populorum subjectorum rempublicam, satis habens si tributum sibi penderent, ut ex Justino probatur, qui *lib.* 1. *cap.* 1 expresse dicit, hunc Sesostrin vel Vexorem fuisse antiquiorem Nino.

§. 13. Sunt Viri docti, qui Sesostrin eundem faciunt cum Sesaco, qui vixit tempore Rehabeami, unde sequeretur Ninum post regem Rehabeamum vixisse; sed hoc satis refutatum est a Cel. Perizonio *in Orig. Ægypt. cap.* 8. *&* 9. uti & ab Amplissimo Joh. Henrico Coccejo in doctissima epistola scripta ad Cel. Franciscum Burmannum, & edita anno 1704. ad calcem libri Burmanni, quem scripsit contra Fred. Leenhofium. In qua epistola Vir Amplis. non quidem exacte ætatem Sesostridis annotat, judicat tamen vixisse duobus seculis post erectionem Tabernaculi Mosaici, & ex Usserio notat, ab initio regni Nini usque ad initium belli Trojani fluxisse annos 73. cujus belli initium incidit tempore Protei regis Ægypti, filii Pheronis, nepotis Sesostridis, & qui Proteus Homero *Odyss.* §. 385. dicitur ἀθάνατος Πρωτεὺς Αἰγύπτιος. Post quem, Ramise vel Rhamesse Ægyptiis regnante, Ilium captum dicit Plinius *Hist. Nat. lib.* 36. *cap.* 8. Cum jam ab initio regni Sesostridis usque ad belli Trojani initium fluxerint anni 83. quia Helena rapta ab Alexandro, tempore Protei advenit in Ægyptum, ut Coccejus ex Herodoto demonstrat, sequeretur Ninum anno decimo regni Sesostridis

vixi-

vixiſſe, quia Uſſerius ſtatuit ab initio regni Nini usque ad initium belli Trojani fluxiſſe annos 73. Et ſic Nini ætas in tempora Deboræ incideret.

§. 14. Verum uti Juſtinus *lib.* 1. *cap.* 1. recte Vexorem vel Seſoſtrin antiquiorem Nino dicit, ſic multo probabilius eſt, Ninum vixiſſe circa tempora Judicis Tholæ, qui poſt Deboram, Gideonem & Abimelechum Iſraëlis judicavit anno mundi 2721. ſecundum Calviſium *in Chronolog. pag.* 184. Si jam ſecundum hunc calculum ab annis 2721. abſtrahamus annos 1656. a creatione ad diluvium, & annos 101. a diluvio ad confuſionem linguarum, incideret tempus Judicis Tholæ, circa quod Ninus vixit, in annum poſt confuſionem linguarum nongenteſimum ſexageſimum quartum, hoc modo,

A creatione Mundi ad diluvium	1656
A diluvio ad confuſ. Linguar. -	101
A confuſ. Linguar. ad tempus Tholæ	964
	2721

Unde error eorum patet, qui Ninum Nimrodi filium dicunt, quoniam Ninus fere mille annos poſt Nimrodum vixit. Imo patet hinc error magni Bocharti, quum Phalechi mortem dicit incidiſſe in Nini tempora, *Phaleg lib.* 2. *cap.* 14. Et quod Ninus jam tempore Judicis Tholæ vixit, ſtatim ex defectione Medorum ab Aſſyriis tempore Dejocis & Hiskiæ regis Judæ adhuc clarius oſtendam.

§. 15. Hoc igitur tempore Judicis Tholæ Ninus, Aſſyriorum regnator, Seſoſtridis exemplum ſecutus, magnam Aſiæ partem ſibi ſubjecit, varios populos ſubegit, ut Diodorus Siculus fuſius refert *lib.* 2. *cap.* 1. 2. & magnitudinem quæſitæ dominationis continua poſſeſſione firmans, etiam Babyloniam ſeu totum regnum Chaldaicum ſupera-

ravit, ut & Zoroaſtrem regem Bactrianorum & ſi revera ut primus Monarcha tam Aſſyriaci quam Babylonici regni celebratur, unde etiam Juſtinus dicebat, *primus omnium Ninus, Rex Aſſyriorum, veterem & quaſi avitum gentibus morem*, nempe tueri magis quam proferre imperii fines, *nova cupiditate imperii mutavit.* Qui Ninus ob famæ celebritatem *Aſſyrius* dictus eſt *Jupiter*, Chaldæis *Hercules.* §. 16. Et hinc eſt, dicit D. Hieronymus, *quod omnes Græcæ & Barbaræ narrant hiſtoriæ, hunc Ninum Beli filium primum omnium Aſiæ regnaſſe, qui apud Aſſyrios Ninum ſui nominis condidit civitatem, quam Hebræi vocant* נינוה, *Nineven. Hic,* non vero Semiramis, ut Gyraldus in hiſt. Deor. Synt. 2. perperam allegat, *adverſus Zoroaſtrem magum regem Bactrianorum forti certamine dimicavit, & in tantam pervenit gloriam, ut patrem ſuum Belum referret in Deum: Qui Hebr. dicitur* בֵּל, *& in multis prophetis maxime in Daniele & juxta Theodotionem ſub idolo Babylonis hoc appellatur nomine, hunc Sidonii & Phœnices appellant* בעל. *Hieron. Comment. ad Hoſ. 2. Oper. tom. 6. pag. m.* 13. Senſus eſt, quod Ninus primum conditorem regni ſui Aſſurem in urbe Ninive, ab ipſo jam admodum ampliata ac exornata, etiam coluit & omnibus ſuis ſubditis colere juſſit ut בעל, *Baal*, ſeu בל, *Bel, Belum*, id eſt, *Dominum*, aut *Deum ſummum.* Notum enim eſt, *Belum* fuiſſe nomen ſupremi Dei in oriente apud diverſas gentes, a quibus progenitores ac conditores in Deos ſunt relati, unde varii *Beli* variis populis culti ſunt. Et ſic *Aſſur*, conditor regni Aſſyriaci, cultus eſt ut *Belus Aſſyriacus*, & *Nimrodus*, conditor regni Babylonici, ut *Belus Babylonicus.*

§. 16. Hinc jam porro videmus, quare omnes hiſtorici exteri ab hoc Nino omnes fere ſuas exor-

diuntur historias, uti & Plato *lib.* 3. *de Legib. pag. m.* 809. Assyriacæ potentiæ originem ad Ninum refert: quia Ninus primus omnium fines imperii sui tam late protulit, primusque omnium, ut maximus Rex ac Monarcha dictus est. Et non mirum, Gentilium historicos ab hoc Nino suarum historiarum exordia cepisse, quoniam supra Ninum nil certi scivere. Notum enim est, quomodo Varro tria discrimina temporum tradidit, *primum* ab hominum principio ad cataclysmum, quod propter ignorantiam vocetur ἄδηλον, *obscurum*; quoniam Gentiles de rebus ante diluvium Noachi nihil non ignoravere: *Secundum* a cataclysmo ad Olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa referuntur, μυθικὸν, *fabulosum*, nominatur: *Tertium* a prima Olympiade ad nos, (utor hic enim verbis Censorini de die natali *cap.* 21.) quod dicitur ἱστορικὸν, *historicum*, quia res in eo gestæ veris historiis continentur. Et cum Censorinus dicit, quod *tempus secundum*, vel *fabulosum*, *non plane quidem scitur*, *sed tamen ad mille circiter & 100. annos esse creditur*, *a priori scil. cataclysmo*, *quem Ogygium dicunt*, *usque ad primam Olympiadem*, non necesse est, ut cum Lindenbrogio hic tam vehementer de integritate hujus Loci dubitemus, aut magnum ἁμάρτημα statuamus; quoniam a cataclysmo primo seu Ogygio, i. e. Noachico, uti in Libro meo Belgico de Diluviis pag. 102. edit. 2da demonstravi, usque ad primam Olympiadem præterpropter tot anni fluxerunt, quot Censorinus statuit, nempe 1600. Nam secundum Gutberlethum *in Chronologia pag.* 104. incepere Olympiades Græcorum, Iphiti nimirum, non Herculis, anno ultimo Phul-Belochi, & ultimo regis Azariæ, seu anno mundi 3196; si ab his annis jam abstrahamus annos a condito mundo us-

que

que ad diluvium 1656. tum fluxerunt a diluvio usque ad primam Olympiadem anni 1540: ergo differentia daretur inter Gutberlethum & Censorinum annorum 60. Quare potius errasse puto Africanum & Eusebium, statuentes a Diluvio Ogygis, i. e. Noachi, usque ad primam Olympiadem fluxisse tantum annos mille & viginti. *Euseb. Præp. Evangel. lib.* 10. *pag. m.* 147.

§. 17. Sed quidquid est, hoc fatentur jam scriptores οἱ ἔξω, aliique docti historiographi, rerum gestarum ante hæc tempora nullam certam seu accuratam esse notitiam: ita Africanus apud Eusebium loco allegato & Justinus Martyr *in Paræn. ad Græcos*, scripsere, ὀυδὲν πρὸ Ὀλυμπιάδων ἀκριβὲς τοῖς Ἕλλησιν ἱστορεῖται *nihil ante Olympiades accurate Græcis scitur*. Quoniam constat historias Græcorum ante Olympiades plenas esse fabularum. Et cum Solinus dicit, Olympicum certamen, ab Hercule editum, ab Iphito Elio instauratum esse post excidium Trojæ anno quadringentesimo octavo, uti & Vellejus Paterculus scribit *lib.* 1. non mirum est, Diodorum Siculum in præfatione scripsisse, se res ante bellum Trojanum certa fide non definire, quia fide dignum παράπηγμα illius temporis scriptorum inopia extet nullum. Imo multo minus mirum tunc est, quod tempora ante Ninum, qui jam Trojanum bellum antecessit, adhuc aliquot annos, non tam accurate demonstrantur, sed sæpe διασφάλλονται, a vero aberrant, uti & Macrobius indicat, ac ita diserte loquitur, *supra Ninum, a quo Semiramis secundum quosdam creditur prognata, nihil præclarum in libros relatum est. in Somnio Scipion. cap.* 10. *pag. m.* 127. Sed Ninus, dicit Diodorus Siculus, primus omnium regum fuit, τῶν ἐις ἱστορίαν καὶ φήμην παραδεδομένων, qui scriptores rerum suarum nacti sunt.

Idcirco concludo, cum omnia ante Olympiades, ante bellum Trojanum, imo ante Ninum ab auctoribus incerta tradantur, & cum Ninus primus omnium tam longe latéque dominatus sit, non mirum esse, omnes a Nino incipere.

§. 18. Et huic Nino jam successisse in Assyriaco imperio dicitur Semiramis, ὡραιοτάτη τῶν γυναικῶν, ut Æliano dicitur *l.* 7. *c.* 1. & quam Euphorion ob libidinis fervorem θιμβρὴν vocabat. De hac vira, seu viragine antiquitas fabulosa mira nobis tradidit, quæ fidem non merentur, licet Diodorus Siculus in describenda ipsius potentia admodum ampulletur. Vulgo dicitur conditrix Babylonis & uxor Nini. Licet alii tradant eam non uxorem, sed filiam Nini fuisse, ut modo ex Macrobio vidimus, & Conon apud Photium annotat, *narrat.* 9. Deinde constat nobis ex Sacra Scriptura non Semiramidem, sed Nimrodum primum Babylonis fuisse conditorem. Et Herodotus Semiramidi nullum aliud opus tribuit nisi χώματα, aggeres, quibus Euphratem coërcuit, antea frequentius restagnare solitum. *lib.* 1. *pag. m.* 84. dum etiam *lib.* 3. *pag.* 251. *Edit. Steph.* 1592. mentionem facit *portae Semiramidis*, uti & *portæ* Νινίων, *Niniorum*: adeo ut quædam incrementa & ornamenta urbis Babylonis Nino & Semiramidi adscribi debere videantur, nullus tamen dubito, quin multa Semiramidi adscripta sint, quæ ad Nebucadnesarem & ejus uxorem Nitocrin pertinent, uti & ex Josepho discere licet *lib.* 1. *contr. Apionem*, *pag. m.* 1045. ubi & κρεμαστὸν παράδεισον *hortum pensilem* non Semiramidis, ut vulgo traditur, sed Nebucadnesaris opus, factum in gratiam uxoris suæ Medicæ, filiæ nempe Cyaxaris, appellat.

§. 19. Semiramidi, dicit Diodorus Siculus, successit *Ninyas*, filius ejus, huic successisset *A-*

rius

rius, huic *Aralius*, huic *Balæus*, huic *Armatrites* vel *Armamitres*, quem Cel. Gurtlerus *Orig. Mundi lib.* 1. *cap.* 7. perperam dicit fuiſſe *Amraphelem*, de quo Moſes *Gen.* 14: 1. mentionem facit; ſed errare virum Cel. uti & omnes illos, qui Ninyam dicunt Amraphelem, patet, quia Amraphel vixit tempore Abrahami, & Ninus, Pater Ninyæ, aliquot centum annos poſt Abrahamum, nempe tempore judicis Tholæ, uti ſtatim demonſtrabo. Poſt Armatritem regnum tenuiſſe dicitur *Belochus Priscus*, &c. & trigeſimus, ut Diodorus tradit, vel trigeſimus ſextus, ut Euſebius, vel trigeſimus quintus, ut Horatius Turſellinus, vel trigeſimus ſeptimus, ut Joh. Henr. Urſinus, vel trigeſimus octavus Aſſyriorum rex, ut alii notant, vocatur *Sardanapalus*, vel *Tonosconcoleros*, homo ille molliſſimus ac proniſſimus in Venerem, cujus ſepulcro inſculptum traditur hoc bovis, non hominis, epitaphium, ἔσθιε, πῖνε, ὄχευε, ὡς τὰ ἄλλα οὐδενός ἐστιν ἄξια, i. e. *ede*, *bibe*, *fatue*, *nam cætera ſunt nihil.* Vellejus Paterculus *lib.* 1. *cap.* 6. hunc Sardanapalum regem Aſſyriorum mollitiis florentem tertio & triceſimo loco ab Nino & Semiramide natum dicit, ita ut ſemper ſucceſſor regni paterni foret filius, & omnes hos reges a Nino usque ad Sardanapalum in Aſſyrio regno dominati eſſent annis 1070. vel annis 1240. ut Euſebius *in Chron.* ait, vel annis 1360. ut Cteſias Cnidius tradit apud Diodorum *lib.* 2. *cap.* 6. vel annis 1300. ut Juſtinus ait, *lib.* 1. *cap.* 2. vel annis 1400. ut Diodorus ipſe loquitur, in fine *cap.* 7. *lib.* 2. vel annis 1160. ut Oroſius ſcribit *lib.* 2. *cap.* 3. vel annis 1330. ut Bellarminus tandem dicit. Verum hæc omnia eſſe fabuloſa ac falſa, ex jam dictis cuilibet patere poteſt, quoniam omnes ſcriptores οἱ ἔξω a Nino incipiunt, a quo usque ad ultimum Sardanapali annum tan-

tum fluxerunt anni præterpropter quadringenti. Quare miror Virum doctiss. Nic. Gurtlerum *de Orig. Mundi l.* 1. *c.* 7. §. 36. hanc fabulosam traditionem adhuc defendere, dicendo, *& Justinus recte scripsit, Assyrios imperium mille trecentis annis obtinuisse.* Sed quare Justinus magis recte scripsit quam Diodorus Siculus? quare Herodotus, tradens Assyrios non nisi 520. annos regnasse in Asia, fallitur? vellem, ut Vir Cel. hoc demonstrasset. Dicit quidem, *verum & S. literæ testantur, Nimrodi jam Abrahamique aetate in Babylonia atque Assyria regnatum fuisse.* At Ninum rerum potitum fuisse tempore nativitatis Abrahami, quod ex Eusebio conatur probare, falsissimum est, uti statim ex collatione Herodoti cum Sacra Scriptura clarissime patescet, non Justinum ac Bellarminum, ut Alstedius dicit, sed Herodotum cum scriptura omnium optime congruere. Verum si a Nimrodi regimine incipiamus, fateor tunc usque ad Sardanapalum fluxisse præterpropter annos 1400.

§. 20. Porro notandum est post Sardanapalum non exspirasse Monarchiam Assyriacam, ut Ctesias apud Diodorum ait, non enim κατέλυσαν *subverterunt*, aut *dissolverunt*, aut *destruxerunt* Medi urbem Niniven aut imperium Assyriacum, imo falsissimum est, quod Arbaces Niniven solo æquaverit, ut Diodorus narrat, & omnino verum non est, quod Justinus cum Diodoro tradit, Assyriacum imperium hoc tempore ad Medos transiisse. Devicerunt quidem Arbaces & Belesis regem suum Sardanapalum, non tamen destruxerunt, sed potius diviserunt dominatum Assyriacum, adeo ut Arbaces, primum præfectus Medorum, jam ut rex inciperet imperare Medis: dum Assyriacum imperium continuatum est per Phulum, qui sibi in ur-

urbe Ninive ſedem regiam eligebat, circa quod tempus Propheta Jonas in urbe Ninive prædicabat, ergo urbs illa tunc non everſa, ſed valde florens fuit, & ſedem regiam in ea habuerunt non tantum *Phul*, ſed & ejus Succeſſores, *Tiglath Pileſer*, *Salmanaſſar*, *Sanherib*, *Aſſarhaddon*, & alii. Dum in Babylonia Nabonaſſar & alii Aſſyriis obnoxii erant usque ad Merodachum. Sed an jam inter Sardanapalum, devictum ab Arbace, & Phulum regem Aſſyriorum intercedant anni 106. ut Petavius ſtatuit *Rationar. temp. lib.* 2. *cap.* 6. vel anni 103. ut Calviſius in *Chronolog. pag.* 197. *&* 203. ait, intra quod ſpatium temporis Ninive, ab Arbace deſtructa, iterum fuiſſet de novo exſtructa ac inſtaurata, ut Petavius loquitur, vellem, ut aliquis clarius demonſtraret. Ego nullus dubito, quin Aſſyriacum imperium continuatum ſit per Phulum.

§. 21. Ergo prima illa Monarchia jam triplicem habebat faciem, nempe Medicam, Aſſyriacam & Babylonicam, hoc modo.

Reges Medorum.	*Reges Aſſyriorum.*	*Reges Babyloniorum.*
1. *Arbaces*, vel *Arbactus*, Vellejo *Pharnaces*, dicitur regnaſſe annos 28.	1. *Phul*, qui Menahem regem Iſraëlis tributarium fecit. 2. *Reg.* 15. 19. dicitur regnaſſe annos 48.	Secundum canonem Ptolomæi, in quo omnes dicuntur *reges*; alias usque ad *Merodachum* fuerunt tantum *Præfecti*.
2. *Mandanes* vel *Mandauces*. Hoc regnante videtur regnum	2. *Phul-Aſſur*, ſeu *Tiglath-Pileſer*, qui regem Syriæ vicit, cui	1. *Nabonaſſar*, non αὐτοτελὴς, ſed ὑπεύθυνος, ob-

Medorum agitatum, & magnam partem subjectam Assyriis, uti liquet ex 2. *Reg.* 17: 6. regn. ann. 40.

3. *Sosarmus* vel *Sosarmenes*. regn ann. 30.

4. *Articas*, vel *Articarnis*. regn. ann. 30. vel 50.

5. *Arbianes*, vel *Cardicceas*, regn. ann. 22. NB. Hos quinque Reges Medorum Ctesias & Metasthenes ita nominant. An vero ut Reges αὐτοτελεῖς tot annos regnaverint, dubito, imo falsum est.

6. *Dejoces* vel *Arsæus*, qui justam regiminis formam instituit, ac Ecbatanam condidit, Medorumque re-

Achaz munera misit, & qui Gilead, Galilæam & terram Naphthali occupavit. 2. *Reg.* 15: 29. regnasse dicitur annos 23.

3. *Salmanassar*, aut *Enemassar* qui 6to anno Hiskiæ regis Judæ, & nono Hoseæ regis Israëlis, decem tribus in Assyriam transportabat, & regnum Samariæ vastabat. 2. *Reg.* 18. 9. 10. 11. regnavit ann. 10. vel. 17.

4. *Sanherib*, vel *Sennacherib*, etiam *Sargon*, qui urbem Hierosolymam ac Judæ regnum occupare conabatur, at in cujus exercitu Angelus Domini fortean peste una nocte profligavit 185000. militum. Inter-

noxius regi Assyrio. Ope peritorum Astronomorum accuratiorem calculum fecit, unde æra Nabonassari, quæ incipit ab anno 14to Jothaml regis Judæ, & cujus primus Laterculus usque ad Cyrum continet annos 209. Regnavit annos 14.

2. *Nadius* vel *Nabius* regn. 2.

3. *Chinsirus* vel *Chozirus*, & *Porus*, regn. 5.

4. *Jugæus* vel *Julæus*, forte & *Baladan*, regn. 5

5. *Merodach Baladan*, qui occasione cladis Sennacheribi & belli Asarhaddonis cum suis fratribus ab As-

gnum

gnum stabilivit, & sub quo Medi, ad hoc usque tempus subjecti Assyrii, se in *αὐτονομίαν* vindicarunt, & ab Assyriis defecerunt, cum Assyrii a Nino ad hunc Dejocem in Asia regnassent annos 520. teste Herodoto, qui hunc Dejocem primum Medorum regem appellat, ante quem Medi maxima ex parte subjecti fuere Assyriis, & habitasse dicuntur *κατὰ κώμας*, *per vicos*, regnavit hic Dejoces annos 53. & in libro Judith. *cap.* 1: 1. 2. 3 dicitur *Arphaxad*, contra quem *Nabouchdonosor*, i. e. *Saosduchinus*, bellavit duce *Holopherne*.

fectus est in templo idoli sui a suis filiis. regn. an. 7.

5. *Asarhaddon*, vel *Assaradinus* etiam *Achirdonus*. *Tob.* 1: 24. & magnus ac gloriosus *Asnaphar* *Esr*. 4. 10. Jam in regno Assyriaco omnia turbata erant. Bellum gessit hic contra fratres Parricidas, idcirco Dejoci, ac Merodacho, ut & Hiskiæ, ab ipso deficientibus, resistere non potuit, regnavit in Assyria annos 37. dum in Babylonia regnabant Merodach, Arkianus, Belibus, Aproniadius, Rigebelus, Mesessi Mordach, post quem Assarhaddon Babylonem occupabat, & adhuc ut Rex Babylo-

syriis defecit, se jam regem Babyloniæ faciebat, & fœdus cum Hiska iniit. *Jes*. 39: 1. Unde Babel dicitur regnum Merodachi. *Jer*. 50: 2. dicitur in Canone Ptolemæi *Mardokempados*, & regnavit ann. 12

6. *Arkianus* 5
interregnum 2

7. *Belibus* 3
8. *Aproniadius* 6
9. *Rigebelus* 1

10. *Mesessi-Mordach* 4
interregnum 8
11. *Asarhaddon*, seu *Assaradinus*, qui post hoc interregnum occupavit Babylonem, & sic, uti Rex Assyriæ erat, jam etiam rex Babyloniæ factus est, & sic misit colonos ex

7. *Phraortes* vel *Artynes*. Hic fundamentis a Dejoce positis regnum Medorum ampliavit, Persas bello vicit, ac Assyrios, οἱ Νῖνον ἔχον, ut Herodotus ait, bello aggressus est, in quo bello periit, cum regnasset ann. 22.

8. *Cyaxares primus*, seu *Astybarus*, etiam dictus *Ahasverus Tob.* 14: 17. ille est, de quo Æschylus in *Persa vs.* 761. ait, τοδ᾽ ἔργον ἤνυσε, *opus* scil. Patris Phraortis, *perfecit*. Nam bellum cum Assyriis continuavit, & ope *Nabopollassari* urbem Ninivem occupavit ac delevit, ac regnavit annos 40.

9. *Astyages*, seu *Apanda*, etiam dicitur *Ahasverus*, i. e. magnus princeps. *Dan.* 9: 1. Duxit uxorem

niæ regnabat annos 13.

Post ipsum secuti sunt *Saosduchinus* & *Chinaladanus*, sub quo destructa est Ninive, & exspiravit regnum Assyriacum.

agro Babylonio in Samariam, uti ex 2. *Reg.* 17:24. collat. cum *Esr.* 4: 2. clarissime patet. Imo captivum duxit Manasse 2 *Chr.* 33: 11. & regnavit adhuc annos 13.

12. *Saosduchinus*, Rex Babelis & Ninives, idem qui in libro Judith vocatur *Nabouchdonosor*, cujus belli imperator erat *Holophernes*, a Juditha interfectus. regn. 20

13. *Chinaladanus*, qui etiam *Saracus* & *Sardanapalus* dicitur. Qui in urbe Ninive sedem regiam tenuit, ac cum quo regnum Assyriacum exspiravit, & urbs Ninive deleta est per Medos ac Babylonios, unde ex ipsius historia quædam narrantur de Sardanapalo victo per Arbacem. regn. 22

14. *Nabopollassarus*, vel *Nabocollassarus*, aut *Nabouchdonosor primus*, erat præfectus Babyloniæ, at inito fœdere cum Cyaxare primo, rege Mediæ, Regem suum Chinaladanum

xorem

xorem Arienam, filiam Halyattis Lydorum regis, sororem Croesi: ex qua genuit filium Cyaxarem secundum seu Darium Medum, & filiam Mandanen, elocatam postea Cambysi, patri Cyri Magni. Qui Cyrus hunc avum Astyagem ope Harpagi ducis vicit, eumque magnæ Hircanorum genti præposuit.

10. *Cyaxares secundus* seu *Darius Medus*, filius *Ahasveri*, *Dan.* 9:1. i. c. *Astyagis*. Errat ergo Scaliger, dicens *Darium Medum* fuisse *Nabonidum*, cum *Nabonidus* erat *Belsasar*. Hic *Cyaxarus* seu *Darius Medus* fuit *avunculus*, ac *Socer* Cyri, regis Persarum, cum quo Belsazarem vicit, ac Babylonem occupavit, & post cujus mortem *Cyrus* ut Monarcha Persarum armis vicit, ac urbem Niniven funditus delevit, annis ultimis regni *Josiæ*, regis Judæ. regn. 21

15. *Nabouchdonosor secundus*, seu *Nebucadnezar magnus*, etiam *Nabocollassarus*. Uxorem duxerat *Nitokrin*, filiam Cyaxaris regis Mediæ. Post eversam Niniven Babylonicum imperium ad ἀκμὴν perduxit. Urbem Babylonem admodum ampliavit, ac κρεμαστὸν παράδεισον, hortum pensilem aliaque multa ædificia fecit, unde jactantia ejus *Dan.* 4:30. Fuit quoque eversor Hierosolymæ, ac totius regni Judæ. Imo imperii terminos usque ad columnas Herculis extendit. regnavit annos 43.

16. *Evilmerodach*, vel *Ilouarodomus*; qui captivum regem Jechoniam è carcere in solio altiore collocavit, ac in honore habuit. Obiit morte violenta, regn. 2

17. *Neriglissarus*, vel *Nerikassolassarus*, duxerat sororem Evilmerodachi; at affinem suum interfecit, & regnavit annos 4

18. *Laborosoarchodos*, filius Neriglissari, regnavit tantum menses 3. ideo Ba-

Babyloniorum, Medorum &c. factus est populoque Dei in patriam revertendi potestatem concessit.

a Ptolomæo omissus.

19. *Belsazar*, aut *Nabonidus*, & *Labynitus secundus* apud Herodotum, Filius Evilmerodachi. Vincitur a Cyro Persa, & Cyaxare secundo seu Dario Medo. regn. 17

209

§ 22. Sic ergo ante oculos proposui, Lector, breve σχῆμα totius primæ Monarchiæ. Restat jam, ut adhuc clarius demonstrem, quod promisi, nempe Ninum vixisse tempore Judicis Tholæ. Hoc jam demonstro ex annis regiminis Assyriorum in Asia, a Nino usque ad Dejocem, collatis cum Chronologia Sacræ Scripturæ. Vixit enim hic Dejoces Medorum rex tempore Assarhaddonis, regis Assyriorum, & Merodachi, eo tempore regis Babyloniæ, uti & ætate Hiskiæ regis Judæ, sicuti Celeb. Vitringa quoque annotat, ac defectionem Medorum ab Assyriis sub hoc Dejoce in initia regiminis Assarhaddonis incidisse dicit. Et nullus dubito, quin clades Sennacheribi ut & bellum Assarhaddonis cum fratribus Parricidis Medis occasionem deficiendi ab Assyriis dederit. Dixi enim Medos usque ad hoc tempus maxima ex parte fuisse obnoxios Assyriis. At hoc tempore Medi non tantum se in αὐτονομίαν vindicarunt, & ab Assyriis defecerunt duce, vel sub rege suo Dejoce; sed καὶ τὰ ἄλλα ἔθνεα, *& aliæ gentes* quoque, dicit Herodotus *lib.* 1. *pag. m.* 46. similiter ab Assyriis defecerunt: Procul dubio respicit Babylonios, qui etiam ad hoc usque tempus subjecti fuere Assyriis; at qui jam sub Merodacho, antea Sa-

tra-

trapa, nunc rege Babyloniæ, uti vocatur *Jes.* 39: 1. quoque defecere, quique Rex Merodachus amicitiam Hiskiæ affectavit, regnumque suum Babylonicum firmavit. Vide Vitringæ *Hypotypos. hist. sacr. period.* 5. §. 52. *pag. m.* 75. Et sic quoque Flavius Josephus *Antiq. Jud. lib.* 10. *cap.* 3. hanc Medorum defectionem refert ad tempus regis Hiskiæ, & Baladanis, ubi ait, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ συνέβη τὴν Ἀσσυρίων ἀρχὴν ὑπὸ Μήδων καταλυθῆναι, *circa eadem ferme tempora imperium Assyriorum per Medos dissolvi contigit.* Cum nempe, ut statim addit, Babyloniorum Rex Baladas, missis ad Ezechiam legatis, cum muneribus, invitavit eum ad societatem & amicitiam. Ex hac jam defectione Medorum sub hoc Dejoce, collata cum historia sacra, clarissime patescet error illorum Scriptorum, qui Assyriaco imperio a Nino usque ad Sardanapalum vel 1300. annos cum Justino, vel 1360. cum Ctesia, vel 1400. cum Diodoro Siculo, vel 1070. cum Vellejo Paterculo, adscribunt. Errat quoque doctissimus Vallemond, ex Usserio notans, Assyriorum regnum stetisse, a Nino usque ad Sardanapalum devictum ab Arbace, annos 520. addens, Usserium hic imitatum fuisse Herodotum. Uti & Cel. Georg. Hornius in brevissima serie *Univ. Hist. orb. polit. part.* 3 *pag. m.* 123. quoque non recte dixit, Herodotum tradidisse Assyriorum Imperium a Nino usque ad Sardanapalum, non quidem mille trecentos annos stetisse, ut vulgo statuitur, sed non nisi quingentis & viginti annis regnatum esse. Verum nullibi hoc dicit Herodotus, qui *lib.* 1. *pag. m.* 46. dicens, Ἀσσυρίων ἀρχόντων τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπ' ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια, *Assyrios annis quingentis & viginti superiorem Asiam obtinuisse*, horum annorum terminum diserte refert ad defectionem Medorum sub

hoc

hoc Dejoce, ſubquo Medi ἀπωσάμενοι τὴν δουλοσύνην ἠλευθερώθησαν, *excusſo ſervitutis jugo in libertatem ſeſe asſeruerunt*, uti ſtatim fuſius eam rem deſcribit. Cum jam omnes hiſtorici a Nino incipiant, uti dictum eſt, & cum a Nino usque ad hanc defectionem Medorum ſub Dejoce fluxerint tantum anni 520. luce clarius patet, Nini ætatem debere referri ad tempora Judicis Tholæ: ratio eſt, quia defectio hæc accidit tempore regis Hiskiæ, & ſi jam retro ὑποψήφισις annorum ab Hiskia usque ad Tholam fiat, comperiemus eum annorum numerum, quem Herodotus dicit fuiſſe ab initio imperii Aſſyriorum usque ad hanc defectionem. Unde patet, omnes illos ſcriptores non tantum errare, qui ætatem Nini ſupra tempora Judicis Tholæ collocant, ſed & illos etiam διασφάλλεσθαι, a vero aberrare, qui Ninum Nimrodi aut Beli filium dixere, cum Ninus fere mille annos poſt Nimrodum vel γλωσσοσύγχυσιν vixerit.

§. 23. Sed ut omnia, quæ dixi ſatisque probavi, etiam ad oculum demonſtrentur, ecce hanc collationis tabulam, ubi Nini ætas ponitur in annum 13tium Tholæ, qui judicavit annos 23. ergo adhuc pro Thola

reſtant	11 - Jud. 10: 2	*Ninus*, rex
Jair judicavit annos	22 - Jud. 10: 3	Asſyriorum, &
Jephtha	6 - Jud. 12: 7	Babylon.
Ebſan	7 - Jud. 12: 9	regnaſſe
Elon	10 - Jud. 12: 11	dicitur
Abdon	8 - Jud. 12: 14	ann. 52.
Samſon	20 - Jud. 15: 20.	*Semiramis.*
Eli	40 - 1 Sam. 4: 18	*Ninyas.*
Samuel & Saul	40 - Act. 13: 21	
David	40 - 2 Sam. 5: 4	
Salomon	40 - 1 Reg. 11: 42	*Arius.*

Re-

Rehabeam	17 - 1 Reg. 14 : 21	*Aralius.*
Abia	3 - 1 Reg. 15 : 2	*Balæus.*
Afa	41 - 1 Reg. 15: 10	*Armami-*
Jozaphat	25 - 1 Reg. 22: 42	*tres.*
Joram folus	4 - 2 Chr. 21 : 5	*Sardanapa-*
Ahafia	1 - 2 Reg. 8: 26	*lus.*
Athalia	6 - 2 Reg. 11: 3.	*Phul,*
Joas	40 - 2 Chr. 24 : 1	*Tiglat.*
Amafia	29 - 2 Chr. 25 : 1	*Salmanaf-*
Interregnum	12 - 2 Reg. 15 : 1	*far.*
Azaria feu Uzzia	52 - 2 Chr. 26: 3	*Sanherib.*
Jotham	16 - 2 Reg. 15: 33	Cujus cla-
Achas	16 - 2 Reg. 16: 2	des accidit
Hiskias	14 - 2 Reg. 18: 13	anno 14to
	———	Hiskiæ.
	250	

Jam ftatim poft cladem Sennacherib, quæ 14to anno Hiskiæ accidit, ac initio regni turbati Asfarhaddonis defecere Medi fub Dejoce, & Babylonii fub Merodacho, poftquam Affyrii a Nino annos 520. regnaffent, ergo Nini ætas incidit in annum 13tium Judicis Tholæ, quia a 13tio anno Tholæ ufque ad 14tum annum Hiskiæ tot fluxerunt anni, nempe 520. Q. D. E.

§. 24. Et quoniam æra Nabonaffari, cujus jam mentionem feci, admodum utilis eft, addo coronidis loco collationem meam hujus æræ cum facra hiftoria.

Canon Ptolomæi.		*Reges Judæ.*	
Nabonaffar	14	Incidit hæc æra Nabo-	
Nadius	2	naffari in finem anni	
Chozirus & Porus	5	14ti Jothami, qui re-	
Jugæus	5	gnavit annos 16. ergo	
Mardokempados	12	reftant -	2
Arkianus	5	Achaz regnavit	16

In-

Interregnum	2
Belibus	3
Aproniadius	6
Rigebelus	1
Meſeſſi Mordach	4
interregnum	8
Aſſaradinus	13
Saosduchinus	20
Chynaladanus	22
Nabopollaſſar	21
Nabocollaſſar	43
Ilvarodamus	2
Nerikaſſolaſſarus	4
Nabonadius	17
	209

Hiskias	29
Manaſſe	55
Amon	2
Joſias	31
Joachas 3 menſes	
Quarto anno Jojachimi incipit captivitas Babylonica	4
Anni captivitatis usque ad Cyrum, qui Babylonem occupavit, ac Judæos dimiſit.	70
	209

Et uti hæc æra Nabonaſſari incidit in finem anti 14ti Jothami regis Judæ, ſic ea quoque per conſequens incidit in annum 6tum Pecachi, Regis Israelis, & in annum 13tium Tiglat-Pileſeris regis Aſſyriorum, uti in commentario meo in Librum Jonæ quoque fuſius demonſtrabo. Jam finem huic diſſertationi impono.

II.

FRIDERICI CHRISTOPHORI NEVBOVR,

Prætoris *Göttingensis*,

Meditatio Juridico-Critica

ad Dictum Paulinum

ad Gal. IV: 1. 2.

Quanto tempore hæres infans est, nihil differt à servo, cum sit Dominus omnium: sed sub Tutoribus & Dispensatoribus est, usque ad tempus præfinitum a Patre.

IN hisce verbis Apostolus quædam ἀναγώγως, contra analogiam Juris, asserere videtur. Ait enim, *Pupillum*, quem omnes intelligunt per *heredem infantem*, nihil differre a *Servo*; cum tamen sit *liber*, cum sit *Ingenuus*, quæ sunt Servi opposita; Præterea *in personarum numero*, *sui juris*, *Paterfamilias*, ac ipso Paulo fatente, *Dominus omnium*, sc. *bonorum*. Accedit quod Pupillus Tutore auctore omnia recte agit, stipulatur, promittit, hereditatem adit: imo & sine Tutoris auctoritate, se quidem aliis non obligat, sed alios sibi, & in universum conditionem suam meliorem facere potest, modo sit infantiæ proximus, quam significationem τῦ νηπίυ vox minime respuit, cum Germanico unmundig ipso etymo conveniens.

Sed quanta hic differentia a *Servis!* qui dominio alieno contra naturam ſubjiciuntur, qui rerum numero, non perſonarum, habentur, qui nec alios ſibi, nec ſe aliis, obligare poſſunt, qui quodcunque acquirunt in Domino acquirunt, qui denique, *quatenus ſervi*, nec hæredes inſtitui, nec legatum capere poſſunt, & quæ ſunt infinitæ aliæ differentiarum ſpecies.

Neque propterea, *quod ſub Tutoribus eſt*, Pupillum ullo modo cum Servo comparare licet. Quamvis enim Tutela *vis ac poteſtas* ſit, eſt tamen poteſtas *in capite libero*, neque jus vitæ & necis, quod Domini in ſervos habebant, imo vix modicam coërcitionem, involvens, nec Tutoris cauſſa, ſed Pupillorum gratia, conſtituta, *ad tuendum eum, qui propter ætatem ſe ipſe defendere nequit.* Cumque dominis facultas daretur Servos *oppignorandi, vendendi, donandi, legandi*, Pupillus ne quidem *adrogari* poterat. *Tutoribus enim in Pupillos tantam eſſe auctoritatem poteſtatemque fas non eſt, ut caput liberum, fidei ſuæ commiſſum, alienæ ditioni ſubjiciant*, inquit *Gellius in Noctib. L. V. c.* 19.

Vides igitur jure & legibus refragantibus ſtatui: *Nihil intereſſe inter Pupillum & Servum*, qui toto cœlo differunt. Excuſat quidem Apoſtolum Joh.. Samuel STRYKIUS, celeberrimi Samuelis filius, in eleganti Exercitatione Academica, *De Jurisprudentia Pauli Apoſtoli, Cap. I.* §. 16. eumque *reſpexiſſe* dicit *ad priſcum illum Juris Romani ſtatum, quo filiifam. parum, vel nihil, a Servis differebant.* Cum tamen Cl. Autor in fine addat: *Verba Pauli non quidem ad filiumfam. ſpectare, ſed ad eum, qui patre orbatus eſt.* Atqui nollem ita excuſari Virum Theopneuſten, ut κατάβασιν εἰς ἄλλο γένος commiſiſſe

&

& alio respiciendo, plane falsa protulisse jure possit argui.

Verum hæc non sola difficultas est, quæ in hoc dicto Paulino ostenditur. Adest alia profecto non minor à norma Legum deviatio. Quippe docet Apostolus: Pupillum sub Tutoribus esse, *usque ad tempus præfinitum à Patre.* At vero quæ lex? quæ constitutio? quæ observantia? unquam Patri facultatem dedit tempus, quo filius in suam tutelam venire debeat, sive Testamento, sive alia quavis voluntatis declaratione, præfigendi. Certe Romanorum instituto terminus tutelæ; non Patris præscripto, sed lege, definita est. *vid. tit. Inst. quib. mod. tut. fin. & C. quando Tut. vel Curat. esse desinit.* De qua re, præter illa, quæ in Juris Romani Corpore ubivis occurrunt, elegans locus videre est apud *Macrobium*, *in Comment. ex Cicerone in somnium Scipionis L. I. c. 6.* Ubi, *post annos bis septem*, inquit, *homo ipsa ætatis necessitate pubescit, tunc enim moveri incipit vis generationis in masculis & purgatio fœminarum, inde & Tutela puerili virile quasi jam robur absolvitur. De qua tamen fœminæ, propter votorum festinationem, maturius biennio legibus liberantur.*

Nec ullum pro Pauli afferto in Græcorum moribus præsidium est. Nam nec hi unquam concessere Patri, ut tempus & terminum Tutelæ ipse præfiniret, sed Legibus statuerant, ut οἱ ἐπίτροποι continuarent Tutelam, *ad annum usque ætatis Pupilli vicesimum*, ceu variis auctoritatibus probat *Petitus*, *tit. Tutela. p.* 271.

Quod si excusationibus hic iterum locus concedatur, possunt equidem nonnulla in medium proferri, quæ Paulum induxisse videantur, ut ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρὸς tutelæ tempus currere diceret. Magna scilicet veneratio erat ulti-

marum Voluntatum inter Græcos, pariter atque Romanos, & Lex XII. Tabularum, ex quarum fonte totius rei teſtamentariæ rationem apud hos manaſſe conſtat, valde generalis: PATER. FAMILIAS. UTI. LEGASSIT. SUPER. FAMILIA. TUTELAVE. SUÆ. REI. ITA. JUS. ESTO. *Sigon. de Antiquo Jure Civium Rom. cap. XII.* Quæ Legis verba, ſi veluti jacent accipiantur, Pauli effatum plane confirmare videntur. Quodſi enim *uti Pater de tutela filii legaſſit, ita jus eſt*; ergo ſi certum Tutelæ tempus determinaverit Pater, filium eousque ſub Tutoribus eſſe oportebit.

Verum in alia omnia eunt Legis interpretatio, uſus & diſpoſitio juris, quippe quæ Patri quidem permittunt, ut filiis, tam poſthumis, quam jam natis, quos in poteſtate habet, vel habiturus eſſet, ſi vivo parente naſcerentur, Teſtamento, ſive Codicillis teſtamento confirmatis, Tutorem dare poſſit, qui inde *Teſtamentarius* audit, eoque in Jure Romano gaudet Privilegio, ut omnes alios præcedat, etiam *legitimos*, Tutores, nec Magiſtratus confirmatione opus habeat; modo rite datus fuerit: Quid quod reverentiæ & affectui eorum, qui impuberibus, etiam non legitime, tutores dederunt, id tributum eſt, ut, quod deficit, a Magiſtratu ſuppleatur, datique confirmentur: Atque hoc illud ipſum jus eſt, quod XII. Tabulæ Patribusfamilias adſcribunt, quodque Leges omnes ſartum tectum ipſis conſervare voluerunt. Tempus autem præfinire, quam diu hæres ſub Tutoribus eſſe debeat, Parentibus fas non eſt, cum Lex hac de re jam providerit, annosque pubertatis, quibus tutela finitur, jure determinatos habeamus.

Cæterum *Wiſſemb. ad Inſt. Diſp. VII. th.* 39.
&

& *Strykius* in allegata Exercitatione, de *Jurisprudentia Pauli*, verba Apoſtoli defendere allaborant, ex verbis §. 3. Inſt. qui teſtam. tutores dari poſſunt: *Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel ſub conditione* &c. *poſſe dari tutorem non dubitatur*, quibus jungi poteſt §. 5. *Inſtit. quib. mod. tutela ſolvitur.* Verum enim vero neque hoc modo res ſatis extricata eſt. Legum enim modo relatarum dictamen hoc vult: „ Non „ tantum pure, ſed ex die etiam & ſub conditio- „ ne, tutorem recte a Patre dari, cum hoc effe- „ ctu, ut, qui datus ſit, non ante ſit Tutor, „ quam dies, aut conditio extiterit, deficiente „ vero conditione, Tutor non ſit. Poſſe etiam „ ad certam diem & usque ad certam conditionem „ Patrem filio Tutorem dare, ſic, ut finito „ tempore, vel conditione exiſtente, Tutor eſſe deſinat. Quicunque autem verba Paulina recta lance ponderat, facile perſpiciet, longe diverſam ab iſtis eſſe mentem ſacri ſcriptoris hoc dicentis: „ Heres infans, quam diu ſub ἐπιτρό- „ ποις καὶ οἰκονόμοις eſt, quaſi ſervitute tenetur: „ Sed cum ἡ ὥρα προθέσμια τῦ πατρὸς advenerit, „ tunc demum, aliena poteſtate ſolutus, plena „ libertate fruitur, inque ſuam, quod dicunt, „ tutelam pervenit.

Sed quam hæc iterum Legibus ſunt adverſa? quæ Tutores ad tempus a Patre datos quidem non reſpuunt, eosque, tempore præſtituto adveniente, a Tutela abſolvunt; Pupillum vero propterea non liberant, nec indefenſum relinquunt; ſed, finita tutela *teſtamentaria*, Tutorem *legitimum*, vel *dativum*, a Patre conſtituti locum occupare jubent, usque dum Pupillus annos pubertatis, lege præſcriptos, plene conſecutus fuerit. *l.* 11. *ff. de teſtamentaria tutela.*

Sed ne adeo ἀθυρονόμος Divus Paulus appareat, legesque, quas allegat, vel non intellexisse, vel temere & sine delectu applicasse videatur, a communi opinione mihi recedendum, atque in textu, quem nunc examinamus, neque de *Pupillo*, neque de *Tutoribus*, sermonem ullum esse, ostendendum existimo.

Certe interpretes doctissimos, ipsum etiam Lutherum, fefellere ista τοῦ κληρονόμου καὶ τῶν ἐπιτρόπων nomina. *Heres* enim & *Defunctus* de genere relatorum habentur, cum viventis nulla sit hereditas, nulla successio. Unde illæ juris regulæ: *Heredem ejusdem potestatis jurisque esse constat, cujus fuit Defunctus. Hereditas nihil aliud est quam successio in universum jus quod Defunctus habuit.* l. 59. & 62. de Reg. Jur. Quæ cum ita sint, facile quis inducitur, ut credat, κληρονόμον νήπιον, καὶ ὄρφανον, *Heredem infantem & pupillum*, esse synonyma. Deinde Ἐπίτροπον significare *Tutorem* nemo negaverit, id quod non exiguum adjumentum est, pro confirmanda illa de Heredis infantis & Pupilli synonymia, opinione. Ubi enim *Tutor*, ibi quoque Pupillus necessario intelligitur.

Attamen istæ rationes tanti non sunt, ut malimus Divi Pauli Jurisprudentiam, quam eas, in dubium vocare. Nam, quod primum est, *Heres non semper præsupponit Defunctum*, præsertim cum de *Filio*, sicuti in nostro textu, prædicatur. Nimirum Filiifamilias, quod JCtis notissimum, forensi vocabulo, *sui heredes* Patri dicuntur, non tantum *defuncto*, verum κατὰ πρόληψιν, etiam *viventi*: Ita Quinctus Mutius Scævola, Libro singulari ὅρων, *Nemo potest tutorem dare*, inquit, *cuiquam*, *nisi ei*, *quem in suis Heredibus*, *cum moritur*, *habuit*, *habiturusve esset*, *si*

fi vixiffet l. 73. de Reg. Jur. *Sui Heredes ideo appellantur, quia domeftici heredes funt, & vivo quoque Patre quodammodo Domini exiftimantur*, inquit Juftinianus, §. 2. *Inft. de hered. qualit. & differentia.* Atque hæc caufa eft, quod filiifamilias in Teftamento Patris non poffunt præteriri; fed neceffario vel inftitui debent, vel exheredari. Inde etiam hereditatem extranei *acquirere*, filii *retinere*, illi *adire*, hi *fe immifcere*, illi *repudiare*, hi *abftinere* in Jure dicuntur, quafi qui rebus jam olim fuis, ut Domini, utantur easque retineant, aut derelinquant. *In fuis enim heredibus*, inquit Paulus, l. 11. ff. de liber. & pofthum. heredib. inftit. *evidentius apparet, continuationem Dominii eo rem perducere, ut nulla videatur hereditas fuiffe: QUASI OLIM HI DOMINI ESSENT QUI ETIAM VIVO PATRE QUODAMMODO DOMINI EXISTIMANTUR; Unde etiam Filius-familias appellatur, ficut Paterfamilias: fola nota hac adjecta, per quam diftinguitur genitor, ab eo qui genitus fit. Itaque poft mortem Patris, non hereditatem percipere videntur, fed magis liberam bonorum adminiftrationem confequuntur, hac ex caufa, licet non fint heredes inftituti, DOMINI SUNT.*

Ecce jam! quam accurate jus applicet, quam amice concinat *Paulus Apoftolus Paulo Jure-Confulto*: dummodo per κληρονόμον νήπιον intelligamus *Filiumfamilias nondum ex ephebis egreffum.* Hunc enim vocabulo JCtorum proprio appellat κληρονόμον, i. e. *heredem fuum*, quem αὐτοκληρονόμον dicere Græci Legum interpretes interdum folent: Hunc *Dominum omnium bonorum*, licet vivo adhuc Patre, jure favente falutat: Hunc *heredem neceffarium* effe optime novit, non tantum quia omnino, five vellet, five nollet,

tam ab inteſtato, quam ex Teſtamento, juxta Legem XII. Tabularum, heres fiebat. §. 2. *Inſt. de hered. qual. & differ.* Sed quia nec hodie præteriri poteſt, & niſi ex cauſa legitima exheredetur, neceſſario debet inſtitui. Deducit namque ex hac juris diſpoſitione legale argumentum pro cæleſti hereditate fidelium, Rom. VIII. 17. εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι. *Si Filii ergo & Heredes.* Quod idem urget in hoc noſtro capite, verſu 7: εἰ δὲ υἱὸς καὶ κληρονόμος Θεȣ̃. Neque aliam interpretationem patitur ſimile, quo S. Paulus hic utitur, *Heredibus* comparans *fideles*, qui non ſunt *Orphani*, ſed *Patrem habent viventem*, Deum ſcilicet immortalem, qui tam ſancte ſuis pollicitus eſt: *Non relinquam vos Orphanos.*

Interea filius-familias κύριος πάντων ὤν. **Ob Er wol ein Herr iſt aller Guter** / veteri Jure, *parum aut nihil differebat a Servo.* Ex lege enim Romuli, erat in patris ſui manu, poteſtate, mancipioque habebat Pater jus in eum vitæ & necis, terque venundandi poteſtatem. Præterea, quemadmodum ſervus Domino, ita filius omnia acquirebat Patri, nec ſe ulli, nec ſibi quenquam obligare poterat, imo *velle non creditur, qui obſequitur imperio Patris, vel Domini* l. 4. ff. de Reg. Juris. Quid ergo juri magis congruum asſerere potuit Apoſtolus? quam filium familias ȣ̓δὲν διαφέρειν δȣ́λȣ.

Ut autem verum fatear, non videtur S. Paulus adeo reſpicere ad iſtum juris antiqui rigorem, qui poſtea variis modis diminutus & correctus, ſuo tempore jam pœne exoleverat; quam adſtrictam & ſervilem quaſi, puerilis ætatis apud Veteres, præſertim Romanos, vivendi conditionem. Propterea non ſimpliciter dicit: *Heres* (ſeu filiusfamilias) *nihil differt a Servo:* ſed,

quamdiu

quamdiu hæres infans est, *nihil differt a Servo*, additque rationem; quod sit ὑπὸ ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους.

Atque nunc, postquam πρῶτον ψεῦδος removimus, alterum aggrediamur, & quid Ἐπίτροπος in hoc loco Paulino significet, paucis disquiramus.

Certo quidem certius est, hanc vocem vulgo denotare illum, cui Parentes morituri liberorum suorum curam commendant, aut qui ejusmodi curam suscipit, sive sponte, sive rogatus, sive jussus, verbo: *Tutorem.* Enim vero intra limites unicæ hujus significationis hæc vox non clauditur, sed multo longius exspatiatur. Nam frequentissime *Villicum* designat, uti videre licet apud Xenophontem *Memorabilium lib. V.* nec non *Matth. XX.* 8. Unde Latinis etiam græcissantibus Villicus est *Epitropos*, seu ex Ausonio probat Laurent. Pignorius, in Commentario de Servis. p. 540. Non raro quoque Ἐπίτροπος idem est, quod *Præfectus domus & familiæ.* Sic Lucas c. VIII. v. 3. mentionem facit Chusæ τοῦ ἐπιτρόπου Ἡρώδου, atque Josephum Gen. XXXIX. 4. nec non Josephi Gubernatorem Domus, Gen. XLIII. 16. vetus interpres Chaldæus Jonathan, vel quisquis est illius Targum autor, אַפִּיטְרוֹפּוֹס ἐπίτροπον salutat. Denominat quoque hæc vox *Rectorem Provinciae*, apud Herodianum L. VII. ubi ὁ κατὰ τὴν Λυβίαν ἐπίτροπος legitur. Et ut summatim dicam, uti hoc vocabulum à verbo ἐπιτρέπειν *committere*, *curae alicujus tradere*, descendit: ita in generaliori sensu, denotat *quemcunque*, *cui cura alicujus rei*, *vel personae*, *commissa est*, *Curatorem*, *procuratorem*, *inspectorem*, *administratorem*, *delegatum*, sive ut loquuntur hodie, *Commissarium*: quod infinitis exemplis probari posset,

ſi ſoli facem adhibere operæ pretium ducerem. Quid quod Thalmudici quoque ſcriptores & reliqui Rabbini vocabula אַפּוֹטְרוֹפָּא *appotrapha*, אַפּוֹטְרוֹפּוֹס *appotrophos*, vel integrius אַפִּיטְרוֹפּוֹס *appitrophos*, de præfectis, aut *quibuscunque aliquid committitur*, ſæpisſime uſurpant, eodem plane ſenſu, quo Hebræi ſuum פָּקִיד, quod generale eſt vocabulum, notans *praefectum*, *vel inſpectorem qualemcunque*.

Sed ne de vocabuli hujus ſenſu peculiari in textu noſtro nimium ſolliciti ſimus, ipſe Apoſtolus cavit, caput noſtrum ſic ordiens: λέγω δὲ, *inquam autem:* Sed quid inquit? Scilicet in paulo præcedentibus, ad quæ lectorem, per hoc λέγω δὲ, remittit, hæc dixerat: *Lex nobis Paedagogus eſt ad Chriſtum. Fide autem veniente, non amplius ſumus ſub Paedagogo*; poſtea nonnullis, de generalitate privilegii Chriſtianorum, quo omnes, ſine ullo diſcrimine, ſive *gentis*, ſive *ſtatus*, ſive *ſexus*, per fidem Filii Dei ſunt, interjectis, tandem allegoriam, vel ſimile, de infante Pædagogi ferulæ ad certum tempus ſubjecto, proſecuturus, unde regreſſus erat revertitur, λέγω δὲ, inquiens, ἐφ᾽ ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶν, &c. Ex quibus, & ſupra deductis, firmiſſime concludo, Paulo Epitropon nihil aliud hoc loco eſſe, quam illum, cujus curæ, vivo Parente, filius committitur, i. e. *Paedagogum*, ſeu uti Latine dicitur, *Cuſtodem*, qui ſi rite officio fungitur, Patre licet vivente datus, Tutoris nomen optime meretur, ſicut adhuc hodie Anglis *a Tutor* eſt *a private Maſter*, *a Preceptor*, *or Gouvernor*; Tutor autem proprie ſic dictus *a Guardian*, eis communiter vocatur.

Ut ad propoſitum vero redeamus, optime Paulus dicit: *quam diu filiusfamilias infans eſt, nihil differt*

differt a Servo: *Sed* (quod multo pejus) *est sub Paedagogis*. Hi enim ipsi Servi (a) erant, & non raro pessimi omnium; qua de re conqueritur Plutarchus, in aureo libello, περὶ τῶν παίδων ἀγωγῆς, c. 8. *Servorum bonorum*, inquiens, *hos quidem agricolas designant*, *hos vero nautas*, *hos mercatores*, *illos œconomos*, *alios fœneratores*: *quodsi vero invenerunt mancipium vinosum & gulosum*, *ad omnem operationem inutile*, *huic subjiciunt filios*. Ejusmodi tamen homines pueris ingenuis imperabant, (b) eosque, licet ipsi mastigiæ essent, non-

(a) Ita Claudium Imperatorem, *diu*, *atque etiam post tutelam susceptam alieni arbitrii*, *& sub Pædagogo fuisse*, *quem* barbarum *& olim* superjumentarium, *ex industria sibi appositum*, *ut se quibuscunque de causis quam sæpissime coerceret*, *ipsum quodam libello conquestum* testatur in ejus vitæ Cap. II. Suetonius. Ex quo loco discis, Pædagogos etiam nobilioris familiæ adolescentum & sordidi generis & duri oris homines fuisse, &, quæ illorum in hos qui tum non sui, sed *alieni* arbitrii erant, fuerit potestas. Vides quoque illos, qui tutoribus subjecti esse desierunt; hoc enim phrasis illa indicat, *post tutelam susceptam*, non tamen factos sui juris, sed pædagogorum potestati permissos. Quæ Paulino loco non parum adspergunt lucis. Clemens Alex. pædag. L. I. c. 7. p. m. 109. Alcibiadis Pædagogum Zopyrum ὠνητὸν ἀνδράποδον *mancipium emptitium* & Themistoclis liberorum pædagogum Sicinnum οἰκέτην ῥᾴθυμον *ignavum famulum* appellat. Valerius Maximus L. VI. c. I. Pædagogum Fannium Saturninum vocat *sceleratum Servum*. T. d. H.

(b) Discimus hæc ex verbis Quintiliani L. I. Inst. Orat. cap. I. ubi pædagogos *velut jure quodam potestatis*, *quo illud hominum genus intumescit*, *imperiosos*, *atque*

nonnunquam pessime habebant, id quod ostendit Lydus Pædagogus, apud Plautum in Bacchid. A. III. S. III. Philoxeno, filii amorem excusanti, respondens:

At tu, qui tam pro corrupto causam dicis filio,
Eademne haec erat disciplina tibi, cum adolescens eras?
Nego tibi hoc annis viginti fuisse primis copiae,
Digitum longe a Paedagogo pedem ut efferres aedibus.
Ante solem orientem, nisi in palaestra veneras,
Gymnasii praefecto haud mediocres pœnas penderes.
Inde ab hippodromo & palaestra ubi revenisses domum,
Cinctulo praecinctus in sella apud magistrum assideres:
Cum librum legeres, si unam peccavisses syllabam,
Fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium.

Epitropis autem seu Pædagogis aliud servorum genus

atque interim sævientes stultitiam suam perdocere scribit. Hinc alumni pædagogos suos vocabant *Dominos*. Patet id ex Manilio L. V. vs. 449.

Componet teneros etiam, qui nutriet annos
Et DOMINUM Dominus prætextæ lege sequatur.

& Statio Sylv. L. II. c. I. ubi Meliorem, pædagogum Glauciae pueri, sæpius nominari legimus v. 51, 70, 75, 80, 121. ejus herum & Dominum. Ita, ut pædagogos potuisses vocare *Dominorum Dominos*, ita, qui illorum traditi erant disciplinae, *Servorum Servos*. T. d. H.

genus adjungit Apoſtolus, quibus ſubjecti erant adoleſcentes, nempe *Oeconomos*.

Olim quidem, quando communis opinionis torrente abreptus, Epitropos hoc loco *Tutores* ſignificare ipſe arbitrabar, Paulum, per Oeconomos, *Curatores* intelligere putabam, qui apud Romanos orphanis, pubertate majoribus, interdum dabantur, quorum officium cum Græcis, apud quos, ut ſupra monui, ad annum usque viceſimum pupillorum tutela durabat, adeo inuſitatum eſſet, ut nec nomen domeſticum quod Curatorem indicaret, haberent, (unde Theophilus Inſtitutionum interpres lib. I. tit. 23. Latinam vocem retinuit, eumque inſcripſit: περὶ κȣρατώρων) Paulum, ne minus Græcè loqueretur, ſatis ingenioſe Curatorem τȣ̃ οἰκονόμȣ vocabulo deſignaſſe, exiſtimabam. Cum enim Jure Romano Tutor *perſonae* pupilli, Curator vero *bonis* ejusdem daretur, plane convenienter Curatoris officium per *Oeconomi* denominationem exprimi videbatur.

Poſtquam vero, argumentis hactenus expoſitis permotus, mentem mutavi, Apoſtolum Oeconomorum vocabulo in ſenſu proprio, quo id Servorum genus, qui Latinis *Diſpenſatores*, *Actores Arcuarii*, vocantur, indicat, uſum eſſe perſpicio. Hi enim, ſicut integræ rei familiari, ita quoque liberorum infantium, non quidem educationi, ſed ſuſtentationi, proſpiciebant, ipſisque Cibaria, Veſtiaria, Libros, chartam & reliqua, nec minus Salaria Præceptoribus eorum, diſpenſabant. Qua in re nonnunquam fraudulentius Oeconomos nequam egiſſe, & ad miſeros Magiſtros decipiendos, abradendumque aliquid & diminuendum ex eorum mercedula, ſatis amice cum

cum Pædagogis conservis suis, conspirasse patet ex Juvenalis Satyra VII. circa finem:

Quis gremio Enceladis doctique Palaemonis adfert,
Quantum Grammaticus meruit labor? & tamen ex hoc,
Quodcunque est (minus est autem quam rethoris aera)
DISCIPULI CUSTOS praemordet Acœnitus ipse,
Et QUI DISPENSAT frangit sibi.

Ubi maxime notatu dignum, quod apud Juvenalem *Custos* & *Dispensator*, sicut apud Paulum οἱ ἐπίτροποι καὶ οἰκονόμοι, pari passu ambulant.

Sub hisce directoribus filiusfamilias erat usque ad tempus προθέσμιον a Patre, hoc est, donec Patri placeret, eum liberalius habere, sibique ipsi relinquere; id quod olim, cum rigidior disciplina obtinebat, tardius, postea dissolutiori seculo nimis mature sæpe accidit. Qua de re conqueritur idem Lydus l. c.

Olim populi prius honorem capiebat suffragio,
Quam magistro desinebat esse dicto obediens.
At nunc, priusquam septennis est, si attingas eum manu,
Extemplo puer Paedagogo tabula dirumpit caput.
Cum Patrem adeas postulatum, puero sic dicit pater:
Noster esto, dum te poteris defensare injuriâ.
Provocatur paedagogus: eho Senex minimi pretii!
Ne attingas puerum, &c.

Cum

Cum quibus convenit tritum illud Horatii, in arte Poetica:

IMBERBIS juvenis, tandem CUSTODE REMOTO,
Gudet equis canibusque.

Hæc ſicuti explicationi loci noſtri ſufficere, ita intentioni Sacri Epiſtolographi admodum accommoda videntur, quippe qui in hoc & præcedenti capite, imo in integra epiſtola, omnem movet lapidem ut hoc unum inculcet Galatis:
„ Fidelibus, Dei filiis & heredibus æternæ ſalu-
„ tis, ſub Veteri Teſtamento, quaſi in pueritia
„ & prima juventute conſtitutis, a Lege, tan-
„ quam Pædagogo, ne latum unguem recedere
„ licuiſſe. Poſtquam autem divini Parentis gra-
„ tia, tempore præfinito, ſcilicet Novi Inſtru-
„ menti, fides advenit, eosdem, a ſervili iſthac
„ conditione, in ſuam quaſi tutelam perveniſſe;
Illam igitur Libertatem, quæ, juxta vulgatum
„ JCtorum elogium, *inæſtimabilis res eſt*, acri-
„ ter eſſe tuendam, mordicus retinendam.

Vive, vale! ſi quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti, ſi non, his utere mecum.

III.

JO. GEORG. SCHELHORNII,

Observatio.

de Ἐυτραπελίᾳ ad Eph. V. 4.

Σύνοψις.

§. 1. Illustratur phrasis Paulina: μεδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν ex Scholiaste Sophoclis, Heliodoro, Theocrito, Cicerone. §. 2. Ephesii facetiarum amantes. §. 3. Ἐυτραπελία etiam exteris quandoque pro scurrilitate accipitur, v. g. Isocrati, Æliano. Athenienses φιλοσκώμμονες. §. 4. Ἐυτραπελίας nomine veteres sæpe scurrilem mordacitatem velare soliti. §. 5. Latinis quoque urbanitas interdum cavillatio, maledictio: Urbanus scurra. §. 6. Scurra olim bono sensu de vocibus εἴρων καὶ εἰρωνεία. §. 7. Apud quosdam tota impudicitia vocata urbanitas & comitas.

§. 1.

Ευτραπελίαν iis accenset vitiis Paulus, quæ nominari inter Sanctos haud conveniat. Μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν. Quæ maxime detestabantur Græci, ἄῤῥητα vocare consuerunt. Scholiastes antiquus Sophoclis in Elect. ad verba: ὦ δείπνων

ἀῤῥήτων

ἀῤῥήτων hæc annotat. Τῶν ὑπὸ Αἰγίσθου φησὶ τῷ Ἀγαμέμνονι παρασκευασθέντων ἐπ' ὀλέθρῳ, ἃ οὐδὲ ὀνομάσαι καλόν. (a) Hoc mihi voluisse videtur Apostolus, ut inter sanctos ne vola quidem & vestigium extet fornicationis, avaritiæ &c. Sic Heliodorus Æthiop. L. II. C. XVII. de insula omnibus rebus, ad victum necessariis, spoliata: Σίτου δὲ καὶ ἐπιτηδείων ἄλλων, οὐδὲ ὄνομα περιλέλειπται. *Frumenti vero & aliorum necessariorum ne nomen quidem relictum est.* Ita & Theocritus Εἰδυλλ. ιϛ'. v. 97.

βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἴη.

clamoris (bellici) *amplius ne nomen quidem exaudiatur.* Cicero Paradox. 4. *Num igitur erat illa tum civitas, cum leges in ea nihil valebant- - cum, ferro pulsis magistratibus, SENATUS NOMEN IN REPUBLICA NON ERAT?* Pariter Apostolus omnem impuritatem apud suos funditus extirpatam, eque medio prorsus sublatam vult: nominari autem ea vitia non vetat, utpote quod in convertendis gentibus, quibus istiusmodi peccatorum turpitudo & ἀλογία ob oculos vivide sistenda fuit, necessarium erat. *Latrocinari enim*, ut ait Cicero L. I. de Offic. *fraudare, adulterari, ne turpe est, sed dicitur non obscœne.*

§. 2. Paulo heic potissimum res fuit cum Ephesiis, facetiarum amantibus. Periplectomenes Plautinus in Milite Glor. Act. III. Sc. I.

Vel CAVILLATOR FACETUS, vel conviva commodus
Item ero - - -
Minime sputator, screator sum, ibidem minime muccidus.
Post EPHESI SUM NATUS, non in Apulis, non sum in Umbria.

(a) p. 45. edit. Francof. 1555. in 4.

Ubi Janus Dousa (b): *Quod Ephesi se natum gloriatur, credo ideo esse, quod civitas ea elegantiis facetiisque cumprimis dedita: contra morem Umbrorum & Appulorum, qui rustici, illepidi, subitique atque inficeti habebantur.* Si verum dixit Strabo L. XIV. referens, Ephesios Hermodorum Virum frugi ejecisse, addito: ἡμέων μηδεὶς ὀνήιςος ἔςω, nemo nostrum frugi esto; aut alibi id esto, & inter alios: *nulli potest esse dubium, Ephesios, scelerum plenos, etiam facetiis turpiter fuisse abusos.*

§. 3. Græcæ linguæ studiosos haud fugit, Εὐτραπελίαν alias apud exteros designare virtutem, quæ Latinis urbanitas vel comitas audit: istam vero a prudentissimo Apostolo inter τὰ ἐκ ἀνήκοντα referri, a vero quam longissime abesse quivis agnoscit. Notandum igitur, priscis quoque εὐτραπελίαν in malo interdum sensu pro scurrilitate usurpari, inque vitii loco haberi. Ad Pindari Pyth. α. e 10. & δ. e. 8. Aristotelisque Lib. IV. Ethic. jam non provoco, cum hoc ab aliis dudum fuerit factum: sed in eorum vicem substituo Isocratem in Areopag. p. 290. cujus verba id, quod asserui, insigniter comprobant. Ita autem ille: Σεμνύνεσθαι ἐμελέτων, καὶ ἐ βωμυλοχένεσθαι. καὶ τὲς εὐτραπέλες δὲ καὶ σκώπτειν δυναμένες, ὲς νῦν εὐφιεῖς προσαγορένεσιν, ἐκεῖνοι δυςυχεῖς ἐνόμιζον. interprete Hier. Wolfio: *Gravitati non scurrilitati studebant* (veteres): *& homines dicaces & ad irridendum paratos, quos nunc facetos vocant, illi calamitosos judicabant.* Vides, hic Isocrati εὐτραπέλες cum βωμολοχοῖς καὶ σκώπτειν δυναμένοις pari ambulare passu, & ab antiquis etiam Græcis pro calamitosis fuisse habitos. Sic Ælianus Var. Hist. L. V. C. XIII. Athenienses εὐτραπέλες ap-

(b) in Centurionatu &c. Plautin. Explanat. L. III. C. XI. p. 352. edit. Lugdun. 1587.

appellat, non ut eos hoc nomine laudet, sed potius, quod ex integra orationis serie apparet, reprehendat. Ἦσαν δὲ ἄρα Ἀθηναῖοι δεινῶς εἰς τὰς πολιτείας εὐτράπελοι, καὶ ἐπιτήδειοι πρὸς τὰς μεταβολὰς παντὸς μᾶλλον, quæ ejus interpres Vultejus sic reddidit: *Athenienses omnino ad commutandos Reip. status erant versatiles, & omnium propensissimi ad vicissitudines.* Sed nihil causæ esse video, cur εὐτραπέλως heic loci non eo reddere liceat sensu, quo alias venit hæc vocula: sic igitur vertenda esse Æliani verba priora censeo: *Athenienses omnino erant in Magistratus, sive in regiminis sui formas dicaces, nunquam non cavillabantur* εἰς τὰς πολιτείας. De Atheniensibus nescio quis refert, quod fuerint σκωπτόλοι καὶ κακήγοροι, unde dictum: κακῶς λέγειν, μέλι ἐστὶ τὸ Ἀττικόν. Alia voce eos commode φιλοσκώμμονας dixeris, quales Alexandrinos quoque fuisse Herodianus testatur (c). In Luciano de Gymnasiis ad Solonem Anacharsis ait: Τοῦτο ἐκεῖνο ἦν ἄρα, ὃ ἐγὼ περὶ ὑμῶν ἤκουον τῶν Ἀθηναίων, ὡς εἴητε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις. *Hoc equidem erat, quod ego de vobis Atheniensibus inaudieram, quod in omnibus fere sermonibus nasuti essetis illusores.*

§. 4. Volumnius, qui Ciceroni (d) Eutrapelus, Plutarcho (e) Μῖμος audit. Qui alios conviciis proscindebant, εὐτραπελίας nomine Theoninum tegere dentem, scurrilemque sæpius mordacitatem velare annisi sunt. Julianus (f): Ἡμεῖς δὲ αὐτὸ διὰ τῆς ἡμῶν αὐτῶν εὐτραπελίας ἐξειργασάμεθα, βάλλοντές σε τοῖς σκώμμασιν, ὥσπερ τοξεύμασι. *Nos autem id quod volebamus, facetiis nostris consecuti sumus,*

(c) Hist. Lib. IV. Cap. IX. v. 4.
(d) Epist. Famil. 26. L. IX.
(e) in Bruto p. 1005. edit. Francof. 1620.
(f) in Misopog. f. 344. edit. Spanhem.

mus, cum te convitiis quasi telis configeremus. Laudatur a nonnullis in Cicerone εὐτραπελίας studium, ad quod a natura quasi videbatur esse compositus. Δοκεῖ δὲ καὶ γέλωτος οἰκεῖος ὁ Κικέρων γεγονέναι, καὶ φιλοσκώπτης τό τε πρόσωπον αὐτοῦ μειδίαμα καὶ γαλήνην παρεῖχεν. Videtur autem, inquit Plutarchus (g), natura Cicero salsus & facetus fuisse. Vultus ejus quoque visum & hilaritatem præ se ferebat. Fuerunt etiam ex veteribus, qui ejus jocos & acute faceteque dicta studiose collegerunt. Sed quis nescit, quam acriter haud paucos illius dens momorderit? Κικέρων πολλαχοῦ τῷ σκωπτικῷ πρὸς τὸ βωμολόχον ἐκφερόμενος, καὶ πράγματα σπουδῆς ἄξια γέλωτι καὶ παιδιᾷ κατειρωνευόμενος ἐν ταῖς δίκαις εἰς τὸ χρειῶδες, ἠφείδει τοῦ πρέποντος. Cicero, ut iterum Plutarchus (h), *dicacitate subinde ad scurrilitatem devolutus, & negotiis perquam seriis risu jocoque in judiciis illudens, ut causæ prodesset, neglexit decorum.* Hinc optime Joach. Camerarius (i): Est hujus virtutis (εὐτραπελίας scil.) locus lubricus. Non enim facilis res est, cum homo non ad jocum & lusum factus sit, in lusu & joco decorum servare, & laudem invenire. Itaque ii, qui pro summis viris & ingenio præstantibus, & sapientia excellentibus, & doctrina percultis habiti fuere, cum jocorum etiam artem profiterentur, in hoc genere interdum lapsi sunt, & meritam reprehensionem non vitarunt: ut Cicero & Demosthenes.

§. 5. Heic etiam meminisse juvabit, & Latinis *urbanitatis* nomine denotari quandoque cavillatio-

(g) in Cicer. f. 886.

(h) l. c.

(i) in Explicatione Ethicorum Aristot. p. 187. add. p. 474. cf. etiam Photium in Epist. I. f. 40. edit. Londin. Montacutii.

tionem, irrisionem. Cicero in Orat. pro M. Cœlio: *Maledictio si petulantius jactatur, convitium: si facetius, URBANITAS nominatur.* Atque adeo Urbanus eis nonnunquam accipitur pro scurra, quod præter alios observavit Frid. Rappoltus (k) inter cætera scribens: *idem postea huic voci accidit, quod Tyranni & Sophistæ, factumque adeo, ut illa insignirentur, qui alienas epulas adipiscendi gratia, jocularia & scurrilia funderent.* Perelegans est locus Senecæ (l): *Eadem causa est, cur nos mancipiorum nostrorum URBANITAS, in dominos contumeliosa, delectet: quorum audacia ita demum sibi in convivas jus facit, si cœpit a domino. Ut quisque contemtissimus, & ut maxime ludibrio est, ita solutissimæ linguæ est. Pueros quidem in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acuunt, & sub magistro habent, qui probra meditate effundant: nec has contumelias vocamus, sed argutias.* Varia sunt, quæ hisce verbis a Seneca, cujus ætas in Pauli tempora incidit, edocemur. Primo, scurrilem dicacitatem & contumelias urbanitatis atque argutiarum nomine venisse. Dein turpiter jocandi & convitiandi libidinem eo tum processisse apud Romanos, ut servos, lingua salibusque protervos, dicteriis ac sannis studiose assuefieri curaverint. Porro, ipsos dominos servorum sustinuisse convitia, ea fini, ut sic impune etiam ludibriis suis alias proscindere ipsis liceret. Quid quod & Lipsius h. l. annotat, Romanos sæpe convivas tenuiores sportulæ largitione quasi emisse, ut ii rhonchos illusionesque verniles ferrent.

§. 6. Nec silentio prætermittendum, *Scurræ* etiam

(k) Commentar. in Horatium p. 742.

(l) de Constantia Sapientis Cap. XI. f. 180. edit. *Antwerp.* Justi Lipsii.

etiam nomen olim bonum obtinuisse sensum, quam dein ob facetiarum abusum perdidit. Ita enim Janus Douza (m): *Scurram non pro tenebrione aliquo seu nebulone* (uti nunc loquimur) *vel qui catillandi atque alienas epulas adipiscendi gratia dicta tantum ridicularia ac scurrilia meditate fundere condidicisset, verum hercule pro homine venusto dicacique ac perurbano antiquitus acceptum jam pridem annotavit Turnebus, exemplis ei rei firmandæ passim ex Plauto productis.* Sic in vocibus εἴρων & εἰρωνεία pariter latet homonymia. Alias enim εἴρωνα eum vocare Græcos Is. Casaubonus docet, qui ita sit factus, ut de se semper intra modum loquens, potius sibi ea bona demat, quibus est prædi-tus, quam alieni quicquam tribuat: alias vero non cum laude hanc vocem dici, sed summo potius cum probro; de eo enim usurpari, qui simulare & dissimulare quidvis didicit, non per jocum, nec modestia ulla, sed sui commodi causa, & ut alteri incommodet: quam ultimi generis εἰρωνείαν Theophrastus (n) exagitat. Scilicet multoties abusus talium vocabulis bonæ alias notæ odiosam significationem indidit.

§. 7. Absint igitur, monente Paulo, quam longissime a Christianorum moribus joci petulantes, maledici, obscœni. Insulsa meo judicio vox est Philippi Beroaldi ( ), cum tandem, ait, fateamur, licere poëmata lascivientia scribi & scripta le-

(m) Plautin. explanat. L. II. C. XIII. p. 242.

(n) Charact. Eth. C. II. cf. Casauboni notar. p. 101. sqq.

(o) Oratione habita in principio enarrationis Propertii, p. 5. quæ inserta est ejus opusculis, junctim Basileæ 1509. in 4. editis.

lectitari citra omnem criminationem. Sed nolo jam hæc ulcera tangere. Potius uno duntaxat verbo indicare adhuc placet, juxta Viros acutissimos Clericum atque Hammondum Paulum heic loci præcipue obscœnos impurosque sermones perstringere. Non abnuo. Quin ipsa impudicitia & summa lascivia urbanitatis & comitatis nomen olim induit. Minutius Felix in Octavio: *Ista enim impudicitiæ eorum forsitan sacra sint, apud quos sexus omnis membris omnibus prostat, apud quos tota impudicitia vocatur Urbanitas.* Curtius (p) de Babyloniis. *Fœminarum, convivia ineuntium, in principio modestus est habitus: dein summa quæque amicula exuunt, paulatimque pudorem profanant: ad ultimum* (honos auribus sit) *ima corporum velamenta projiciunt. Nec meretricum hoc dedecus est, sed matronarum virginumque, apud quas COMITAS HABETUR VULGATI CORPORIS VILITAS.*

(p) Lib. V. Cap. I. v. 38.

IV.

BERNH. PETRI KARLII

Dissertatio de COLOSSO,

Danielis Cap. II. *quatuor Monarchiarum* præsago; Contra paradoxam nonneminis de quatuor regnis seu regibus tantum Babylonicis, quasi per illum præfiguratis, sententiam.

DIvinum illud Regis Nabuchodonosoris somnium, longe memorabilissimum a Sancto Vate, Daniele, ex Spiritus Sancti etiam revelatione narratum, divinoque commentario illustratum, etsi in se sic satis clarum, (nobis certe, qui postrema hæc mundi tempora, quibus & ipse rerum eventus illud luculentissimè declaravit, vivimus, longe clarissimum esse debebat,) nimis adhuc videri obscurum, diversisque rursus diversorum commentariis tam diverse explicari, mirandum utique videtur miraculum. Omnium vero expositionum istarum ut ingeniosissima, ita & alienissima forte est illa, quam de hoc somnio ad unum *Babyloniorum imperium* relato, Vir Cl. H. non ita pridem, si non primus excogitavit, saltem post Bodinum (ad solius etiam *Babylonis* fata illud referentem) exornavit, atque Gallica primum, deinde & Latina perscriptam lingua luci exposuit. Cui tamen quantopere ipse divinus somnii istius interpres,

pres, *Daniel*, repugnet, in præſentia demonſtrare, communemque cum veterum tum novorum interpretum ſententiam, de *quatuor primariis Orbis terrarum imperiis*, *Chaldæo Babylonico*, puta, *Medo-Perſico*, *Graeco* & *Romano-Germanico*, tanquam iſto ſomnio præſignatis, vindicare, operæ erit pretium. Non equidem is ſum, qui negare præſumat, vel olim in Aſia jam ante Alexandrum M. plura regna floruiſſe ampliſſima, non autem *duo* tantum, (*Babylonicum* & *Perſicum*,) ut vulgo creditur: vel eandem etiam Aſiam poſt Romani Imperii in Occidente ruinas, habuiſſe, & adhuc habere, vaſtiſſima regna; vel Europam noſtram Regnum Francorum maximum jam ante adſumtum *Caeſareum* nomen vidiſſe, & nunc quoque vaſtam Hiſpanorum Gallorumque &c. potentiam vel ad invidiam florere: id quod cum Conringio in *Diſſert.* de Imperio Romano-Germ. C. 2. ultro agnoſco. Neque nobis quatuor illæ *Monarchiae*, ſic vulgo dictæ, vel *ſumma Imperia* (ut ea Joh. Sleidanus appellat,) regna denotant prorſus univerſalia, & totum terrarum orbem complexa; (quale nullum unquam extitit) ſed permagna ſaltem, & quaſi καθολικὰ, reliqua omnia ſuo tempore gloria & opibus quodammodo antecellentia, & quibus cum populo Dei tum ante tum poſt Chriſtum natum præ aliis plurimum interceſſit negotii, ſeu quæ ad Eccleſiam omnium temporum ſingularem quendam habuerunt reſpectum. Quo ſenſu, peculiari plane & latiori, *quatuor grandes* ſtatuere *Monarchias*, nihil vetat, nec ipſe novus *Hiſtoriae Monarchiarum Orbis antiqui* Auctor, Cl. Abel, licet multo plures memoret, & hoc etiam loco (Dan. 2.) *Judaeorum tantum ſtatum & fortunas ad Meſſiae usque adventum depingi videri* ſcribat, Lib. I C. I. §. 4. *aegre ſe laturum*, fa-

tetur. ib. §. 8. Certe nec ipse Sleidanus ab hoc sensu nostro alienus est, ut qui *Nebucadnezarem* demum *ab Anno* 24. *regni sui Monarchiam Babylonicam* (quam omnium *primam* memorat,) *inchoasse*, dicit p. m. 24. Quod vero ad nostrum nunc interpretem attinet, principio ille quidem in eo vehementer fallitur, quod, Grotium aliosque secutus, plurima *Vatum Oracula* & *minas*, *in* populi Dei *hostes editas*, non nisi παρερμηνείᾳ quadam Judaissante ad Christianorum tempora, & *Europaeos Romanosque* ecclesiæ hostes *deflexa* ac *detorta*, queritur, (p. 5. sqq. & p. 41.) id quod de *hoc* quoque *argumento* postea nimis temere conjicit divinator hic magis quam interpres ille Philologus, nulli, fateor, secundus, in *conjiciendo* quidem *satis* (imo plus nimio) *promptus*, si modo *in colligendo* quoque sat *circumspectus*, *inque ponderando attentus*, & *in judicando cautus*: quas ipse in *Pilologo* dotes requirit, (in *praefat.* ad Lect.) ego vero vel maxime etiam in Theologo, aut Oraculorum divinorum interprete. Nimis certe audacter Vir Cl. communiorem illam de Nebucadnezaris somnio, Danielisque in istud Commentario, explicationem ut *Judaicam* ridet *fabulam*, *in Europaeorum ignominiam* & *perniciem a Judaeis*, ipsorum nunc servis, primum *cusam*, *qua nostri*, *ab ipsis fascinati*, *in sinu gaudeant*: & perquam temere *primae Ecclesiae Christianos*, ut homines, propter *ignorantiam*, *incredulitatem* & *fucum pronam*, *incautos atque rerum Judaicarum imperitos*, adeoque *facile a Judaeis astutis*, *ut in mille aliis*, *ita* & *in hoc argumento*, *deceptos*, hic incusat: quorum *credula imperitia victas argutæ illorum persuasioni dederit manus*; *qua via vel millena*, *temere admissa*, *à Judaeis in detrimentum Christianae rei* & *priscae veritatis sint supposita*. p. 7. Sed, juvante nunc

Deo

Deo, exemplum hic dabimus, quam temere ille atque temerarie plerumque communes vaticiniorum divinorum de Christo, ejusque regno & hostibus, expositiones passim sugillet, inque Christianorum Interpretum stuporem & imperitiam, ipsis toties exprobratam, paratragœdiari amet atque declamare. Rem hic utique longe se aliter habere, intelliget, qui ipsam Danielis enarrationem & Viri Cl. in eam commenta absque præjudicio mecum conferet, & accuratius in timore Dei perpendet. Et sane, ipsos Judæorum Magistros, quos *Rabbinos* vocant, illam de dictis *quatuor orbis terrarum imperiis* sententiam, prout è Daniele statuitur, jam olim impugnasse, constat: & observavit id jamdudum Doctiss. Vir, HENR. MEIBOMIUS, Academiæ etiam Juliæ quondam Professor Clarissimus, Poëta & Historicus, imo Polyhistor celeberrimus, in suis ad Sleidanum, *de IV. summis imperiis*, annotatis, ubi p. m. 26. edit. prim. in 12. ait: *Post Rabbinos, Joannem Bodinum, Gallum*, in Historica Methodo, *doctrinam hanc impugnavisse: cui praeter alios responderit Matthaeus Dresserus, Andr. Francoberg. & Joh. Pappus.* Tantum igitur abest, ut Judæi hanc sententiam de IV. Monarchiis, dicto somnio figuratis, in *Europaeorum*, & præsertim *Romanorum*, ignominiam confinxerint, ut illi ipsi Nostro potius, eam cum Bodino perstringendi & deridendi autores primi fuerint, quos ipse hic adeo ut suos anteambulones sequitur. At, ait ille, (p. 7. 8.) Judaicam hic fraudem *subodoratos jam pridem Historicorum & Politicorum nostratium primos, etiamque Conringium.* Sed, quicquid, post Bodinum, Becmannus, *in Diss. de IV. Monarchiis*, Huberus *Instit. Histor.* L. I. C. 4. & vel ipse Doctiss. Conringius l. d. contra statuerint, parvi nostra

ſtra referet, cum jam non Scriptorum autoritate, ſed rationum gravitate hanc rem agere & *fabulæ Judaicæ* (verbis dico Autoris, l. d.) *colores detegere*, & , *quis hic faſcino Chriſtianis impoſuerit*, aut imponere ſtuduerit, breviter demonſtrare ſit animus.

Neque adeo nunc operoſius inquiram, an, quod Autor p. 3. aſſerit, *Hiſtoricorum & Poëtarum Græcorum Romanorumque nec unus extiterit, qui de IV. Monarchiis vel ſomniaverit:* etſi vel ad VELLEIUM PATERCULUM, illas L. I. memorantem, provocare hic poſſem, nec non ad *Poëtas* ex Græcis & Latinis, quos ex hoc Nebucadnezaris ſomnio deinde *quatuor* mundi *aetatum*, *Aureae*, puta, *Argenteae*, *Æneae*, ac *Ferreae*, *deſcriptiones ſumſiſſe*, aſſeverare non dubitat, cum aliis, D. CHYTRÆUS, *Chronolog.* p. m. 270. Noſter, *viſionem Nebucadnezaris, & Danielis in illam Commentationem*, *quae à Judeais*, *in praeſentem ſuae gentis in Europaeo exilio ſpem*, *atque triſtem Europaeorum ſtragem*, *argute detorta ſit*, *in Babylonici tantum imperii LXX. annorum fata collimaſſe*, ſtatuit, & *Judaeos ſub Nebucadnezare, Evilmerodacho & Belſazare usque ad Cyrum in exilio Babylonico haeſuros*, *ſalvos dein evaſuros ad eccleſiam in patria reſtaurandam*, præmonuiſſe d. p. 8. Prima vero & primaria, imo fere unica, ejus ratio, quam primo & poſtremo, p. 9. ſqq. & p. 38. ſqq. urget, hæc eſt, quod Daniel v. 29. & 30. dicit: *Nebucadnezarem in cubili ſuo volviſſe cogitationes de futuris rerum fatis*, *Deumque ipſi indicaſſe*, *quid futurum poſtea eſſet*, - - *ut cogitata cordis ſui noſſet.* Vir Cl. igitur, ſuppoſito, Regem, jam Judæorum aliorum-
„ que populorum late Dominum, quid de rerum
„ ſuarum ſtatu, gloria & potentia impoſterum
eſſet

„ esset *futurum*, animo diu multumque volvisse,
„ se, quæ nimirum sibi & suæ regiæ domui immi-
„ neret fortuna, & quæ sibi, filiis & nepotibus,
„ impenderent? Quae suae majestati immine-
„ rent vel incrementa vel tempestates: ut qui
„ meminerit, tot populos subjugatos machina-
„ turos facile alicubi, quod robur regni quassa-
„ ret, si non, se vivo, certe in posteris; quique
„ imprimis curate noverit, in vicinia, in Persia,
„ juvenem adolescere, *Cyrum*, admirabili belli
„ & ingenii apparatu, cujus annos viriles ac se-
„ niles portendere magnos motus, abunde præ-
„ viderit, non sine augurio, suis quoque nepo-
„ tibus in Babylonica sede molestum fore Cyrum;
„ Qui denique haud difficulter suspicatus sit, ip-
„ sosmet Judaeos, jugi impatientes, molituros,
„ si possint, libertatem: Eundemque recorda-
„ tum vaticiniorum Jeremiae, C. 27: 5--8. C.
„ 29: 10. it. C. 50. & 51. quibus ille non tantum
„ Judaeorum, post Babylonicam LXX. anno-
„ rum servitutem, liberationem, sed & ipsius
„ regni in nepote terminum, a Medis ei Persis-
„ que afferendum praedixerat" &c. p. 9. 10. Hoc, inquam, supposito, colligit, aut potius conjicit, p. 11. *Deum regi, quae vigil praeviderit & metuerit, fata in somniis monstrasse & depinxisse*: quia *ei per somnium dicatur detectum, quod ante somnium desideraverat.* p. 12. *Sane*, inquit, p. 38. ss. *Nebucadnezar res suas meditatus, ante somnum, imperii, quae sibi & suis deinceps eventura essent, animo volvit, quis regni sui in filiis & nepotibus successus futurus, quae impenderent tempestates suis & filiorum rebus. His desideriis respondit Deus visione oblata. - - Remotiora & interiora, occultiora, sublimiora, sacra ecclesiae olim fata atque tempora, quae regis cogitationem & judicium supe-*

superarent, *nec praemeditando quaesivisse*, *nec in visione animadvertisse*, *nec ex Danielis Commemoratione tunc didicisse*, *putandus*. *Illa igitur ante somnum expendit*, *in somno sensit*, *a somno ex Daniele accepit*, *quae intelligeret ac penetraret*: Quæ sibi suoque regno & familiae impenderent tempora. „ Occumbet, *inquit Deus & Daniel*, Ne„ bucadnezar cum filio & nepote, regnoque in „ finitimos Persas ac Medos delato, ecclesia „ Judaica, misere a Babyloniis torta, libertati „ vindicabitur, Deo prospiciente. " p. 40. Sed „ Respond. quicquid sit de Regis ante somnum cogitatis, etsi vel maxime concedatur, *eum ex tot ominibus & præsagiis redditum fuisse in cubili tristem & sollicitum*, *suæque potentiæ vim cum insidiis & machinis Persarum*, *cum oraculis præsertim Judæorum prodigiosis eventum*, *vel dubium composuisse*; ut loquitur Autor, p. 11. nemo tamen certo inde colligat, Deum O. M. in visione, ipsi postea hac occasione oblata, & a Daniele deinde explicata, non spectasse ultra illa, quæ Rex vigilans ante cogitaverat. Nonne Deus Davidis mentem, occasione cogitationum ipsius de se, rebusque sui temporis, in Psalmis sæpissime ad sublimiora, & res temporum multo posteriorum, evexit, ut, quæ privatorum negotiorum ambitum longe excederent, proferret ac de Christo, ejusque regno & hostibus, augustiora ederet vaticinia? Et (si hoc forte etiam negare velit Noster,) annon 2 Sam VII. 19. ipse David exserte fatetur, Dominum ipsi, cum non nisi de materiali templo ante cogitasset, (Vid. v. 2. 5 7.) *locutum etiam esse de familia sua in longinquum*, dum ei illa occasione de templo mystico, ab ipso olim Christo, sero Davidis (κατὰ σάρκα) nepote ædificando spem fecerat? Quem in sensum ibi

v. 12.

v. 12. sqq. Nathanis etiam vaticinium omnino esse intelligendum, Melchior in *fatis ecclesiæ sec. parabb. Matth.* Cap. 6. Tom. I. Opp. p. 127. & *Comm. in Ep. ad Ebr.* ad C. 1. v. 4. ib. p. 575. ac Goussetus, in *Vesp. Gron.* Colloq. XX. p. 462. ss. demonstrant. Complurium certe Psalmorum inscriptio docet, quam sibi fecerit Spiritus S. ista in prophetia sua loquendi occasionem, adeo ut neque tunc explicatio ad historiam illam adstringenda sit: (monente quoque passim Augustino; Vid. ad Psal. 4. & 7. &c.) id quod fieri quoque sæpe nequit, nisi sacras scripturas eadem opera in vacuas ampullas convertamus, multaque præter historiam confingamus, aut verba misere torqueamus & prorsus evacuemus: quorum illud in sacris licentiosa temeritas est, hæc vero non ferenda στρεβλότης. 2 Petr. 3: 16. Quoties vero & Christus Dominus, a suis interrogatus, occasione ex eo, quod verba ipsorum valere poterant, desumta, non ex eorum mente & opinione, sed ex Dei consilio & rei veritate illis respondit? Vid. Actor. 1: 6--8. Luc. 13: 23. 24. Sic Christus Marc. 13: 4. ss. Apostolis, de excidio Hierosolymæ & templi (de quo ib. v. 1. 2.) sciscitantibus, ita respondet, ut etiam ecclesiæ fata, longo postea seculorum decursu sub ἀποστασίᾳ Antichristiana, & deinceps, usque ad seculi posterioris consummationem eventura, ordine enarret. Id quod ex collato parallelo Matthæi C. 24. clarissime patet; ubi Christum v. 15--22. signa primum excidii Hierosolymitani, deinde vero v. 23--31. ecclesiæ suæ fata, ordine successura, ipsiusque adventum in regnum suum, in posterioris seculi συντελείᾳ, *tuba* VII. clangente, consummandum, (V. Apoc. 10: 6. 7. C. 11: 15. ss.) præsignatura, recensuisse; utraque vero a v. 4. usque ad v. 14.

in anteceſſum breviter perſtrinxiſſe ; præ aliis Coccejus, Huyſinga, Sal. van Till, in ſuis ad Matth. l. d. *Commentariis*, & noſter etiam Sandhagenius, in *Introduct. ad N. T.* h. l. inque *Epiſtolis* ſuis *Theoll.* Part. 2. n. 5. aliique, contra Grotium ejusque ſequaces, evidentiſſime demonſtrarunt. Quanquam enim (ut hoc obiter addam) unica duntaxat illa Apoſtolorum videatur interrogatio; vel ſaltem, quamvis illi, cum pro iſto, quo tunc adhuc laborabant, ſtupore, confuſos admodum de futuris procul dubio haberent ſenſus, de alio *Domini adventu*, quam qui Hieroſolymæ excidium comitaretur, deque alia quam prioris ſeculi conſummatione, forte non cogitaverint, atque adeo ea, quæ reapſe ſejuncta erant, ſua mente conjuncta perplexo miſcuerint ratiocinio; nihilominus, quod perplexe concipiebant, ſic ſatis diſtincte proponebant, linguam eorum dirigente Domino, ut anſam ipſi, ea, quæ ad regnum Dei pertinebant, revelandi, opportune præberent. Quid vero prohibet, quo minus ſtatuamus, ita hic quoque Deum cum Nebucadnezare egiſſe, & occaſione cogitationum ejus de ſucceſſu & fortuna imperii ſui ac ſuorum in ſomnio, ipſi poſtea objecto, reliquorum etiam mundi imperiorum majorum, cum quibus populo ſuo olim ad finem usque ſeculorum luctandum foret, ſucceſſus & viciſſitudines animo ejus repræſentasſe? Hoc unum vero non poſſum, quin adhuc inter illa Cl. Autoris præſuppoſita notem, ut quod locum habere nulla ratione queat; nimirum quod *Nebucadnezar abunde* jam *prævideri*t, *non ſine augurio*, *Cyrum* jam tum *admirabili belli & ingenii apparatu juvenem*, *nepotibus ipſius* olim *fore moleſtum*, ut *cujus anni viriles ac ſeniles magnos motus portenderint*. p. 10. Quod ejus *augurium*

utique

utique portentoſum fuiſſe oportet, cum Cyrus, quem LXX. duntaxat annos expleviſſe, Cicero L. I. *de Divinat.* ex Dinone (Περσικῆς πραγματείας, ſecundum Athenæum, Scriptore graviſſimo,) refert, anno abhinc fere ſeptuageſimo Babylone demum regnare cœperit, quo & Judæos libertati & patriæ reddidit: ſub initium enim regni ſui (monarchici) Nebucadnezari hoc ſomnium, quò ipſe Cl. Autor *Babylonici imperii LXX. annorum fata collimare* credit, oblatum jam eſſe, Daniel C. 2: v. 1. teſtatur: Cum paulo ante, Hieroſolyma capta, Jechoniam Regem cum aliis plurimis in ſervitutem abduxiſſet, XIIX. ante Hieroſolymæ excidium annis. Atqui, exinde *ſeptem*, ſecundum Xenophontem, imo, ſecundum Ptolomæi *Canonem*, *novem* adhuc annos imperavit. Quæ docent, totidem fere poſt hocce Somnium annis Cyrum natum nondum fuiſſe: tantum abeſt, ut viſi hujus ſomnii tempore jam *belli & ingenii apparatu admirabilis* fuerit, aut eſſe potuerit; (id quod ætatis ejus annum jam decimum ſeptimum ad minimum poſtulaſſet) *Non-entis* enim, quod ajunt, *nullæ ſunt affectiones, nullaque attributa:* Niſi ætate Cyri, contra omnem hiſtoriæ fidem annis XXIV. aucta, eum ultra XC. annos vixiſſe, temere velis conjicere aut *divinare*; quod ſane non ſani eſſet *Philologi*, nedum Theologi. Sed ut ad rem tandem ipſam propius veniamus, demonſtrandum nunc eſt, Deum revera Nebucadnezarem ultra & præter ea, quæ ei vigilanti, deque regni ſui & ſucceſſorum fatis meditanti, in mentem venerunt, aut venire potuerunt, dé aliis etiam regnis, poſt futuris, eorumque conditione & ad populum ſuum reſpectu in ſomnis monuiſſe. Ipſum audiamus Danielem, & ſermonis ejus *filium preſſe* (ut & facturum ſe

Cl. Autor p. 8. promiſit, ſed preſſius quam quidem ipſe id præſtitit,) *ſequamur.* Dicit ille C. 2. v. 28. *Deus cœlorum, arcana revelans, indigitavit Regi id quod futurum eſt* באחרית יומיא *in extremitate* (Junius & Tremell. perperam, *in conſequentia*) *dierum iſtorum.* Græca τῶν ὀ Verſio recte hic reddit, ὁ δεῖ γίνεσθαι ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. *quæ fieri oportet in poſtremis illis diebus.* At vero, τὸ אחרית יומיא longius, quam ad filii & nepotis Nebucadnezaris ævum proſpicere, nemo cum ratione diffiteri poteſt. Inter omnes enim non Chriſtianos tantum ſed & Judæos conſtat, τὸ אחרית הימים quod Ebraice idem eſt, quam illud Chaldæorum אחרית יומיא (quæ & utraque ubivis tum in Verſione V. T. Græca, tum in Scriptis Novi Teſt. per illud ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν exprimuntur; uti ab Onkeloſo illud Ebræum per סוף יומיא *finis dierum:* Vid. Gen. 49: 1. &c.) tempus Meſſiæ, ejusque regni, apud Prophetas denotare. Vid. Eſa. 2: 2. Mich. 4: 1. Jer. 30: 24. Hoſ. 3: 5. Num. 24: 14. Deut. 3: 30. C. 31: 29. ut & Geneſ. 49: 1. ubi R. Moſes ben Nachman, (apud Coccejum ad h. l.) ita commentatur: *In extremitate dierum. Hi ſunt dies Chriſti. Nam Jacobus illum indigitat in ſermonibus ſuis, quemadmodum dicit,* (poſtea v. 10.) *Donec veniat Silo, & ei erit obedientia populorum.* Et R. Salomo: (Druſio ad h. l. laudatus) *Dixit etiam,* in noviſſimis diebus, *quia aliqua dixit eis de adventu Meſſiæ, cujus tempora dicuntur noviſſima.* Et, quanquam alicubi *poſtremum temporis* ſ. ſeculi *prioris*, ſub V. T. deſignet, (qua ratione ei reſpondet συντέλεια τῶν αἰώνων, *Conſummatio Seculorum*, in qua Chriſtus in carne venit, Ebr. 9: 26.) alias tamen ὁμολογυμένως extremum temporis, a primo Chriſti adventu ad ſecundum lapſu-

lapſuri, denotat. Vid. Jer. 30 : 24. Hoſ. 3 : 5. Quamquam res eodem fere recidat, cum ſub finem prioris temporis cœptum ſit poſterius. Cum igitur Deus Nebucadnezari indicare hic voluerit, *quæ fieri oporteret in extremitate iſtius temporis*, h. e. ſub N. T. ſ. regno Chriſti, longe profecto ultra filii ejus nepotisque ævum viſio, ipſi in ſomnis exhibita, ſe extendat, oportet. Et obſervanda hic eſt diverſa prorſus loquendi ratio in v. 28. & 29. Hic enim dicitur, Nebucadnezarem quidem cogitaſſe tantum, quid futurum eſſet אחרי דנה *poſthac*: Sed ibi ſic: Deus oſtendit Regi quid fieri oporteret באחרית יומיא *in extremitate dierum*. Quo mea ante dicta confirmari, quisque clariſſime videt. Neque tamen ita hæc Danielis intelligenda ſunt verba, quaſi nihil etiam de intermedii temporis fatis oſtendere ipſi Deus hac viſione voluerit: Sed ita Vates loquitur, quod ea, quæ poſtremo tempore ſub Monarchia quarta eventura hic præmonſtrentur, omnium eſſent præcipua, & propterea etiam pluribus hic circumſtantiis verbisque depicta: ob quæ vel ſola ſomnium illud Regi eſſet objectum. *Quæ remotiora & interiora, occultiora, ſublimiora & ſera eccleſiæ olim fata, ut Regis cognitionem & judicium ſuperantia, nec præmeditando ab ipſo quæſita*, licet Vir. Cl. eum *nec in viſione animadvertiſſe, nec ex Danielis commemoratione tunc didiciſſe, putet*, ſeu *putandum* eſſe putet, p. 39. 40. putandum tamen omnino eſt: imo non quidem putandum, ſed, ut ex ipſo ſermonis ordine certo petendum & certiſſime verum, fatendum eſſe, ſatis patet. Non vero tam inſolens Deo eſt, ſucceſſiones ac viciſſitudines imperiorum hujus mundi, quibus cum populo ejus res & varia lucta intercedit, viſo prophetico præadumbrare, ut credit Noſter. Annon

enim & Zachar. 6: 1. ss. eadem quatuor majora orbis terrarum regna, Babylonicum, Persicum, Alexandri, & Seleucidarum ac Romanorum, Vati exhibentur sub emblemate *quatuor quadrigarum, a rectoribus suis administratarum:* ubi Babyloniorum currui equi *rufi* videbantur juncti; Medorum Persarumque, *nigri*; Currus vero Alexandri, ab *albis*; & Seleucidarum ac Romanorum, a *grandinatis* & *robustis*, seu (ut alii vocem אמצים ibi transtulerunt) *rubicundis* equis, omnem terram perambulantibus, trahebantur. Qui equorum colores ibi procul dubio genus & qualitatem consiliorum divinorum, divinæque providentiæ, cum respectu ad ecclesiam, ejusque sub istis regnis statum, significant. Unde tales *equis* istis *colores* tribui videmus, quales istorum Imperatorum ad ecclesiam σχέσεις essent, ex consilio Dei, quod ipsi exequerentur; sive, quale Dei esset consilium & propositum de Ecclesiæ in istis temporibus, quibus hi reges in mundo regnarent, conditione ac statu. Nec quicquam Cl. Autorem juvat, quod p. 39. scribit *Nebucadnezarem, Regem ethnicum, Judæorum hostem, circa ecclesiam non ulterius quid desiderasse, quam an perpetui futuri essent Judæi Babyloniorum servi in suo & filiorum regno? - - nec ergo immediate Danielem in recensione ulterius progressum, quam quousque Regis desiderio congrueret. - - Hæc capere Regem ethnicum sustinuisse.* Quo enim pacto colligere hinc liceat, Deum hunc Regem, licet ethnicum, & populi sui hostem, non de multis quoque aliis, de quibus ipse ante nec cogitaverat, nec scire quicquam desideraverat, per Somnium & per Danielem instruxisse? Cum Deus jam ante Balaacum, Regem itidem gentilem, & vel maxime hostem Israëlitarum infensissimum, per visionem

&

& vaticinium Bileami, ejusque Pſeudoprophetæ, (Vid. 2 Pet. 2 : 1. coll. v. 15. 16.) de futuris populi ſui fatis longinquis, imo vel imprimis de Meſſia ejusque regno, (doctiſſimo etiam Clerico, ad Num. 24 : poſt alios agnoſcente ac demonſtrante: Conf. Alting. de *Schilo*, L. 2 : C. 4. & Parall. Vaticin. V. T. Artic. 3.) quo deſcire ille nil quicquam avebat, edocuerit. Sed videamus nunc tandem, quod ipſa res eſt; quómodo videl. Cl. Autor ſomni regii enarrationem, Danielisque interpretationem ſententiæ ſuæ accommodare ſit conatus, ut conſtet, num illa hanc patiatur, vel reſpuat aut potius evertat. Principio concipit ille hic *ſtatuam* πανοπλισμένην, (univerſa armatura a capite ad pedes usque indutam) *magni herois perſonam referentem :* cujus *Caput* Galeatum *aurea caſſide* fulſerit, *pectus* itidem & *brachia ex thorace & brachialibus argenteis*, ut *argentum* ſplenduerit : *Venter* vero dehinc *cum lumbis* ex *aenea* inferioris corporis *armatura aeneus*, & *crura* denique ex *ocreis ferreis*, *luto adſperſis*, *ferrea* partim, partim *lutea*, apparuerint. Sed, non tam recte & vere hæc, quam ſpecioſe dici ſeu fingi, judicabit, quisquis Danielis, Autori in os qſ. contradicentis, verba preſſe, uti decet, ſequetur; utpote qui v. 32. ſtatuæ *Caput* די־דהב טב *auri boni*, h. e. ex auro bono, dicit fuiſſe; *Pectus* cum *Brachiis*, די־כסף *argenti*, h. e. ex argento; *Ventrem* די־נחש *æris*, h. e. ex ære; & *Crura* די־פרזל, *ferri*, h. e. ex ferro &c. Et, ut vel maxime aliquam veri mentiatur ſpeciem, (id quod nec quicquam tamen cauſam Viri Cl. juvabit,) quod *Caput*, ob auream duntaxat galeam, qua tectum illud fuerit, *aureum*, *Pectusque* cum *Brachiis*, ab argenteis tegumentis, *argentea*, & *Venter* cum *Lumbis* ab illis *aeneis*, *aenei* fuiſſe di-

cantur ; vel ſoli tamen *pedes*, imo eorum *digiti*, (qui, ut *partim ex ferro partim ex luto* reapſe *mixti* apparuiſſe dicuntur, per *ocreas* vero *ferreas* haudquaquam, a quoquam,) ita diſtincte diſparuiſſe, dicentur, (Vid. v. 33. & 41.) palam intercedunt, quo minus ſpecioſo illi figmento fides poſſit haberi; ad unum quippe omnes & uno quaſi ore clamantes, (ſi vel ipſum *Caput* taceat, nec rei falſitatem prodat,) iſtam Coloſſi πανοπλίαν, Danielis omnino ingratiis eſſe confictam. Quam vero incongruum nunc eſt, per *Caput aureum* a Viro Cl. unam duntaxat Nebucadnezaris perſonam intelligi, non vero per συνεκδοχὴν, ejus etiam ſucceſſores, quorum *ille* hic quoque repræſentabat perſonas? Cum enim illud Danielis v. 37. ſqq. de *Rege Babylonico* interpretetur, cui *Deus regnum, potentiam, robur & majeſtatem conceſſerit, regioneſque hominum & beſtiarum*, h. e. Judæorum & gentium, &c. & vero Jeremiæ C. 27: 6. ſq. teſtetur Deus, ſe non minus *filio* & *nepoti* Nebucadnezaris, quam ipſi, *omnes regiones & regna feraſque etiam & beſtias, mancipaſſe, ut eis ſervirent*; manifeſtum utique eſt, illos non minus, quam hunc, per *Caput* hoc *aureum* figuratos, ſeu omnes Reges Babylonicos hoc *Capite*, eodemque Nebucadnezare, eſſe repræſentatos. Quod tanto certius eſt atque evidentius, quanto inconvenientius (ſecundum Autoris interpretationem) de ſucceſſione filii, Evilmerodachi, in regno patrio Babylonico dicitur, *regnum aliud* tanto *humilius* ſ. inferius illo, quanto argentum auro vilius eſt, *ortum eſſe*. Illa certe loquendi ratio novum plane regnum, vel novam ſaltem regni Dynaſtiam, manifeſto indicat; non vero ſucceſſionem filii, regni patrii hæredis, ex vulgato loquendi uſu apud omnes gentes recepto, arguit:

arguit: (תקום מלכו אחרי ארעא מנך *Exſurget regnum aliud, inferius* ſ. humilius *tuo:*) Cum contra Evilmerodachi regnum non fuerit novum ſ. aliud; ſed idem illud, quod fuerat patris, cui in eodem illo ſucceſſit. Neque extitit, credo, ante Noſtrum, (ejusque anteſignanum, Bodinum,) qui in ſingulari hac metallorum hujus Coloſſi interpretatione unum tantummodo Regem, (ut in aureo *Capite* & æneo *Ventre* facit Autor,) & non potius continentem plurium Regum, in uno eodemque regno ſibi invicem ſuccedentium, ſeriem appellatione *regni* intellexerit. Vid. Junius ad h. l. Et ecce! ipſe quoque Vir. Cl. regnum ſecundum, argentei pectoris ſymbolo deſignatum, (quod certe, ſecundum iſtam rationem, non minus quam *Caput aureum*, & *Venter æneus*, uno tantummodo Rege deberet conſtare:) tres habere Reges, ſibi in unico hoc regno invicem ſuccedentes, ipſe ſtatuit, ut ipſius adeo rationes minus hic ſibi conſtent.

At vero dicit, p. 16. ſq. *ſcite & admodum diſtincte totam rerum faciem, in regno Evilmerodachi, effigiatam brachiis pectori junctis, pro magnis in regno motibus, Evilmerodachi tranquillitatem & gloriam haud parum quaſſaturis. Biennio* enim *ab obitu Nebucadnezaris, ſucceſſorem* ejus *Evilmerodachum, mox per Nerigliſſorem, ſororis ſuae maritum, extinctum: qui Nerigliſſor unum fuerit in regno Evilmerodachi brachium: alterum vero, poſtquam ille in praelio occubuiſſet, quadriennio poſt enatum esſe, Laboroſoarchodum, iſtius filium, brevi quoque, intra annum, ſublatum. Hos* itaque *duos,* ait, *ex filia Nebucadnezaris nepotes* (in quo vero manifeſto falſus eſt, & ſuis quoque recte modo dictis ipſe contradicit; cum *Neriglisſor*, ſororis Evilmerodachi maritus, Nebucadnezaris utique ge-

ner, *Laborosoarchodus* vero, illius Neriglissoris filius, solus hujus Nebucadnezaris nepos, fuerit) *gemina regni brachia in Colosso regio fuisse*, adeoque, cum & ipsa hæc fuerint *argentea*, cum *argento pectore* unum hic tantum constituere regnum, putat. Sed nihil hæc eum juvant. Par enim est ratio *aenei ventris & lumborum aeneorum*, v. 32. quibus v. 39. *regnum tertium* respondet, quod rursus *unius* tantum regis, *Belsazaris*, esse, Cl. Autor statuit: quod vero, secundum istam quoque rationem, non minus quam *argenteum Pectus cum brachiis argenteis*, tres ipsi referre iterum deberet Reges, in uno eodemque sibi invicem succedentes regno: ut mox dicetur. Accedit, quod Neriglissor minus congrue & rationibus Autoris convenienter, *brachium* fuisse *in regno Evilmerodachi*, dicitur; cum ipse, Evilmerodachum extinctum jam fuisse, fateatur, antequam Neriglissor regnum capesseret; nisi eadem hac ratione & Evilmerodachum ad Nebucadnezaris regnum referre velit, & dicere, illum *in* hujus *regno* fuisse pectus: quod ipsius tamen hypothesi repugnat. Quam coacta igitur ista sint omnia, quamque male inter se cohæreant, Lector intelligens agnoscet plus satis. Et observo, quod, ubi porro, *Laborosoarchodum* fuisse *alterum regni brachium in Colosso regio*, statuit, priora illa videatur corrigere, dum jam non dicit, *brachium in regno Evilmerodachi*, (ut ante de *Neriglissore* dixerat,) sed *brachium regni in Colosso regio*: quasi nunc *unum* tantum *Babyloniorum regnum* agnoscat & fateatur. Jam vero taceo, quod de illo *Laborosoarchodo* nondum res in historia certa, sed adhuc sub judice lis sit, num inter Babyloniorum reges ille sit referendus. Nam, in Ptolomæi Canone, meliores etiam editiones eum prorsus non me-

memorant. Si dixeris, quia impuber fuerit, & IX. duntaxat menses Diadema gesserit, illum ibi præteritum: Respondeo, ergo neque illum (vel eo saltem minus,) *regni brachium in Colosso* hoc *regio* posse censeri. Sed & , quod amplius est, Josephus Scaliger & Dion. Petavius, eundem hunc *Laborosoarchodum* ipsissimum esse *Belsazarem*, evincere sategerunt; qui (at quanti Viri!) in aliis vero omnibus hujusmodi προβλήμασι definiendis licet dissentientes, in hanc tamen sententiam pari concordia & fiducia prorsus conspirant: quos hic inter alios secutus etiam est Vorstius. Quomodo vero in Belsazaris regnum (si illud vel maxime sit *tertium*) præ *secundo* illo Evilmerodachi conveniet, quod d. v. 39. de regno *tertio* dicitur, *Illud* nimirum *imperium & potentiam duriter exerciturum in omnem terram*? Unde, quæso, constat, regnum ejus præcipue fuisse robustum ac potens præ *primo*, vel saltem *secundo*? Quod si dixeris, hoc *parricidiis vehementer concussum, ejusque gloriam & potentiam a Cyro & Cyaxare*, qui tum jam Babyloniam prima vice *invaserint*, *occumbente tunc etiam in prælio Neriglissore*, (Xenophonte teste) *non parum fractam fuisse*: (quod dicit Noster, p. 17. 18.) Respondeo, sub Belsazaris regno potentiam Medorum ac Persarum contra illud adhuc magis invaluisse, adeo ut id plane tandem occupaverint, ipsa etiam Babylone expugnata, & Belsazare noctu inter pocula occiso. Dan. 5. Quomodo igitur hic, ejusque regnum, κατ' ἐξοχὴν, f. præcipue & præ aliis, *potens* dici hic potuit, *duriterque imperium & potentiam* exercuisse in omnem terram? Quod vero Cl. Autor p. 19. illud de *Judæis*, *tunc adhuc jugo Babylonico, & vehementius quidem pressis*, interpretatur, nemini satisfecerit;

fecerit; cum illud vim sermonis hic minime exhauriat, nec probari etiam possit, Judæos *tunc* a Belsazare durius, quam sub ejus prædecessoribus, esse habitos. Evilmerodachus quidem antea singulari quadam erga Jechoniam clementia usus fuisse legitur: (2 Reg. 25:27. 28.) qua & sub ipsius imperio frui Judæi omnes potuerunt: Sed illud duorum duntaxat annorum fuisse, constat, nec sub ejus percussore, Neriglissore, qui dehinc rebus *quadriennio* præfuit, (ut adeo *ille* potius in hujus regno *Pectus*, quam hic in illius regno *Brachium*, dicendus fuisset, vel æque saltem dici potuisset: quod supra monendum adhuc fuerat) mitius eos aut mollius, quam post & antea, esse habitos, credibile est, nec unquam probabitur. Sed & hoc vel imprimis considerandum hic est, (quod jam ante quoque tetigi) *Ventrem cum duobus femoribus æneis*, unicum Regem Belsazarem, ejusve regnum, figurare nulla ratione potuisse. Quemadmodum enim modo in regno secundo, per *Pectus argenteum* designato, (quod filii Nebucadnezaris esse, Vir Cl. putat,) ipse agnoscebat, *duobus brachiis*, itidem argenteis, *Pectori* junctis, ut duo reges alii eodem in regno respondeant, oportere; ita hic quoque (si constare sibi per omnia istæ explicandi rationes debebant) in tertio regno, quod *æneus venter* præsignat, quodque nepotis Nebucadnezaris esse, statuit, *duo femora* reges duos alios, a *Belsazare* distinctos, eique, non secus ac in secundo regno Neriglissor & Laborosoarchodus Evilmerodacho, suffectos, ut figurent, necesse utique esse, ipse quoque Autor Cl. secundum suas ipsius explicandi rationes agnoscere tenetur. Quos cum ibi ante regnum Medo-Persicum (quod ipsi *quartum*, idque *ferreum* illud, est,) reperire non liceat, indicium

dicium illud inconvenientis explicationis hic præbet manifestum, hancque esse hiulcam, nec sibimet ipsi constare, immo nec ipsi Cl. Autori posse satisfacere, inde fit evidentissimum. Cum contra communis Visi hujus interpretatio, tam in hoc quam in reliquis omnibus, sibi optime constet, eique convenientissime respondeat: ut alias videbimus. Judicium itaque nimis præceps Noster tulit, quando hic *aureum caput*, *argenteum pectus*, *& aeneum ventrem*, *tres imperii Babylonici esse formas*, *a Jeremia c. 27. cum Nebucadnezari filii & nepotis successionem promitteret*, *praenunciatas*, sic satis audacter asseruit; pleno insuper ore pronuncians, *Jeremiam in Nebucadnezaris hanc sollicitudinem ac visionem*, *nec non Danielis interpretationem*, *remque hanc universam*, *luculentissimum esse commentarium*. (*Commentatorem* dicere voluit) p. 19. Non jam (quod fieri alias non abs omni forsan ratione hic posset,) de insigni Autorum, etiam vetustorum, in recensendis *Babyloniorum* post Nebucadnezarem usque ad Cyrum *Regibus*, dissensu, & antiquissimorum monumentorum, seu fragmentorum potius, Berosi, Metasthenis, Abydeni, Ptolomæi, Herodoti &c. sive obscuritate, sive suspecta, ob relationes male cohærentes, fide dicere quicquam volo: quo fit, ut alii, *Belsazarem* Danielis, ipsum esse *Evilmerodachum*, quem Canon Ptolomæi Ιλουαροδάμου *Ilvarodamum* appellat, (quia Josephus L. X. Antiqq. C. XII. idem fere regnandi tempus ei assignat, idemque utriusque memoratur exitus) *Nerigliſſorem* vero, primum jam ex Medis; at *Darium Medum*, ipsum Astyagen, Medo-Persarum Regem, Cyri avum, esse putant: (quod Marshamo, in *Chronol. regum Ægypt. p.* 597. placuit:) Alii
Bel-

Belſazarem contra pro *Laboroſoarchodo* Beroſi: at *Darium Medum*, qui Laboroſoarchodo ſucceſſit, pro *Nabonadio*, ſive *Nabonedo*, in fragmentis Beroſi & Metaſthenis, nec non in Canone Ptolomæi, loco *Belſazaris* memorato, recognoſcant: quam in ſententiam Scaligerum cum Petavio mire conſpirare, jam ante dixi) Alii rurſus, eundem Belſazarem vere eſſe *Nabonedum* illum, ſtatuant, poſtremum Babyloniorum regem; (quem, familiari Babyloniis literarum L. & N. permutatione, *Labynitum* vocare videtur Herodotus; Noſter vero, forſan ob ea, quæ Metaſthenes apud Euſeb. de *Præp. Ev.* L. 9. C. 40. de illo, quaſi a Cyro in Boriſippa obſeſſo, &, poſt deditionem, Caramanniæ præfecto, refert, pro Belſazaris filio habet) At *Darium Medum*, filium Aſſueri, (Dan. 9:1.) ipſiſſimum eſſe Cyaxarem, Regem Medorum poſtremum, Aſtyagis filium, Cyrique ſocerum & avunculum: quæ ſententia, inter veteres, eſt Joſephi & Hieronymi; inter recentiores, Tornielli, Uſſerii, Spanhemii, & Nicol. Abramii (cujus hoc de argumento erudita extat *diſſertatio*) quemadmodum & Cl. Perizonii *Babylonica*, nec non Doctiſſ. Abelii *Hiſtor. Monarch. orbis antiqui*, L. 1. p. 423. ſqq. & 437. (qui vero in omnia alia abit,) hanc in rem inſpici omnino merentur: nos enim id jam non agimus. *Sed, quid dehinc Coloſſi pedes?* merito nunc interrogat Noſter. Durus ſane, ipſoque dignus vindice, nodus. Verum, num *luculentiſſimus ex mente Autoris in rem hanc univerſam Commentarius* (quo nomine *Jeremiam Prophetam* ab eo honorari, modo vidimus,) l. d. quicquam ad hujusdem ſolutionem ſuppeditet,) equidem neſcio: ſed tamen Noſter eo ad hæc Commendatore uti voluit, ne ex ſuo, quæ ad hanc rem ipſi facere quodammodo poſſe

vide-

videbantur, depromsisse ingenio videretur. *Prænunciaverat*, inquit, *Jeremias*, (*scil. cap.* 50. & 51.) *Nebucadnezaris regnum, in filium nepotemque propagatum, pessum iturum, a vicinis Persis & Medis occupandum & dividendum. Vidit & Nebucadnezar, a Ventre, Belsazare subsidente, in diversos pedes, diversamque massam, abiturum regnum. Quod evenit Cyro & Dario Medo Babyloniorum Dominis &c. p.* 21. At vero, si *Babylonicum regnum pessum jam iit* (Autore hic fatente) cum, Belsazare cæso, à Persis & Medis occupatum illud & divisum est; quomodo hic sibi ipse constat, dum *quatuor Babyloniæ regna* s. *Monarchias* (ut in fronte libri sui scripsit,) extitisse; & hoc Colosso præsignata esse, ipse credit, & evincere nititur: si, inquam, cum tertio regno s. rege jam *pessum iit*, & ire debuit *imperium Babylonicum* vi oraculi, per Jeremiam editi? Sed videamus porro, num aliqua saltem, imo vel minima veri specie illud se conscientiæ lectorum commendet, aut commendare quodammodo possit, quod *DARIUM MEDUM* & *CYRUM crura Colossi ferrea*, & *pedes una cum digitis ex ferro & luto* inter se mixtis, conflatos retulisse, sibi nobisque persuadere nititur. *Crura ferrea*, inquit, p. 20. *ex ocreis ferreis, armatura militari, sunt perquam appositum de Cyro augurium, Medo-Persa, qui, in regno Babylon. successurus, ferro durior futurus* &c. Et postea ib. p. 21. *Crura pedesque partim ex ferro, partim ex luto, constabant; ocreae puta ferreæ, luto adspersæ.* Quid enim, quæso, est, Scripturam detorquere & pervertere, si hoc non est? Audiamus ipsum Danielem, v. 33. ex Regis somnio hæc referentem? שקוהי די פרזל רגלוהי מנהון די פרזל ומנהון די חסף *Crura ejus ferri, pedes ejus ex parte*

te ipſorum ferri, ex parte argillæ: & v. 41. ואצבעתא מנהין חסף די־פחר ומנהין פרזל *Et digitorum pars, argillæ figulinae; & pars eorum, ferri.* Et poſtea ibidem: פרזל מערב בחסף טינא *ferrum permiſtum luto cœni vidiſti.* Hic non dicitur, *Crura pedesve cum digitis fuiſſe ocreatos*, (quod ſane *digiti*, hic in nudis quippe pedibus viſi; ut qui in ocreis conſpici non potuiſſent, ſatis refellunt,) & *luto* extrinſecus duntaxat *adſperſos*; ſed ex ipſo ferro & luto, tanquam materia ſua conſtitiſſe, ſ. conflatos revera fuiſſe, ita ut ipſi etiam pedum *digiti* ſine tegumento apparerent ferro-lutei, ſ. ex ferro & luto conflati, non vero ferro tantum exterius obtecti, & luto inſuper adſperſi, eſſent. (מערב enim, non *adſperſum*, ſed *permixtum*, ſignificat) id quod & v. 42. 43. denuo inculcatur; adeoque longe plus importare cenſendum eſt, quam *ocreas ferreas, luto adſperſas, ut nunc transpareret ocrearum ferrum, vel chalybs, nitens; nunc oculos ſpectantis feriret adſperſum lutum ex fundo, ubi ſtaret, luteſo: ut fit in milite armato, qui in armis procedat*, ut ſcribit Vir Cl. d. p. 21. Æqui & Chriſtiani Lectoris, immo & ipſius Autoris, conſcientiam hic appello. Profecto, cum is vocem מערב ipſe quoque p. 22. & 26. *mixtum* interpretetur, itemque p. 21. & 22. verba v. 41. & 42. ſic ipſe transferat, quod *crura pedesve & digiti partim ex ferro, partim ex luto NB. CONSTITERINT*; (quod ſane longe aliud eſt, quam quod *ferro obtecti lutoque adſperſi* duntaxat fuerint,) Vix ſibi quis temperet, quin ſuſpicetur, non tam ſuam hic illum dicere voluiſſe ſententiam, quam ſuum potius oſtentare ingenium, in his tam ingenioſe detorquendis, & Coloſſi hujus pedibus, pedumque digitis, ſermonis ſui fuco (ne dicam, *luto*,)

ad-

adſpergendis, vel illinendis; qui tamen iis vix leviter hæret, cum illis non miſceatur aut miſceri poſſit intime; ſicut lutum illud ferro pedum ac digitorum *commiſtum* fuiſſe dicitur. v. 41--43.

Sed quid jam putat Vir Clar. *ferrum*, quid *lutum*, deſignare? *Cyrus*, inquit p. 21. ſq. *ferri*, *Darius Medus, luti ſ. argillae umbra egregia. Cyrus duorum illorum potior, fortior; Darius inferior, imbecillior: Cyrus, Perſa, reliqui Orientis Dominus: Darius arbitrio Cyri tantisper Babylonis, ut inter illos convenierat. Quam regni Babylonici partitionem Cyro & Dario autoribus, Cyro tamen potiore, interpres Daniel v.* 41. *denunciaverat.* At paulo ante jam dixerat, *prænunciaſſe Jeremiam, Babylonicum regnum a Perſis & Medis dividendum: Vidiſſe & Nebucadnezarem, a ventre, Belſazare, ſubſidente, in diverſos pedes diverſamque maſſam abiturum regnum: quod evenerit, Cyro & Dario Medo, Babyloniorum Dominis, inter ſe regnum partitis.* Si igitur hi ſunt ipſi duo ἀνδριάντος *pedes*; quomodo Cyrus *ferrum*, at Darius *lutum* deſignare poteſt, ex quo utroque inter ſe miſto uterque *pes* cum digitis ſuis conſtitiſſe dicitur? Iſta enim ratione alterum pedem ſuis cum digitis *totum* ferreum, alterum vero cum digitis *totum* luteum eſſe oportuiſſet. Quomodo hæc dicta ſive inter ſe, ſive cum Danielis ſermone, concordent, aut conciliari ſaltem queant, mihi non liquet. Autorem ſane *oportuerat* ſui *eſſe memorem*, ne diceret, quæ ſe invicem refellant. Unde jam evidens eſt, vana eſſe & evanida quæ dehinc p. 13. ſs. per merum ingenii luſum circa vocem פרס (Paras) *Perſa* quod nominis ſono congenito proxime accedat ad פרזל (Parſel) *ferrum*, & circa vocem כשדין (Chasdin) h. e. *Chaldaei*, quæ ſueta nominis alluſione & affinitate ad חסף טינא (Chaſaph tina) quaſi *Chſaphtin*, h. e. ar-

gilla

gilla f. lutum, alludat, argutatur: ad demonstrandum scilicet, Cyrum Persam & Persarum Dominum cum *ferro*, Darium vero, Chaldææ ex hoc Dominum, cum *argillâ*, hic comparari. Quo pariter trahit, quod & Persia *ferro*, sicut Chaldæa *argillâ*, abundet. Hinc enim, ut dixi, colligendum esset, alterum Colossi pedem, qui Cyrum Persam referat, *ferreum* tantum, alterum vero, qui Darium designet, *luteum* solum fuisse: quod vero tum sermoni Danielis, tum iis quæ ipse ante p. 21. dixerat, nosque supra jam vidimus, prorsus repugnat. Ceterum, *argutas* quas vocat, *nominis allusiones in visionibus & oraculis, symbolis & figuris hieroglyphicis, apud orientales præcipue ab omni ævo solennes*, haud quaquam damno, sed utique clavem plerumque in explicandis ænigmatibus propheticis & allegoriis biblicis, ultro libensque agnosco. Cum nomina biblica non solum sint σημαντικὰ *significantia*, sed & mysterium, quod sub litera latet, prodere soleant. Vid. Gen. 17: 4. 5. coll. Rom. 4: 13. 17. Hos. 1: 9. 10. coll. Rom. 9: 25. 1. Petr. 2: 10. Apoc. 2: 1. 8. 12. Cap. 3: 1. 7. 14. C. 13. 17. &c. Quam in rem non sperno, quæ Doctiss. Vir, HERM. DEUSINGIUS, in *Demonstr. Allegor. Hist.* §. 60. 126. 139. 141. 145. sq. 150. sq. & in ejus *Apologia*, §. 25--27. sqq. §. 34--37. sq. §. 71. sqq. it. in *Comm. Mystico ad Decal.* p. 210. sq. p. 269. sq. nec non in *Allegor. Evangelica* passim enucleavit. Sed in viam.

Prætereundum autem hic non est, quod Autor *Crura & pedes* hujus Colossi tam mire confundat, & pro iisdem reputet: quæ tamen ipsa *visio*, v. 33. ejusdemque *interpretatio*, v. 41. 42. (ut vel sola verborum superius allegatorum inspectio

spectio docet) studiose distinguit, illa ex mero solove ferro, hos vero partim ex ferro, partim ex argilla, constitisse, indicans: ex quibus inter se mistis ipsi etiam pedum digiti conflati fuerint. Quæ tria igitur in quarto hoc regno fuerant distinguenda, aut eorum δήλωσις distincte ostendenda. Quemadmodum faciunt, & omnium commodissime facere possunt, qui quartum hic regnum de Romano imperio intelligunt: ut postea videbimus. Nisi enim hæc omnia distincte significarent, utique non tam studiose in viso essent distincta, nec tam prolixe & accurate enarrata: cum contra Vir Cl. hæc omnia misceat & confundat, imo *digitorum*, licet aliquoties memoratorum, nullam plane rationem habeat, ut eos etiam, fictis crurum pedumque *ocreis ferreis* simul obtectos penitusve absconditos, ab oculorum nostrorum conspectu prorsus removeat. Sed bene est, quod *ocreæ* istæ *ferreæ* non veræ sint, sed tantum imaginariæ, adeoque non *ferrum* solum, *per lutum* ut putat, *adspersum*, sed ipsi quoque *pedum digiti* per ferrum illud ocrearum phantasticum, satis transpareant; neque conficta illa *luti adspersio* impediat, quo minus eos distincte observemus. Unde, dum tacent etiam, Autorem magno conatu nihil agere, clamant: ut quorum vel minimus toti ejus commentationi, quantumlibet ingeniosæ, multoque studio elaboratæ, sufficit confutandæ atque refellendæ. Unde nec opus jam est, ad ea, quæ exinde p. 26. sq. ad v. 43. commentatur, quippe tam ruinoso superstructa fundamento, pluribus respondere.

Et quam coactum etiam atque contortum id est, quasi levis illa *cohærentia ferri & luti istius per semen humanum*, in eo constiterit, quod *communes Cyri & Darii subditi fuerint captivi Ju-*

dæi, *per omnes utriusque terras disseminati: in quos nec Darius solus*, *nec Cyrus solus*, *dominium aut jus sibi vindicarent*, *sed communes eos tenerent subditos*; -- *præter hoc communionis ex Judaica gente vinculum*, ait *Darius & Medus* (*Cyrus* voluit dicere,) *omnino distincti*; *qui de cetero non cohærerent*, *sed suo quisque uteretur regimine*: *uti ferrum in se luto revera non miscetur: ut de cetero Persicum tunc & Babylonicum regnum non prorsus coalescerent.* Equidem non nego, (quod recte obſervat Vir Cl. tum hic tum p. 15.) *Judæos*, *gentibus* oppoſitos, *Homines*; *has vero*, *animalia bruta*, in ſcripturis cenſeri & ſæpe appellari. Quo ſenſu Deus Gen. 9: 5. Noachi poſteris, ſpeciatim Iſraëlitis, (intellectu utique myſtico) dicebat, *Sanguinem vestrum*, h. e. pro animabus veſtris expiandis, (Vid. Levit. 17: 11.) *requiram*, *de manu omnis bestiæ requiram illum*, & *de manu hominis*, h. e. ab omnibus hominibus, cum Gentibus, tum Judæis, *de manu viri*, *fratris ejus*, h. e. Chriſto, (Vid. Deut. 18: 15. Ebr. 2: 11.) *requiram animam hominis*, h. e. prioris Adami & omnium qui in eo peccarunt: quia nimirum utrique illi, & Judæi & Gentes, lytro iſti ſolvendo forent impares. Quo ſenſu ibi præcedentibus quoque verbis v. 1. ſqq. *Bestias* deſignare gentes, Iſraëli ſubjiciendas, explicat, eique expoſitioni etiam quod ſubſequitur, congruere, oſtendit Cl. DEUSINGIUS, *Comm. mystic. in Decal.* p. 158. Sed tamen inde non conficitur hoc loco *semen humanum*, quo *ferrum* & *lutum* in pedibus digitisque Coloſſi hujus cohærent, deſignare Judæos, ſub Cyro & Dario, *in sede & terra exilii communi.* Nec omnino verum eſt, Judæos jam ante Darii obitum Cyro paruiſſe: (Niſi putet Autor, eos tunc etiam in Perſia exulaſſe; cum *Judæos*

captivos

captivos, *communes Cyri & Darii* dicit *ſubditos*, *per omnes utriusque terras diſſeminatos*: id quod ſuo nunc loco relinquo.) Quod enim, Metaſthenis forte autoritate nixus, (qui Darium & Cyrum ſimul regnaſſe ſcripſit,) hic ſupponit, utrumque poſt occupatam Babyloniam hujus fuiſſe Dominum, falſum eſt, & ipſe contra p. 21. 22. dicit, *Cyrum*, *Perſam*, *reliqui Orientis* manſiſſe *Dominum*; *Darium vero*, *ipſius Cyri arbitrio*, *tantiſper Babylonis*; *ut inter illos convenerit*. Nec plane verum eſt, quod poſtea dicit, *occupata jam Babylonia Cyri potiorem fuiſſe rationem præ Dario*; *quorum ille non deſeruerit Babyloniam*, *Dario commendatam*, *ſed ſuperior manſerit Dominus*, *a quo Darius dependeret*: cum ex antiquis monumentis fide dignioribus certius utique colligatur, Darium Medum, qui & *Cyaxares*, nempe ſecundus, (Cyaxaris I. Medorum regis, quem Daniel C. 9: 1. *Aſſuerum* appellat, filium) Cyri fuiſſe avunculum & ſocerum, regem ante Perſarum, qui, illo belli Duce uſus contra Patruum ſuum (ipſiusque, ſecundum Herodotum, Avum) Aſtyagem, Medorum Regem, hujus regnum jam ante occupaverat, Cyro tum in pretium laboris Perſiæ regnum largitus: hujusdem poſtea virtute & ope Babylonicum etiam imperium acquiſivit, quod deinceps, jure demum hæreditatis ad Cyrum, ipſius generum, una cum Mediæ regno erat perventurum. Vid. Joſeph. L. X. *Ant. Jud.* C. 12. (quanquam Cl. Abel. l. d. p. 437. hæc paulo aliter concipiat.) Unde & Dan. 5: 31. occupatio regni Chaldaici, Babylone expugnata & Belſazare occiſo, *Dario Medo* duntaxat tribuitur, *Cyro*, belli quamvis duce, ne quidem memorato. Conf. omnino Dan. 6: 28. (ex quo toto Capite etiam manifeſto apparet, po-

tiorem utique Darii præ Cyro fuiſſe rationem, & *Medorum* tunc præ *Perſis*. Vid. v. 8. 12. 15. ut & C. 8: 28. contra quam Autor putat) nec non Eſr. 1: 1. 2. ubi annus accepti poſt Darii obitum regni Babylonici ut & Medici, quo Judæi è ſervitute Babylonica liberati ſunt, *Cyri primus* dicitur: qui de cetero tunc jam biennio ante, Darii nomine & opibus Babyloniam debellaverat, & Perſiæ jam regnum XXIV. annis tenuerat. Quemadmodum & iſta ex ratione Xenophon Cyro, Aſiæ totius regi ſ. Monarchæ, annos imperii tantum VII. tribuit, etſi Canon Ptolomæi nos doceat, ab expugnato Babyloniorum imperio ad Cyri usque mortem annos IX. elapſos eſſe. Ut adeo pateat, Autorem non verba ſolum Danielis, ſed ipſam quoque facti hiſtoriam, opus habuiſſe violente admodum contorquere ac pervertere, ut explicationi ſuæ, perbellæ ſane, fidem, ſi pote, aliquam conciliaret, vel crura ſaltem & *pedes* Coloſſi, ferro quaſi ocreatos, fuco lutoſo, male tamen cohærente, adſpergeret aut pingeret.

En tibi vero novum hujus artis ſpecimen p. 30. ubi ſcribit, *Lapidem advolutum pedes ſtatuæ ferreos ac lutoſos percuſſiſſe, quando Cyrus & Darius Dei providentia & inſtinctu commoti ſunt, ut commune ſuum in Judæos extorres jugum remittere conſtituerent.* Comminutos *autem ferreos ac luteos pedes illius Saxi advoluti contactu, cum animi illorum divinitus moti ſunt, ut ſuum in Judæos jugum ſponte laxarent ac remitterent.* Qualia & p. 29. 31. ſcribit. Vah! quam violenta hæc divini ſermonis contorſio, quamque perverſa & contra omnem hiſtoriæ fidem atque temporum rationem conficta ratio hæc eſt? Quid? num Judæi jam a Dario Medo, adeoque adhuc ante ex-

actos plane LXX. Babylonicæ servitutis annos, ex illa dimissi sunt? Annon illud testimonio Spiritus S. 2 Paral. 36: 21. 22. 23. manifesto contradicit? Et quid tibi, Christiane Lector, de ista *Crurum pedumque* hujus Colossi *percussorum*, & simul *ferri & luti, æris, argenti aurique, comminutorum*, eorumque *quasi stipularum, perventum, sic, ut ne locus quidem eorum deprehenderetur, dissipatorum*, interpretatione videtur: quod nimirum hæc omnia Nebucadnezari *jugi Babylonici diuturni solutionem vividius* tantum *atque operosius* præsignaverint, *quod sub Cyro & Dario exspiraret ac velut evanesceret*? p. 31. Anne hæc in illam rem & factum illud conveniunt? aut, si vel maxime, in eam convenire, nunc fingantur, num illa vim verborum omniumque circumstantiarum, hic memoratarum, vel aliqualiter exhauriunt? Siccine somnium hoc tam momentosum, verbaque tam graphica, quibus illud a Spiritu S. describitur, enervare fas est? Profecto verba nimis sunt multa atque magna, & ἐμβλήματα nimis insignia ac notabiliora, quam ut rem istam, etsi alioqui non quidem parvam, nec tamen ita per omnia gestam, (Dario enim mortuo demum Judæorum jugum a solo Cyro solutum est,) designarent. Quis, quæso, Autori credat, *Saxum*, v. 34. *citra manuum opem advolutum*, (seu potius, *excisum*) התגזרת quod ipse quoque postea v. 36. *praecisum* aut *avulsum* reddit) *pedes statuae ferreos & luteos percutiens* &c. nihil figurasse aliud, quam *Dei providentiam & instinctum*, *quo Cyrus & Darius commovendi essent* ad dimittendum Judæos. *Deus* O. M. quidem Deut. 32: 4. Ps. 18: 3. & alibi צור *rupes* s. *petra* dicitur: quod ejus *promissiones sint immotae praesidiumque firmum, in quem fiducia inconcussa, cui tuto se committe-*

 mitte-

mittere liceat : fateor. Sed hic non *petra*, sed *lapis*, אבן *excisus de petra*, מטורא (quod ex v. 45. hic subaudiendum: Unde & Græca τῶν ὁ versio illud hic addit) memoratur, qui percusserit pedes. Qui adeo *lapis*, quodve *saxum*, nullus est alius, quam Christus, a *monte*, h. e. politia, populi Judaici *excisus* f. sublatus è medio populi, & morte affectus, ceu impius, Conf. Esa. 53: 8. Dan. 9: 24. (Regna enim & respublicæ ac populi *montibus* in Scripturis comparari passim solent: ut regnum Babylonicum, Jer. 51: 25. & Persicum, Zach. 4: 6. Conf. Apoc. 8: 8. cum d. Jer. 5: 25. & Matth. 21: 21. Christus enim est *lapis* ille Israëlis. Testis est Jacobus, Gen. 49: 24. Esa. 28: 16. Zach. 3: 9. Testis vel imprimis est David, Psal. 118: 22. ubi ille *lapis* dicitur *spretus ab architectis*, *qui caput factus est anguli:* quam sententiam non Petrus solum, Act. 4: 10. sed & ipse Dominus, Matth. 21: 42. in ipsum dictam testatur. Qui *lapis* etiam regno suo (quod itidem *mons* dicitur, capiti aliorum montium f. regnorum quasi superimpositus, vel superimponendus tempore novissimo, Esa. 2: 2.) *totam terram implet*. Vid. Pf. 24: 1.

Fingamus etiam, *lapidem* hic *Deum*, *ejusve providentiam & instinctum* referre; sed quid tum de eo fiet, quod v. 35. sequitur, *saxum illud*, *quod Colossum fregerat*, *excrevisse in montem excelsum*, *qui totam repleret terram*? Hoc Autor, suæ serviens hypothesi, eò torquere cogitur, p. 32. quod *Ecclesia Judaica*, *restituta*, *illa tandem sumtura esset incrementa*, - - *ut ejus gloria omnem superaret non solum jugi molestiam*, *sed & regum quondam superiorum majestatem.* At vero, num *saxum*, quod Vir Cl. ante interpretabatur *Deum*, *ejusve providentiam & instinctum*, nunc, muta-

ta

ta rurſus ſcena, eſt eccleſia Judaica? Ita quidlibet facere novit ex quolibet. At, pergit, *ſaxum* creſcere *dicitur*, *cum divina promiſſio* (hujus potius *implementum* ſ. *adimpletionem* intellige e Cl. Autor voluit: quæ vero jam nova rurſus, eaque tertia vel quarta, ipſi eſt *ſaxi*, mire ὁμονύμϐ, ſignificatio,) *in gente creſcit*, *ſive magna vi emergit cum omni fortunae divinitus promiſſae incremento.* Quæ *divinae gratiae incrementa* (neſcio, an hæc alia denuo, eaque quinta forte, iſtius *ſaxi* debeat eſſe ſignificatio,) *eo usque ſenſit aucta, ut ingens inde aſſurgeret mons. Qui montis* Moriæ *index proximus, in quo Eccleſia quondam haeſiſſet, qui poſt longam deſolationem cum majori gloria reſtaurandus eſſet. Quae deſignatio univerſae rei ſacrae reſtaurandae.* At deinde p. 36. explicaturus, quod v. 43. dicitur, *Lapidem iſtum de monte ante exciſum fuiſſe*, ſcribit: *Illas pollicitationes ſalutis ex eccleſiae quondam ſinu promanaſſe, per Jeremiam, puta, & Ezechielem palam promulgatas. Quare ex monte ſacro, Moria, eccleſiae veteri ſede, olim profectas promiſſiones, quae inſtar* ſaxi *ex monte & templo deſtructo ſ. eccleſia concuſſa, praeciſae aut avulſae, in involucris Jeremiae ſervatas, & ad finem Babylonici regni, ad pedes Coloſſi devolutas, aut propagatas. Cujus verbi divini, tanquam ſaxi, virtute peſſundarentur tandem Babylonii, eccleſia ſalva.* Hic montem *Moria*, quem antea p. 32. dixerat indigitari per *montem* illum, qui e *Saxo*, a *Monte* avulſo, demum excreſceret, facit illum ipſum etiam montem, *a quo* avulſum iſtud Saxum fuiſſe memoratur. Quomodo vero idem poteſt eſſe rei terminus *a quo*, ut ajunt & *ad quem*? Materia ſimul, & quod ex illa demum fiat? Certe apud Danielem prorſus differt *Mons* ille

ille *a quo* excisus dicitur lapis, v. 34. & *mons iste, in quem* excrevit hicce lapis, a priori monte excisus. v. 38. Annon igitur hæc etiam in interpretatione oportet esse atque manere distincta? Taceo, quod vocem תגזרה jam *advolutum*, jam *praecisum* aut *avulsum* interpretetur; (quorum prius plane alienum est & inconveniens) quodque *montem replere totam terram*, ipsi sit, *remotiorum etiam spectatorum oculos incurrere, ejusque celebritatem ac venerationem remanere per dissitas regiones, dum eam admirentur exteri.* &c. Quæ quam contorta & coacta sint omnia, quamque male cohæreant, nemo non videt. Illud non taceo, quod hic jam p. 36. *Babylonios, vi Saxi, a monte excisi, & colossi pedes percutientis, pessumdandos* dicit; cum contra superius p. 31. *percussionem istam pedum*, & *ferri, luti* &c. *comminutionem*, non nisi ad *solutum longum LXX. annorum exilium, jugumque Babylonicum*, retulerit Vir Cl., ut cujus istis verbis *luculenta* detur *descriptio.* Quod si dixerit, se ibi *divinam* tantum *vindictam*, a *Nebucadnezare ejusque posteris sumendam*, intelligere; ut ex fine p. 35. & initio p. 36. colligo; Respondeo, illam utique jam biennio ante solutam a Cyro Judæorum captivitatem exercitam, Babylonia a Dario Medo occupata, eamque ex ipsiusmet Autoris sententia, jam, supra successione regni quarti s. ferrei in locum tertii s. ænei, fuisse indicatam: quid igitur opus fuisset, hic eam postremo iterum loco indicare, alioque rursus emblemate pingere, si nihil per ea significaretur aliud? Et, annon supra p. 30. suo loco, cum *percussionem pedum*, tum & *comminutionem metallorum* tantum exposuerat, de *Commotione Cyri & Darii, ut commune suum in Judæos extorres ju-*

jugum remittere constituerent. Ita ut animi istorum regum divinitus moti, ut suum in Judaeos jugum sponte laxarent. Hic vero ita nunc loquitur, quasi per ipsum jam excidium posteritatis Nebucadnezaris, & Babyloniæ occupationem, a Dario Medo factam, Judæi statim libertati fuerint restituti. Quod vero non ita esse, constat, & ipse Autor supra fassus est. Sed & hoc manifesto falsum, ac, pene dixerim, ridiculum, quod *Danielem v. 44. Judaeorum in patriam reditum, cultus purioris redintegrationem, gloriae incrementa, doctrinae melioris & sanctioris famam in immensum augendam, hac magnifica illustrasse oratione*, scribit: *Illorum Regum (Cyri & Darii) tempore Deus resuscitabit regnum, quod nunquam delendum, quod imperium alteri populo non concedendum: quod comminuet & conteret omnia illa regna, durabitque in perpetuum. Ecclesiae haec est Judaicae immunitas ab ultimis injuriis & diris exitialibus Babyloniorum.* &c. Quis, obsecro, vel fando talia comperit? tum illustre & magnificum Oraculum, verbis tam graphicis a Spiritu S. descriptum ita eludere, & quia nec rei eventus id vel alio quodam modo comprobavit, hominibus Atheis & Scripturæ irrisoribus indignissimis modis deridendum propinare? Hoccine Christiani est? Itane persuadere Tibimet ipse potuisti Vir Cl. te Spiritus S. mentem in his recte percepisse, aut in timore Jehovæ, ut Christianum decet interpretem, in illustris hujus visi explicatione esse versatum? Quid hic dicam, nescio. Nuper addubitabam, (ad v. 33.) num hic ingenium magis tuum ostentare, quam veram animi tui sententiam dicere volueris: jam ista mihi suspicio vel invito rursus incidit: & (ut bona tua cum venia mentis meæ sensum aperiam) triste mihi in

te videre videor exemplum, quid non designet perpetua illa novaturiendi intemperies, & quomodo illa oculos mentis etiam perspicacissimorum tam densis obfuscare possit nebulis, ut non solum clarissima non videant, sed & stolidissima cerebri phantasmata, vel aliorum, vel sua etiam, pro veris sani rectique judicii fœtibus habeant & amplectantur. Cujus exempla jam olim in magno illo Grotio, aliisque, orbis vidit, & ecclesia luxit, quam plurima. Veniam dabis Cl. Vir, quod justo sane dolori hic paulisper indulserim, nec ei parcere, mihive temperare, prorsus valuerim, quin ipsi (quod & alias ab aliis jam dudum sibi factum novit) injuriam publicam, sermoni divino illatam, animo non malo hic exprobrarem, mentemque tuam conscIam, hæc, ut spero, non sine rubore agnituram, simul appellarem. Qua, quæso, veritate, imo qua veri specie vel minima, affirmari potest, *tempore jam Cyri & Darii Medi, Deum Judaeis resuscitare voluisse regnum nunquam delendum, quod alteri populo non concedendum, quod comminuturum esset & contriturum omnia regna sibi adversa, & in perpetuum duraturum*? Prædicatum hoc non aliud Subjectum (ut Scholæ loquuntur) indicat, aut intelligi permittit, quam mons f. regnum Christi, Vid. Esa. 2: 2. ad dextram Dei Patris jam exaltati, cui omnia a Patre sunt tradita, & qui regni sui gradus singulis seculis promovet, Esa. 66: 23. donec, regnis adversis omnibus submotis, (Esa. 60: 12.) imperium obtinet in omnia, 1. Cor. 15: 24. nullis seculorum finibus circumscriptum aut terminandum. Luc. 1: 33. Ps. 93. Ebr. 1: 2. C. 12: 27. sq. Apoc. 1: 15. 17. coll. C. 10: 7. quo postremo loco idem illud, ut novissimo tempore consummandum, tam graphice de-

defcribitur. Quod & fit Dan. 7: 9. fqq. v. 13. 14. 18. 22. 26. 27. coll. Apoc. 20: 10. fs. C.21: 1. fqq. Quis vero nefcit, ne templum quidem, nedum ipfam urbem Hierofolymam, Darii Medi vel Cyri tempore effe reftauratum; imo illo regnante necdum quidem permiffum, ejusmodi quid fufcipere? Quem fugit, longe demumpoft, Dario nimirum, vel Hyftafpide vel Notho, rege, intermiffam à Cyri tempore vel folius templi ædificationem refumtam & tandem abfolutam? Vid. Eft. 4: 5. fqq. Quem denique latet, urbem Hierof. fub Artaxerxe demum Longimano e cineribus quafi refufcitatam quidem, fed ex illo tempore Judæos, non regnum, fed rempublicam duntaxat, eamque variis tempeftatum fluctibus jactatam & mifere vexatam, habuiffe; religione quoque indies magis obfcurata & in pejus ruente. Et quanquam Affamonæi Duces nomen fibi & diadema regium aliquamdiu fumere & ufurpare voluerint, illud tamen brevi eis rurfus ademtum, ipfosque Judæos politia eorum poft occifum ab iis Chriftum à Romanis everfa, in omnes terrarum angulos difperfos effe, & in hunc usque diem manere? Annon vero Chriftus d. Matth. 21: 43. Judæis interminatus eft, *regnum Dei* (fi illud forte hic intelligi à Daniele velit Autor) ab ipfis Filii Dei percufforibus auferendum & alii genti tradendum; cum hic contra Daniel *regnum nunquam delendum*, nec alteri unquam genti concedendum, defcribat. Ut nunc taceam, tantum abeffe, ut regnum Judæorum in perpetuum duraverit, & omnia regna fibi adverfaria contriverit, ut potius *mons* politiæ ipforum *igne* iræ cœleftis quafi *flagrans*, *in mare* gentium *projectus* & prorfus diffipatus abforptusque fit: fecundum Vifionem Joannis, Apoc. 8: 8.

Reftat

Reſtat jam, ut communem & veram de hoc Nebucadnezaris Somnio, a Daniele expoſito, ſententiam hic exponam: ſed, cum hæc diſſertatio jam præter ſpem excreverit, id alii forſan tempori & loco reſervabitur.

V.

Vita (a)

ALBERTI FELDENII,
Theologi Kilonienſis.

ALBERTUS zum FELDE natus eſt die IX. Septembris anno CIↃ IↃC LXXV. HAMBURGI, in quam urbem mater ejus ILSA ROLAPPIA bellicis motibus, qui tum in vicina regione Bremenſi exorti erant, compulſa transierat. Ibi igitur HEINONEM FELDENIUM, tum temporis in diſtrictu Kedingenſi Se-

(a) Excerpſi hæc ex programmate, quo Prorector & Senatus Academiæ Kilonienſis poſtridie Kal. Jan. hujus anni, quo illius exuviæ Bordesholmiam delatae ſunt, funus pereximii hujus, mihique amiciſſimi Viri indixerunt. Vocant in eo *Theologum raræ & inſignis doctrinæ, cujus & vitæ ratio ubique concinebat, ut præciperet nihil, quod non vivendo exprimeret; Sacrum Oratorem, quo vix alius in explicandis divinis oraculis illuſtrior fuit, docendo perſpicuum, probando expeditum, flectendo acrem & efficacem. Philoſophum ſubtilem & exquiſitum, qui vanas, quæ ubivis excitantur, lites & diſcerneret facile, & ſcopulos prudenter evi-*

Secretarium, hujus sui filii parentem fecit. Avus paternus erat ALBERTUS, proavus JOHANNES zum FELDEN / viri munerum fideique amplitudine & auctoritate in eadem regione satis conspicui. Avus maternus ANGELUS, proavus MATTHÆUS ROLAPPIUS, urbis Buxtehudensis Secretarius fuit, qui pariter apud suos magno semper in honore vixerunt. Parens, post illa tempora, quod & avi munus fuerat, constitutus est judex in agro veteris regionis, quam amœnissimum tractum Chytræus in Saxonia vocat. Atque ille, cum promta in filio indoles mature eniteret, paulo serius quidem, anno nimirum ætatis decimo, eorum tamen fidei filium commisit, qui cum alacre ingenium invenirent, plus sua diligentia breviori tempore, quam alii longiori efficerent. Præsertim GEORGIUS BUSCHIUS, vir disciplinæ scholasticæ peritissimus, prima illi pietatis & optimarum artium initia & fundamenta instillavit. Accessit deinceps aliorum magistrorum opera, qui cum optimæ frugis semina insererent, facile impetrarunt, ut quod a natura egregium contigerat ingenium, pulchrioribus in dies suæ præstantiæ indiciis emicaret. Anno CIↃ IↃCXCI in Hamburgense Gymnasium missus est ad linguas orientales & philosophiam excolendam, quo tempore in Hebraicis, præsertim Rabbinicis ESDRAM EDZAR-

evitaret. Appellant *divinioris cœtus lumen & veluti cynosuram, Academiæ præcipuum ornamentum, studiosæ Juventutis Doctorem, in quo quidquid probitatis, ingenii, solidæque eruditionis reperiri apud docentem potest, discentes admirabantur.* Quibus nihil tam præclare dici, quin ejus virtutes id meritæ fuerint, testantur omnes, quibus eum noscere propius, datum fuit. T. d. H.

ZARDUM, diligenter ſectatus eſt, & cum illo THEODORUM ANCKELMANNUM, linguæ Hebraicæ profeſſorem. Præterea magiſtros habuit in Græcis & hiſtoricis GEORGIUM ELIESEREM EDZARDUM, in diſciplina morum VINCENTIUM PLACCIUM, in Logicis JOACHIMUM VAGETIUM, & GERHARDUM MEIERUM, in phyſicis DANIELEM BUTNERUM, ſub quo anno CIↃ IↃCXCIII. de magia publice diſputavit. Sic biennio Hamburgi commoratus Lipſiam conceſſit, ADAMI RECHENBERGII inprimis & THOMAE ITTIGII inſtitutione in hiſtoria eccleſiaſtica uſus, ſimulque de eo ſollicitus, ut eloquentiam linguæ Latinæ & Germanicæ plenius acquireret. Inter theologos JOANNEM OLEARIUM adiit. Anno CIↃ IↃC XCIV Vittebergam abiit circa ferias Paſchatis, ibidemque CASPARUM LOESCHERUM & PHILIPPUM LUDOVICUM HANNEKENIUM, ſtudii duces ſibi elegit. THEODORI DASSOVII convictu & inſtitutione Rabbinica privata uſus eſt, qui Jarchi Leviticum interpretabatur. At maximo cum fructu Græcis & criticis amœnitatibus captus, ab ore magni viri CONRADI SAMUELIS SCHURZFLEISCHII aſſidue pependit, quarum deinceps litterarum amor toto vitæ tempore perduravit. Itaque poſt obitum autem parentis in patriam a. CIↃ IↃC XCV. rediit, & Stadæ apud matrem aliquamdiu commoratus domi ſtudiis ſuis conſuluit, non parum præterea inſigni benevolentia JOANNIS DIECMANNI, ſupremi ſacrorum in ea urbe antiſtitis adjutus. Aeſtate anni ſubſequentis Hamburgum ſeceſſit, laudato ſupra EDZARDO iterum in diſciplinam ſe traditurus, & publi-

blicas bibliothecas, quas Hamburgum egregias habet, tanquam locupletiſſimos eruditionis theſauros perluſtraturus. Dimidii anni ſpatio, heic loci commoratus ob domeſticas rationes ad ſuos revocatus, vixit apud matruelem ruri, ſemotus, quæ ipſius verba ſunt, ab omni ſtrepitu impedimentisque ultra annum. Quod ipſum divinis auſpiciis contigiſſe, ſibique in meliorem partem ceſſiſſe, ingenua & grata ejus confeſſio eſt. Ex hoc otio ſuo cum novas acquiſiſſet vires, præter opinionem evenit, ut anno CIↃ IↃC XCVIII. adultiore ætate Kilonium transeundi poteſtas daretur. Atque hic CHRISTOPHORI FRANCKII & HENRICI MUHLII auſpicio ductuque tantos fecit progreſſus, quantos par erat in illa urbe facere, cui olim ipſe inſerviturus ſolidiori ſua ſcientia eſſet. Quod evidenter apparuit, cum ſub venerandi MUHLII præſidio de *apodixi ſcripturae ſacrae* magno cum appaluſu diſputaret. Anno CIↃ IↃC XCIX. dirigendis ſtudiis & moribus generoſi juvenis ab Ahlefeld præfectus ruri iterum in prædio Oſteradenſi vixit, & ut ſolent interdum eruditiſſimorum virorum opiniones diſcrepare, dialogum Juſtini martyris vindicatum, ſententiæ celeberrimi Chriſtiani Gottliebii Kochii, qui tum temporis in eadem hac academia magna cum laude degebat, oppoſuit. Ad illud uſque tempus diſciplinis artium Matheſin conjunxerat, in qua ab ipſo parente, Hamburgi a Buſſingio, Vittenbergæ a Knorrio & Vagetio inſtructus fuerat, ſub quo poſtremo, qui profeſſoris Göttingenſis & Gieſſenſis dignitatem poſtea ſuſtinebat, bis de *quadrato magico pari & impari* diſputavit. Verum aliis nunc ſtudiis addictus, illis quidem ulterius vacare in præſenti ſtatu vix poterat. Anno CIↃ IↃCCI. Kilonium revertit,
&

& mox Slevici in ædibus magnifici MUHLII vixit, cujus summam benevolentiam & institutionem veluti omnes, qui experiuntur, certatim laudant, ita & noster inter maximas exculti penitius sacri studii caussas retulit. Ab illo enim quidquid in explanandis divinorum vatum oraculis subsidii & ornamenti est, cumulate hausit, ut reconditas magis interpretandi leges rite assequeretur & mira deinceps arte sequeretur. Patebat & ipsi tunc temporis aditus ad selectissimam bibliothecam Gottorpinam, in qualem locum se abder & libris circumusum rariora auctorum monumenta excutere posse, non postrema discentium felicitas est. Anno CIↃ IↃCCII. iterum præside laudato MUHLIO disputationem *de fato duorum testium in apocalypsi* publicæ disquisitioni subjecit, & quibusdam deinceps itineribus se commisit, donec anno CIↃ IↃCCIV. Tönningam ad obeundum sacrum Pastoris munus in templo oppidano vocaretur. Sed post quinquennium anno CIↃ IↃCCIX. Academiæ Kiliensi redditus est, & Theologiæ, Logices & Metaphysices professor declaratus. Quam provinciam eleganti oratione de *primorum ecclesiæ doctorum ratione docendi Theologiam* die X. Maii auspicatus est. Accessit anno CIↃ IↃCCXII. munus Pastoris primarii in æde divi Nicolai: siquidem omnium judicio constabat, nulla esse tam ampla & magna munera, quin in majorem virum inciderent. Atque hic dici non potest, quam omnium hominum studia animosque in se converterit, quam omni ætati, ordini, summis, mediis & infimis suam commodaverit operam, & vel in litteris vel moribus cultiores melioresque efficere contenderit.

Nec publice ita egregie prodesse renuit, sed qui

qui ſibi gloriæ & poſteris uſui eſſent, politiſſimos & lectione digniſſimos libros in lucem emiſit, inter quos diſputationes *de Simplicitate Theologiae*, *de enallage ſcripturae ſacrae*, *de ſale inſulſo Pontificiorum*, item ſchediasma *de ſubſcriptionibus theologicis*, *ſtricturæ anti-Boſſuetianae*, *inſtitutiones Theologiae moralis*, *analecta disquiſitionum ſacrarum & litterariarum*, *politica ſacra*, ſeu commentarius *de jure Dei ejusque legibus* aliique in publicas eruditorum manus exierunt. Ex iis, quæ manu ſcripta & ex parte nondum completa privatis ſcriniis aſſervantur, ſunt *altera pars analectorum diſquiſitionum ſacrarum*, *opus anti-Pontificium*, *hiſtoria critica Theologiae moralis*, & commentarius *de notionibus moralibus novi fœderis*, diſſertationes *de obſignatione & ſanctificatione Chriſti*, & pauca quaedam alia. Omnes qui norunt, minime vulgares ingenii & induſtriae ejus fructus eſſe, vehementer optant, ut ultima lima ipſius auctoris manu admoveri his ſcriptis potuiſſet.

Matrimonium cum matrona ſui ſexus virtutibus inſtructiſſima MARGARETHA, DIETERICI MUHLII, mercatoris Bremenſis florentiſſimi, filia, quae celeberrimum Virum HENRICUM MUHLIUM agnoſcit Fratrem, anno CIↃ IↃCIII. contraxit. Exegit inter caſtiſſimi amoris certamina decem fere & octo annos, X. liberorum pater, ex quibus cum tribus filiabus unicus ſuperſtes eſt filius *Johannes Albertus*. Varios morborum impetus per totum fere quadriennium nunc graviores, nunc leviores ſuſtinuit, ſed eos juxta & graviſſimos labores, quos exantlandos habuit, placida mors, expletis aetatis annis XLV. menſi-

 bus

bus III. diebus XVIII. terminavit, die VI. Kal. Januarii hujus anni. Qui adſtiterunt morienti, praedicare ſatis non poſſunt, quam in ultimo etiam vitae articulo mentis compos fuerit, quam contemſerit res humanas, qua ſuavitate vocis gratias egerit praeſentibus pro quovis ſibi praeſtito officio, juſſeritque, generoſe abſtinere a laudationibus funebribus, & tumulo inſcribere nihil quam haec verba: OSSA ALBERTI FELDENII HIC LAETAM RESURRECTIONEM EXSPECTANT. Egregia ſane verba! quibus etiam Joſephus Scaliger & Johannes Wowerius omni verborum ambitione relegata uſi, ideoque ob ſingularem modeſtiam & pietatem in Deum collaudati ſunt. Tanto autem lubentius ad illa Feldeniani tumuli verba ſubſiſtimus, quanto evidentius teſtantur, quam quieta in ſuo diſceſſu anima, & quibus inſtructa ſolatiis fuerit.

VI.

Eilhardi Folcarthi HARCKENROTHII,
Ecclesiastae Emdensis,
AD
THEODORUM HASÆUM Epistola.

ARGUMENTUM.

Ubbonis Emmii vita Mensonis Altingii. Epistola Herbornensium de M. Martinio. Septem phialae apocalypticae. M. *Veczei*. MARTINUS FABER. Albertus Hardenbergius. Coloniensis reformatio tentata à Bucero. Hujus testamentum. Martini FABRI varii labores, munera, mors, epitaphium. Alius Martinus Faber. Inscriptio templi novi Emdensis. HADRIANUS VI. Papa. Qui fuerint ejus parentes, quæ familia, ubi studiis operam dedit. Pædagogia Lovaniensia. Domus Standonica.

Viro Clarissimo, admodum Reverendo atque Doctissimo D. *Theodoro Hasæo*, apprecatur *E. F. Harckenroht* χαίρειν καὶ ἐυπράττειν.

UT meis promissis stem, Clar. Vir, librum (a) manuscriptum Ubbonis *Emmii* de vita &

(a) Dignus utique, qui typis exscriptus evulgetur.

& gestis Venerabilis in Christo Patris Mensonis *Aitingii* non sine comite epistola ad te mittere volui & hac occasione significare nonnulla, quæ in fasciculis tuis offendi.

In Fasciculo III. Class. IV. p. 563. mentionem facis & sistis epistolam Johannis Buxtorfii Profess. ad Matthæum Martinium Basileæ 1606. d. 4. Septembr. exaratam, hac occasione transmitto (b) epistolam lectu non indignam, saltem meo judicio, quod sentio esse exiguum, ex qua patet quibus rationibus Emdani dimissionem Martinii expugnarunt, & quam illubenti animo Schola Herbornensis eum dimiserit.

In eodem Fasciculo p. 561. Clar. Frid. Lampius asserit Clar. Ruardo ab Andala *peculiare* esse, quod septem phialas parallelas septem epistolis, Sigillis & Tubis facit. Eadem vestigia jam meo tempore in Academiis Groningana & Franequerana pressit, Vir Doctissimus, mihi non ignotus, Stephanus M. *Veczei*, Ungarus, in analytica sua παραφράσει 1690. Franequeræ apud Joh. Gyselaar typis expressa, ubi p. 62. rationum ponderibus asserere conatur sententiam suam. Hic *Veczei* idem ille autor est, qui Hierozoicon Bocharti contractum edidit in 4to.

In Fasciculo Vto Class. IV. p. 893. tu Clariss. Vir, conjicis, quod *Martinus* ille in epistola Lutheri ibi memoratus fuerit *Martinus Bucerus*, (c) ast ego alium non sine ratione suspicor Martinum illum fuisse, scilicet *Martinus Faber* apud nostrates famigeratissimus quondam Theologus, qui

(b) Et hæc locum suo tempore in hac epistola inveniet.

(c) Grato animo agnosco, quod me hæc monere voluit Cl. Harkenrothius.

qui NB. per Sexennium Lutheri & Melanchtonis discipulus fuit, hinc in dicta epistola vocatus *MEUS Martinus* & quidem si *QUID PECCET*, ipsi vult obsistere, illa mihi videntur magis quadrare discipulo & studioso, quam Bucero, qui non nescio Luthero tum absens erat, quum Lutherus hanc epistolam scriberet 1541. d. 20. Julii ad Capitonem. Ut autem scias quis, qualis & quantus fuerit hicce Martinus *Faber*, lege Emmium in vita Altingii p. m. 58. & quæ Cancellarius noster *Breneisen* in nupera sua Ostfriesische Historie Tom. I. Lib. VIII. N. 42. p. 396. scripsit, quibus addo, quod E. F. à Wigt in annalibus manuscriptis p. m. 298. dicit; eum mortuum anno ætatis 73, ast Ampliss. Cancellarius rectius anno æt. 75. die 26. Decembris 1588. expiravisse scribit. Natus itaque fuit a. 1513. Alosti urbe Comitatus Flandriæ, hinc & *Alostanus* cognominatus; Bucero accrescentibus annis fuit perfamiliaris. Nam quum Anno Domini 1541. Albertus Hardenbergius per literas Episcopi Monasteriensis è Cœnobio Adoardiano evocatus esset Bonnam, & in fidem Electoris Archi-Episcopi Coloniensis Dom. Hermanni à Weda (Monasteriensis Episcopi Fratris) transiisset, ejus ut & Petri Medmanni aliorumque suasu, Martinus Bucerus ad inchoandam reformationem in diœcesi Coloniensi ab Archi-Episcopo adsciscitur, qui & cum Philippo Melanchtone ordinem Ecclesiasticum in puncto cœnæ Helvetiis consonum adornarunt 1543. quod magnopere displicuit Luthero, teste Perizonio in rebus gestis Seculi XVI. p. m. 293. Eodem tempore & noster Martinus Faber Bonnæ Pastor constitutus, in eadem functione perseveravit usque ad annum 1547. quo anno exautoratus fuit Archi-Episcopus, quo facto

etiam ministri noviter constituti solum vertere coacti, & sicut Hardenbergius, è consiliis potissimum Christophori Comitis ab Oldenborg, tum Bremam in Ministerium fuit vocatus, sic & Bucerus & noster Martinus Faber Argentoratum proficiscuntur, ubi Faber ad Diaconatum templi St. Nicolao dicati promovetur, ut liquet ex subscriptione Testamenti, quod Martinus Bucerus Argentorati 1548. die 23. Jan. cudi curavit, nomina subscribentium hoc ordine recensentur.

Johannes *Marbachius*, S. S. Theol. Doctor.
Conradus *Snel*, Pastor ad D. Thomam.
Conradus *Humbertus*, Diaconus Eccles. Thomanæ.
Hieronymus *Poppius*, Canonicus Ecclesiæ ejusdem.
Martinus *Faber*, Diaconus ad D. Nicolaum.
Matthias *Ritter*, Francofurtensis ad Mœnum.
Eusebius *Bedrottus*, ut videre est ex iis, quæ scriptis Anglicanis Buceri præfixa sunt, ubi nonnulla verba ex illo Testamento excerpuntur.

Et quum eodem tempore piissimus Eduardus, Angliæ Rex, Reformationem in regno suo institueret, Bucerus Argentorato evocatur, cui iterum noster Martinus Faber fidelissime adhæsit, ast mortuo Bucero exeunte Februario 1551. per Johannem à Lasco Generosissimæ Annæ Comitissæ ab Oldenburg, cum qua familiarissime literas eodem anno exaratas miscebat, commendatus, 1551. *Hagam* in præfectura Berumana ad pastoratum evocatur.

In hac statione Hagana per annos 37. munus suum fidelissime obivit, etiam in controversiis Ec-

Ecclesiasticis assopiendis non semel 1579. adhibitus. Inter collegas primo sui ministerii tempore habuit 1. *Hermannum Hameling*, 1554. & ad tempus aliquod in munere mutuatitio, vulgo *Leendienst*. 2. *Christophorum Koning*, qui Johanni Ligario in Ministerio *Uphusi* 1560. successit, & 1566. In Hollandiam ut emissarius Pastor profectus, rediit 1567. Antwerpiâ Emdam, sed feliciori dein tempore denuo Antwerpiam petit, ubi anno 1573. obiit, siquidem tum vidua ejus cum duobus liberis Emdæ appulit. 3. *Johannem Antwerpiensem*, ab ipsius latere 1577. Nordam vocatum &c. Quum supra memorato die & anno mortuus fuit, funus ejus magna concomitante caterva etiam Aulicorum, in templum portabatur & in ejus honorem sequens epitaphium Lapidi sepulchrali incisum hodie extat.

Haga tuum nomen Martinus ad æthera tollit
Officio & vita, nil nisi Theologus.
Orphanis commune bonum, viduisque & egenis
Nec non captivis exulibusque piis.
Sanctus erat sermo, Sermonem vita probabat
Trilinguis pariter cultus ab ingenio.
Biblia callebat, velut Esdras, mente tenaci,
Hic tibi sit divus, Haga! memorque mane.

Forte ex ejus descendentibus fuit *Martinus Faber* Senator Emdanus, arte non tantum ingeniosus Pictor, sed & Architecturæ callentissimus. Hinc ejus sub auspiciis templum illud novum Emdæ, collectis civium exstructum, fuit, testante inscriptione prope Januas templi australes.

 Soli

Soli
Deo Opt. Max.
Sacrum.
Ex liberali civium contri-
butione: afflicto quamvis patriæ ſtatu,
Templum hoc exſtructum: jactis fundamen-
tis die 25. Julii Anni M. DC. XLIII. & Opere
perfecto: cultui divino dicatum. Anno
M. DC. XLVIII. die VIII. Febr.
Architecto
Mart. Fabro Senat.

Noſti, Cl. Vir, huc usque penitus incognitos fuiſſe veros natales Papæ Romani ADRIANI Sexti, Ultrajectini, in eo quidem omnes conſentiunt, quod fuerit tenuioris fortunæ homo, aut, ut cum Sleidano loquar lib. III. ad ann. 1522. humili loco natus, aſt quibus parentibus (a) & quo opificio familia ſuſtentata fuit, pro certo nemo aſſerere valuit, quantum ego quidem novi. Famigeratiſſimus D. Wilhelmus GOEREE in vernaculo ſuo libro *de Kerkelyke en Wereldlyke Hiſtorie*, Amſtelodami 1705. typis edito p. m. 476. nonnullorum quidem ſententias corraſit hiſce verbis:

(a) Onuphrius Panvinius in catalogo SS. & additamentis ad Platinam Patrem ejus facit Sericarium (Græce diceres σηρικȣ νήματος ὑφαντὴν,) quem nuper G. Arnoldus & J. J. Hottingerus ſecuti ſunt. Andræas du Chesne tapetarum ſive aulæorum opificem. Verulamius cerevifiæ coctorem. Wagenſeilius in Diſſ. de *Rom. Pontificibus ex Germanorum gente creatis* fuiſſe ſimul cerevifiarium & pannorum ſericeorum textorem ſuſpicatur. T. d. H.

verbis. *Adrianus de sesde een Man van Uytregt die zyn studie binnen Leuven voltrokken had, naderhand Leermeester van Karel de Vyfde, maar wegen zyn geringe afkomst verscheidentlik te huis gebragt want de eene heeft hem een* Schuytemakers (b) *zoon, andere een* Wevers *zoon, of ook een* Brouwers *zoon genoemt*, ast certi nihil affirmat. Hoc ut certissimum asseveravit Clarissimus vestrâs Theologus & apud Emdanos in Ministerio Ecclesiastico pie defunctus 1574. die 18. Maji. Albertus Paermannus Ritzæus HARDENBERGIUS Transisulanus, qui propria manus suæ scriptione in principio libri, cui titulus, *Adriani Sexti Pontificis Magni Quaestiones*, in 8vo N. 73. in Bibliotheca nostra Consistoriali reperti, sequentia verba, totum hoc negotium explicantia, exaravit, scilicet: „Testatur Hardenbergius, Sacro-„ S. Theol. Doctor & Professor, hunc Papam „ Hadrianum fuisse cognatum suum, quod Lo-„ vanii certissimis testimoniis probavit. Fuit au-„ tem Papa hic filius cujusdam Flori (c) viri de-

 pau-

(b) Petrus ab Opmeer in opere Chronographico primus est, quantum scio, qui Patrem ejus *naupegum* appellat. Secutus est illum Valerius Andreæ in Bibliotheca Belgica, illique subscripsit Petrus Bailius in Dictionario, *quod ei præcipue fidem habendam esse putaret, qui accurate multumque in ejus res inquisiverit.* T. d. H.

(c) Verum nomen fuit Florus vel *Florentius Boysen* teste Andrea, cujus nomen sibi adsumsit pro more illius ætatis, qui etiamnum in Frisia, & Jutlandia obtinet, noster Hadrianus, dictus in juventute Hadrianus *Florentii.* Matrem ejus aliis ignoratam Gertrudem vocat Opmeerius. Paulus Jovius, qui vitam ejus singulari libro complexus est,

„ pauperati in *Dalffen*, pago inter Hardenber-
„ gam & Zwollam, qui Trajectum proficifcens
„ didicit artem faciendi & formandi Sellas & Sa-
„ gittas & fufos ac fimilia Utenfilia, & factus eft
„ nuntius feu Minifter Societatis Sellariorum,
„ van der Stoeldreyer gilde: Hadrianus autem
„ pauper Adolefcens, fed ingeniofus (d) puer ad-
„ modum, pervenit Lovanium ubi enutritus eft (e)
„ in

eft, ufusque ejus amicitia, cum viveret, *Hadriano*, fcribit, *pater fuit Florentius, qui familiæ nomen tulerat, vir animi probitate & civili induftria potius, quam honeftis opibus infignis.* T. d. H.

(d) Antequam Lovanium abiit, inftitutione Swollis ufus eft *Antonii Liberi*, Sufatenfis, qui illa ætate Campis, Alcmariæ & Amftelodami juventutem fcholafticam erudiebat, fi fides habenda Hamelmanno in opusculis pag. 340. ubi tamen eum quoque errorem errat, quem fummis Viris, in iisque etiam Morhofio excidiffe miror, nimirum huic Hadriano deberi libros de *fermone Latino*, & *modis Latine loquendi*, quorum tamen auctorem effe Hadrianum, Cornettenfem, Cardinalem tit. S. Chryfogoni, noftro, qui titulum geffit Cardinalis Presbyteri SS. Johannis & Pauli, coævum, magis conftat, quam, quis hujus fuerit vitæ exitus, qui ubi pervenerit ab a. 1517. quo metu Leonis X. clam Roma aufugerat, explorare nemo potuit. T. d. H.

(e) Paulo aliter Paulus Jovius in vita p. m. 222. *Itaque Lovanium miffus impetravit, ut in collegio Portiorum gratuito aleretur. Sunt enim in eo celebri Gymnafio quatuor collegia difciplinarum omnium Doctoribus referta, Lilium fcilicet, Falconium, Caftrenfe & Portium, in queis vetere inftituto, honeftis atque ingenuis, quos egeftas prefferit in aliquot annos ad capiendum ingenii cultum alimenta publice præ-*

præbentur. Sunt in hac enarratione nonnulla minus accurata. Nam (1) non ſcribendum erat Portium, ſed Porcium vel Porci, ita dictum, quod ſitum eſſet è regione Porci ſylveſtris, teſte Andrea in Faſtis Lovanienſibus p. m. 260. Sed & (2) deinde collegia vocat, quæ dicenda fuiſſent pædagogea, quæ a collegiis Lovanii plane diverſa ſunt. Audiamus Lipſium in Lovanii deſcriptione L. III. c. 4. *Præter locum, qui publicis auditionibus ſervit ſunt* Pædagogia *quatuor, ubi ſtrictior diſciplina, & pueri atque adoleſcentes in primis artibus ac philoſophia inſtituuntur. Sunt ea;* Lilium, Falco, Caſtrum, Porcus, *ita enim nomina ab inſignibus ſuis habent.* Ab his autem diverſa ſunt collegia, in quibus eminent *Buslidianum, Theologicum, Pontificium* ſive *Hadriani*, quod ab ipſo hoc Papa conſtitutum dotatumque fuit, cum plurimis aliis, quorum bene longum catalogum in faſtis ſuis Lovanienſibus exhibet Valerius Andreæ. Liceat ex illis, cum in pauciſſimorum manibus ſint, excerpere inſcriptionem in dicto collegio imagini ejus appoſitum haud alibi obviam.

Patere & abſtine.

ADRIANUS VI. Pont. Max. ex Trajecto inſigni Germaniæ inferioris urbe. Qui dum rerum humanarum maxime averſatur ſplendorem retro à Proceribus, ob incomparabilem ſacrarum diſciplinarum ſcientiam, ac prope divinam caſtiſſimi animi moderationem, CAROLO V. Cæſ. præceptor, eccleſiæ Dertiuſenſi Antiſtes, Sacri Senatus Patribus collega, Hiſpaniarum regni Praeſes, reipublicae denique Chriſtianae divinitus Pontifex abſens adſcitus. Vixit A. LXIV. obiit XVIII. Kal. Oct. a. cIↄ Iↄ XXIII. Pontificatus ſui anno ſecundo. Hoc elogium vix componi poteſt cum iis, quæ de illo ex C. Batti Parmenſis epiſtolis exhibet Wolfius in lect. memor. T. II. p. 191. T. d. H.

„ in Domo Sancti Antonii. (f) Postea ad
„ Papatum grassatus est & resumsit arma & in-
„ signia veteris nostræ familiæ, (g) duos piscales
„ hamos & duos Leones coronatos, quibus &
„ antecessores mei usi sunt. Sed cum nos quo-
„ que depauperati non uteremur insignibus ma-
„ jorum nostrorum, ego cepi uti insignibus mihi
„ donatis in promotione mea. Sunt autem duo
„ colligati serpentes in plano aurato, dimicantes
„ de pomo, quo volui Christum & Satanam in-
„ telligi, qui de regno dimicant per pomum in
„ contentionem constituto. Hæc scripsi Lova-
„ nii, ut illic tunc notoria ut & verissima sunt
„ Anno Domini 1539. Non curo papam cogna-
„ tum, sed admiror fortunam, aut divinam po-
tius

(f) At hæc vix conciliari posse videntur cum aliorum relationibus, qui in domo Porci vixisse perhibent Hadrianum. Accedit, quod nulla Domus S. Antonii reperiatur Lovanii. Putem itaque scripsisse Hardenbergium *in domo Standonica*. Idem enim illud pædagogeum Porci vocatur quoque *Standonicum* vel a collegio vicino, cujus Fundator exstitit Joh. Standonk, vel potius, quia ipsum pædagogium Standonicæ domus hortus est, Valerio Andrea teste l. c. ubi & addit *domus illius Visitatorem a collegio Montis Acuti Parisiensis constitutum Adrianum Florentii, de Trajecto*, qui a nostro Papa haud alius est. T.d.H.

(g) Usum eum esse insignibus Eggerdicæ familiæ P. *Opmeerus* in opere Chronographico his verbis testatur. *Sunt, qui arbitrantur eum Amstelodamo oriundum, & genus ducere paternum à Gulielmo Eggerdo, primario cive, cujus progenies, Joanne Bavaro infestante Hollandos, migravit ex ea urbe in alias ditiones. Argumento esse ajunt gentilitium Eggerdicae gentis insigne; quo semper usus fuerit Pontifex etiam Adrianus.* T.d.H.

„ tius dispensationem in tali homine, de quo di-
„ ci potest. Fraus tua non tua laus, non virtus
„ sed copia rerum Sanctum fecere te Papam. Huc
„ usque Hardenbergius.

Supra memoratum insigne Adriani Papæ hodie conspiciendum exhibetur in frontispicio domus ab ipso quondam Ultrajecti ædificatæ.

Hisce vale in Domino, Clar. Vir, & me ama. Datum Emdæ, die 26. Maji 1721.

VII.

HENRICI BRENCMANNI

de

Societate *quadam* literaria constituenda (a) Consilium.

QUum octo abhinc annis, & quod excurrit, post absolutam Florentiæ celeberrimi Pandectarum exemplaris collationem, ceteram Italiam perlustrarem, forte fortuna accidit, ut Capuæ Virum Clarissimum Joannem Masson peregrinantem peregrinans offenderem. Contractam Capuæ amicitiam Romæ, Neapoli reduces, majo-

(a) Lubentissime huic scripto in hac Bibliotheca locum assignamus, quòd, si hoc institutum profligari possit feliciter, non parum eo rem literariam promotum iri credamus. Quamquam id quoque non dissimulare liceat, valde nos metuere, non unius generis impedimentis, nobile illud

jorem in modum excoluimus. Conveniendi invicem familiariter & quotidie occasionem dabat incomparabilis in Vaticano Summi Pontificis palatio bibliotheca, dum alter alterum sæpe in itu reditu comitabamur. In ea consuetudine inter varios de eruditione sermones subnata est nobis commiseratio ob justissimam Eruditorum Italorum querelam de fato Eruditionis iis in terris, & multiplici in libris edendis difficultate. Accedebat querimonia nostratium aliorumque ultra montes, indignationis plena, tot nempe thesauros in Italia claustris bibliothecarum detentos latere, cumque blattis & tineis colluctari, quorum præcipuus usus esse posset, ni adeo difficile & rarum cum iis regionibus intercederet commercium. Ex mutua illa conquestione cœpimus remedia circumspicere, quæ hisce malis medicinam facerent. Subductis autem rationibus visum est, quadam commodorum commutatione utrisque ab alteris subveniri posse. Ex quo tempore gnaviter consilia contulimus, de conditionibus, quibus ea res peragi posset, serio deliberavimus, cogitata in chartam conjecimus ac paulatim expolivimus, cumque insignibus Romæ Literatis communicavimus. Protinus placuit consilium: de mediis ampliandum videbatur. Atque hic tam vasti molimi-

lud negotium aliquantum sufflaminatum iri. Cum enim his diebus Societates publicæ, multorum, qui *actiones* suas in tristes degenerasse *passiones* deprehenderunt, rationes conturbarint, id vereor, ne multi aliorum vestigiis nimium territi, vel tuta omnia sint formidaturi. Hoc itaque præcipuo loco agendum videtur, ut vel maxime incredulus quisque, se aes suum in tuto collocare, quando sodalitati huic nomen dat, possit esse persuasissimus. T. d. H.

liminis embryo fuit. Deinceps, varie a variis admoniti, plurima in eo finximus atque refinximus. Donec tandem in eam formam redigeretur, ut summorum Virorum adplausum & honorificentissima testimonia eliceret. Tum autem curavimus illud inseri Ephemeridibus Literatorum Italorum, quæ Venetiis prodeunt, tomo XI. an. MDCCXII. pag. 427. & seqq. atque insuper seorsum editum, inter Eruditos distribuimus. Neque vero solum in Italia, sed & in Galliis utroque pollice id institutum probarunt. Magnæ nihilo minus in executione remanserunt difficultates. Ut proinde nondum consultum videretur, tam ardui negotii periculum facere, ac tantam rem lubrico dubii eventus committere. Ad hæc eripiebatur mihi Clarissimi Massonis opera; quippe quem, lauto munere a Britannis cohonestatum, in posterum ei regioni affixum hæsurum intelligebam. Nimirum placuit Divinæ Sapientiæ id suo tempori reservare. Quum jam per aliquot annos animum despondissem, ecce derepente Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Personæ, locus, opportunitates, circumstantiæ, omnia subito accommodata. Ita difficultates prope insuperabiles actutum evanuere. In primis autem, amisso Massone meo, complures alii in patria mea ope, consilio mihi adesse voluerunt. Nam qui formam Societatis perlegerint, satis animadvertent, curam tantæ molis non unius hominis esse. Interea temporis collegi cogitationes, tot annis attenta mente volutatas, discussi deliberationes cum sapientissimis hominibus susceptas, exquisivi ac trutinavi sermocinationes, consilia, admonitiones rationesque omnes. Tum vero me contuli ad reformandum universum Societatis systema, eo pacto quo nunc prodit, adjutus in multis suggestione & emen-

mendatione Illustrissimorum Amplissimorumque apud nos Virorum. Supremus rerum humanarum Arbiter id quod virtutis ergo & bonarum literarum amore meditamur, ad solam nominis sui gloriam benigne fortunet.

ERUDITIONIS

* PROMOVENDÆ STUDIOSIS.

„ ELeganter Socrates parturientibus ingeniis
„ se obstetricem agere ajebat. semperque
„ laudabiles habiti sunt, qui egregios Eru-
„ ditorum conatus quavis ratione promovere iis-
„ demque opitulari studuerunt. Utcumque au-
„ tem hoc seculum nostrum ferax sit librorum,
„ quibus impletur, si non & opprimitur Respu-
„ blica literaria, qui tamen recta rem reputant via,
„ conqueruntur; præter recoctam, quam dudum
„ eruditiores nauseant, cramben, præter fabula-
„ rum ac quisquiliarum vernaculos Libros, quæ
„ auram plebeiam captant; præter tot compendia,
„ quibus nunc satis sapere se credunt multi, dum
„ laborem ipsos fontes adeundi subterfugiunt, de-
„ nique præter illa, quæ πρὸς τὰ ἄλφιτα faciunt,
„ quantumvis jejuna & barbara; præter hæc, in-
„ quam, paucos nunc solidioris elegantiorisque
„ eruditionis Libros typis committi queruntur.
„ Interea tamen hoc non ex eo provenit, quod
„ jam excellentiam ingeniorum pene effœta sit na-
„ tura, maxime iis in partibus, ubi quondam re-
„ gnabat eruditio, quemadmodum alibi injuria
„ creditur; verum quia laboratur impensis, aliis-
„ que librorum edendorum difficultatibus, qui-
bus-

* Hæc præfatio fuit ante vetus systema Societatis.

„ buscum elegantiora ſtudia, illic præſertim con„ flictantur. Hinc, proh dolor! jacet ſollertia, „ extinguitur ingenium, hebeſcit acies, & vel „ optimi quique, gloriæ adipiſcendæ ſpem in de„ ſperationem vertentes, interdum ſeſe otio, de„ ſidiæ & vitiis mancipant. Hinc ulterior arca„ norum reconditioris doctrinæ perquiſitio tan„ tum non negligitur ac abjicitur. Hinc rariſſi„ mi Libri ipſique MSS., & in his etiam inedi„ ta majoris momenri, intercidunt. Hinc deni„ que ipſæ bonæ literæ artesque ingenuæ, nulla „ ſpe præmii allectæ, pallent languentque; ut vel „ ultimum earundem fatum ibi veniat timendum. „ Quin nec iis in regionibus, in quibus literarum „ librorumque commercia vigent, in quavis fa„ cultate aut materia eadem eſt imprimendi faci„ litas. Neque tamen fortaſſe hoc adeo Typo„ graphorum vitio contingit, ſua lucra ſectan„ tium, quam quidem vulgi Eruditorum, qui „ ſuperficiaria rerum cognitione vanam ſapientiæ „ gloriam aucupantur, aut etiam ſoli pecuniæ pa„ randæ intenti, cruda ſtudia in pulpita & forum „ propellunt; neque adeo veræ ſolidæque Erudi„ tionis guſtum habent. Ut autem difficile eſt, „ in unaquaque regione tot tantisque malis me„ deri, ita ſane ſpes ampla eſt, percommode id „ fieri poſſe, ſi omnes undecumque divinarum „ humanarumque literarum amore flagrantes ſe„ rio exſurgant, & in rem tam laudabilem ſimul „ & neceſſariam conſpirent univerſi.

„ Videlicet, quod felix fauſtumque ſit, ut „ peſſimæ conſuetudini quantocius injiciatur re„ mora & promptiſſimum tutumque remedium „ afferatur, excogitata eſt certa rataque doctiſſi„ morum hominum SOCIETAS, quæ com„ munium ſtudiorum communisque ſcientiarum

„ propagandarum deſiderii vinculo fortiter colli-
„ gata, & per utiliſſimam conſpirationem indiſ-
„ ſolubili nexu conſtricta, ad univerſale totius
„ Reipublicæ literariæ bonum & commoda con-
„ ferat non modo ſua ſtudia & conſilia, ſed &
„ paucas in Libros edendos impenſas, ut ſcripta
„ Sociorum, quæ luce publica digna ſunt, prælo
„ committantur. Ut adeo duplex ad inſtauran-
„ dam ſtabiliendamque rem literariam utilitas ex
„ ejusmodi SOCIETATE profluere poſſit; pri-
„ ma, edendi egregii operis commodum; altera,
„ quæ priori forte magnitudine & præſtantia nihil
„ concedit, amica facilisque conſiliorum com-
„ municatio, ad omnes facultates ſtudiaque ge-
„ neroſiora, ſi non auxilio mutuo, ſaltem indi-
„ cio adjuvanda. Quanta enim tum in publicis
„ bibliothecis, tum in privatis ſepeliuntur præ-
„ ſtantiſſimorum ingeniorum κειμήλια? Quam
„ multis in locis pretioſa latitat antiquiſſimorum
„ codicum ſupellex, quæ in publicum protracta
„ doctrinis omnibus literisque humanioribus lu-
„ cem affunderet! Alia commoda aliasque uti-
„ litates hic indicare nil attinet, quum anteriora
„ rite perpendentibus ultro in oculos incurrant.
„ Hoc unum addere liceat, Socios, qui hic no-
„ mina dabunt, præter publicam utilitatem etiam
„ hac privata beatum iri, quod libros a Societate
„ edendos minore pretio habere poſſint, quam
„ quilibet alii, ut in legibus Societatis prolixe
„ dicetur. Sperandum quidem vix eſt, ut nullæ
„ prorſus in exſequendo ejusmodi conſilio ſubo-
„ riantur difficultates, verum illud tantum con-
„ ſiderari oportet, an non majoribus initio oc-
„ curri poſſit: leviores enim ob ſummam utilita-
„ tem ſpernere convenit: nec debet ob minimum
„ incommodum utiliſſimæ rei præjudicium fieri.

Ut

„ Ut igitur ineundæ Societatis ratio cuilibet
„ constare queat, sed vel maxime, ut quisque
„ consilia sua & difficultates possit adferre, to-
„ tum negotium per partes exponere visum est,
„ roganturque elegantiores Eruditi, ut, exami-
„ natis qui sequuntur articulis, deficientia sup-
„ plere, quæ minus recte se habent emendare, &
„ omnes in genere difficultates, quæ aut hacte-
„ nus in iis se offerunt, aut per scrupulosiores
„ excitari aliquando possent, benevole indicare,
„ quin & remedia, quibus iis occurratur, suggere-
„ re velint. Cetera usus docebit.

SOCIETATI FORMANDÆ.

I.

SOcietas constabit Viris literatis & literarum amantibus ac fautoribus, cujuscunque ordinis & loci fuerint. Bibliothecæ quoque publicæ, Universitates & Collegia Sociorum loco erunt.

II. *Typi* curabuntur omnium præstantissimi & *charta* quoque in suo genere. *Typothetarum* numerus pro re nata ordinabitur. Iis unus præponetur rei typographicæ & aliarum, quæ huc faciunt, peritus. Præterea *correctores* quærentur quam accuratissimi.

III. Ut communis horum opera facilior evadat, & ut omnia tuto asserventur, *ædes* habebuntur, in quibus, aut prope quas habitent, qui exercendæ Societatis curam agent. Tales jam in conspectu sunt, quæ prope Hagam Comitis sitæ, in loco commerciis & accessui aptissimo.

IV. Omnium facultatum *Libri* edentur, & ad

quamvis eruditionis partem ſpectantes : hiſce tamen legibus obſervatis.

1. In *Theologicis* ea tantum recipientur, de quibus omnes Chriſtiani inter ſe conveniunt, ſecluſis diſceptationibus inter partes reciprocatis : ita tamen ut cuique liberum ſit diſſerere de locis Biblicis, ad Criticam Sacram, ad Philologiam, ad Hiſtoriam pertinentibus, etiam diſcedendo ab unius aut alterius privati auctoris ſententia, ſed quod nullum dogma reſpiciat. Dogmaticos enim &, qui his affines ſunt, Didacticos & Syſtematicos libros itidem evitamus.

2. In *Juridicis* excludantur Conſiliorum & Reſponſorum volumina, utpote plurimum mere practica & forenſia.

3. In *Medicis* ea vulgentur, quæ plurimum habent e ſpeculativa ſcientia & Experimentis Phyſicis. Item Botanica, Chymica, Anatomica.

4. In *Philoſophicis* ea præſertim, quæ ad principia naturalia, Matheſin & Experimenta pertinent. Metaphyſicos vero libros, propter dubias & ſpinoſas quæſtiones, in controverſiarum Theologicarum numero habemus.

5. In *Philologicis* edantur potiſſimum quæ Hiſtoriam, Antiquitates & Criſin illuſtrant. Excipiuntur itaque Orationes, Epiſtolæ & Carmina, quæ nudam ſolamque Rhetoricen exhibent. Niſi forte antiqui auctoris fuerint, maxime ſi inedita. Porro ne & illa merito ſuo defraudentur, quæ cedro digna ſunt, & propter artis excellentiam omnes in admirationem rapiunt, etiam eas lucubrationes minime arcebit Societas. Nimirum ſolummodo nimiam in his edendis licentiam refrænare viſum eſt, quum vulgo minus ad ſolidam eruditionem faciant, atque id genus quam plurima tam veterum quam recentiorum ad imitan-

dum

dum vulgata ſint. Eâdem de cauſa arcemus Syſtemata & Compendia omnia, tam in hac quam in ſuperioribus facultatibus.

6. Ex pridem *editis* rariores denuo in lucem edi poterunt, ſed tum demum cum raritatem comitatur utilitas. Ut autem conſtet, non quæſtus faciendi, ſed eruditionis promovendæ primarium nobis ſcopum eſſe, a recudendis libris, quos bibliopolarum aliquis prælo commiſit, per ſexennium abſtinebimus, modo per eos in tempore certiores evadamus. Eosdem autem libros accipimus, in quibus nihil majoris momenti aut ad illuſtrandum accedit, aut ad ſupplendum.

7. Summatim, in omni ſcientiarum genere ea ſeligantur, quæ majorem habent utilitatem, & cum amœnitate aliqua ac communium ſtudiorum uſu conjunctam.

8. *Apologiæ* autem vehementiores non admittentur.

9. Quod ſi quis non integrum juſtumque tractatum confecerit, ſed *Diſſertationem* quandam elegantiorem aut pauca *Obſervationum* capita, horum quoque ratio haberi poterit: ita ut ſenſim, in quovis ſtudiorum genere collecta, volumen (b) *miſcellaneum* conſtituant, præmiſſo ſingulis auctorum nomine. Similiter *Inſcriptiones*, *Nu-*

(b) In collectione ejuscemodi obſervationum miſcellanearum id præcipue curandum foret, ut quæque ad ſuum genus referantur. Si enim illæ nullo habito diſciplinarum & ſcientiarum diſcrimine in unum corpus rediguntur, facile evenit, ut multa aere tuo tibi comparanda ſint, quae vix cum fructu legi poſſunt, quod cum illis ſcientiis, quibus in primis deditus es, nihil habeant adfinitatis. Rari enim

mismata ceteraque Antiquitatis *monumenta* recens detecta, aliave nondum vulgata colligi possunt, & in volumen accrescere.

10. Omnia autem edentur in *linguis eruditis*, (c) Hebraica, Græca, Latina. Si qua tamen major

enim sunt inter scientiae divinae studiosos, qui abstrusorum Mathematicorum problematum resolutionibus delectantur. Et, qui Galeni vel Hippocratis scripta nocturna diurnaque manu versant, minus avide aut Ulpiani aut Papiniani leges illustrantia, terunt. Optandum itaque esset, ut qui vel ephemeridum literariarum, vel observationum miscellanearum edendarum curam habent, diversi generis facultatum, ut vocant, vel scientiarum, rationem habeant, & quæ vel Theologiam, vel Jurisprudentiam, vel Medicinam, vel Philosophiam, vel literas humaniores, ad quas Historia civilis & Critica pertinet, spectant, suis quæque voluminibus seorsim inclusa evulgent. T. d. H.

(c) Sane consilio optimo, & vel publicis Principum edictis sanciendo, id fiet. Qui enim res eruditas, & à vulgi captu remotas (de libris enim Christianæ religionis capita, aut doctrinam morum, & fidei tractantibus, nobis sermo non est,) vernaculo sermone, nimio gentis suæ amore abrepti, tractant, dici non potest, quantum inscii rei literariæ detrimenti, dicam? an cladis inferant. Dolebit sane posteritas si qua post unam alteramve annorum centuriam vivet, nostræ ætatis consuetudine impositam sibi esse necessitatem, fere omnium Europae dialectorum notitiam, quod sine immenso labore fieri non potest, sibi comparandi. Et, quod magis est, non minori cum fastidio nostræ tempestatis libros accipiet, quam quo v. gr. Gallia suæ nationis scripta ante sæculum edita nunc quidem solent suscipere. Utinam malo illi indies grassanti latius medelam afferre, quotquot literas amant coluntque, serio conarentur. Confer, quæ in hanc rem notata a nobis fuere Cl. I. pag. 518, 519. T. d. H.

major utilitas *vernaculum* tractatum commendet, in Latinum transferri poterit. Præterea ut vel de cetero aliquis Societatis fructus ad eos redundet, qui suo idiomate Libros edunt, poterunt vernacula Sociorum opera in Novis literariis significari.

V. Jus *edendorum* typis Societatis librorum non habebit nisi Socius. Quod si quis magis è re sua, aut commodius sibi esse putaverit, omisso Societatis beneficio, per bibliopolas opus suum in publicum dare, hoc quoque jus ei fasque esto.

VI. Circa libros ad Societatem mittendos cavendi sunt duo scopuli; alter, ne quis studio partium excludatur a beneficio Societatis, si forte ab arbitrio Sociorum ejusdem regionis staret caderetve libri existimatio: alter vero, ne audaciores, mittendi facilitate abutentes, sumptibus inanibus Societatem vexent, & eruditos supervacuo examine discrucient. Itaque optimum factu visum est, ut quidem unusquisque propria auctoritate opus suum transmittere possit, verum ut suis impensis hoc faciat. Quod si grande opus fuerit, quando ejus indolis est, ut ex specimine de toto judicari queat, specimen loco operis exhibere licebit. Plerumque autem consultius fecerit Auctor, si in antecessum mittat summarium operis, seu compendiosam & conspicuam synopsin, unde de instituto ejus & methodo judicium formetur. Sed & hoc suis sumptibus procurabit. Verum omnes hi sumtus restituentur, cum opus a Societate prælo subjicietur.

VII. Ante omnia vero priusquam liber typis committatur, *examini* erit submittendus. Examinabunt autem celebriores in unaquaque scientia Viri. Sed cum horum alicui examinandum

 datur,

datur, reticebitur nomen auctoris, ne qua invidiæ, odii atque obtrectationis suspicio examinantis censuram oneret. Dein, ut famæ auctoris, repulsam passi, parcatur. Rursum, si amicus esset, in approbando plus gratiæ videri posset tribuisse quam veritati. Quod si vel sic judicio examinantis gravatum se quis autumet, proferat testimonium duorum, qui in eo studio scriptis inclaruere, profitentium, examinatum opus injuria sibi rejectum videri: eo in casu idem opus alteri examinandum mittetur, sed impensis auctoris. At secunda vice improbatus tractatus omnino repudiabitur. Ceterum examinatores illi sive censores, si haberi poterunt, semper diversæ regionis nationisque erunt ab ea, in qua auctor degit; nimirum ne facile auctor examinanti innotescat, quod in eadem regione difficillime potest vitari. Et hæc quidem obtinebunt, si dubitetur, an forte in leges Societatis peccatum sit, aut num elegantiori eruditioni liber inserviat. Quod si enim & Auctor & materia ejusmodi sint, ut non habeat Societas quod ab alterutro sibi metuat, talis diligentia insuper haberi potest, totumque negotium arbitrio Defensorum permittetur. Examini quoque non subjacebunt inedita veteris aut medii ævi, ut nec pridem impressa.

VIII. Edito post approbationem libro, impressorum exemplorum quinta decima pars *donabitur* Auctori: adeo ut, si mille prælo subjiciuntur, septuaginta & quinque sibi habeat, ea tamen Amsterdamo petet, aut suis sumptibus suoque periculo ad se transmitti jubebit. Sic, si quis librum ipse composuit. Sin vero defuncti alicujus opus ediderit, aut pridem impressum, ut &, si tantum sparsa collegerit, inve aliam formam rede-

redegerit, huic pars trigesima exemplorum aut minor arbitratu Defensorum Societatis concedetur. Erunt fortasse qui loco librorum pecuniam malint. His quoque gratificabitur, sed deducta quarta parte pretii. Poterit insuper aliquis ex parte exempla, ex reliqua pecuniam petere. Quod si quis nondum edita prisci aut medii ævi scripta protulerit, præter laudata exempla etiam præmio honorabitur, prout convenerit.

IX. In impensas ad erigendam & exercendam Societatem necessarias fiet *subscriptio* in tot florenos, quot quis volet, minimum tamen in quinquaginta. Florenos intelligimus nostrates, quorum quinque cum quadrante aureum Hungaricum efficiunt, quem vernaculis linguis Ducatum appellamus.

X. Subscriptorum florenorum *dimidium* statim in exordio Societatis *repræsentabitur*, reliquum post annum. Persolvetur autem Amsterdami. nisi forte alicui commodius sit, Administratori ordinario, alibi existenti, solvere. Quod si quis anno vertente *dimidium*, quod restat, solvere distulerit, carebit interea omnibus Societatis privilegiis usque dum solvat. Si vero per integrum quinquennium cessatum fuerit, quodcunque ex collata pecunia supererit, in commissum cadet.

XI. Collatæ pecuniæ *decimæ* pars *præcipietur* in impensas instrumentorum, inque salaria administrantium & mercedes operarum; nec non in Nova literaria, quæ singulis tribus mensibus gratuitò ad Præsides mittentur; denique in laturas epistolarum per disjunctissimas Europæ plagas mittendarum. Reliquæ vero *novem* partes manebunt Sociorum, pro quibus quisque libros arbitratu suo arcesset: neque enim alios accipere te-

nebitur, quam quos ipse desideraverit. Sic v. gr. qui quinquaginta florenos conferet, quinque largietur in impensas & sumptus enumeratos pro quinque & quadraginta reliquis Societatem ejusque Administratores debitores habebit, usque dum libris insumpti erunt, ita deinceps in ceteris. Singulis autem Sociis jus erit taciti & legitimi pignoris in pecuniam & res Societatis, ubicumque locorum fuerint. Moriente Socio antequam libri, quos arcessivit, collatam summam æquent, heredes ejus pro residuo succedent in universium jus, quod defunctus in Societate habuit.

XII. *Privilegia* Sociorum hæc erunt: Primum, jus edendi operis sumptibus Societatis. Ita nihilo minus, ut, si necessarium duxerint Defensores Societatis & Administrator ordinarius, non ante prælo committatur opus, quam tot numero Socii aliive in exemplum sese obligaverint, quot requiruntur ad conficiendum duas tertias partes impensarum, quas in edendo opere feret Societas. Nisi auctor libri tandem pecuniam repræsentare paratus sit, recepturus deinde, ubi tot exempla distracta erunt. Hunc in finem, cum ejusmodi opus prælo committetur, rogabuntur singuli in Novis literariis, ut declarent, qui exemplum velint: atque una significabitur, quot circiter foliis, quotque voluminibus constabit, quo temporis spatio speretur absolvi, & quo pretio vendetur.

Alterum privilegium, ut ope Societatis subsidia literaria, quæcunque præstari poterunt, unusquisque accipiat.

Tertium, ut libros a Societate edendos minore pretio habeat, quam exteris vendentur. Nimirum is qui in quinquaginta florenos subscripsit,

tres

tres in ſingulos centum de ordinario pretio deducet; qui in centum quinquaginta, decem; qui in ducentos viginti quinque, quindecim; qui in trecentos, viginti; qui in trecentos ſeptuaginta, quinque & viginti; qui in quadringentos quadraginta, triginta; qui denique in quingentos florenos, triginta quinque. Exempli cauſa, qui in quingentos florenos ſubſcripſit, opus a Societate impreſſum, quod communiter valet duodecim florenos, habebit pro ſeptem florenis cum ſedecim aſſibus: viginti autem aſſes efficiunt florenum: qui in quadringentos quadraginta, pro octo florenis cum aſſibus totidem. & ſic in reliquis collationum claſſibus, ut docet tabula ſubjecta.

Claſſes ſubſcribentium.	Deductio in ſing. cent.	Ergo Lib. 12. floren. conſtab. unicuiq.
1. in 500.	- 35. - - -	7: 16.
2. in 440.	- 30. - - -	8: 8.
3. in 370.	- 25. - - -	9: -
4. in 300.	- 20. - - -	9: 12.
5. in 225.	- 15. - - -	10: 4.
6. in 150.	- 10. - - -	10: 16.
7. in 50.	- 3. - - -	11: 12: 8.

Sed nemo plus uno exemplari iis pretiis accipiet. Plura ſi velit, pro ceteris ordinarium perſolvet, æque ac reliqui non Socii. Nec ulterius durabit hæc pretii deductio quam pecunia collata: cetera tamen Societatis privilegia durabunt. Sed & per novam pecuniæ collationem, priore libris exhauſta, quaſi poſtliminio redibit intermiſſa deductio pro rata collationis, de qua, ſimiliter ac de priore, decima portio præcipietur in ſumptus Societatis. Ordinarium ſeu commune pretium intel-

intelligimus, quod a Bibliopolis in unoquoque librorum & typi genere ſtatui ſolitum eſt. Quod ſi Adminiſtratores plura exempla uni e Sociis, aut unum quibuslibet extra Societatem minore pretio vendidiſſe convincantur, mulctam ſubibunt bis mille florenorum, applicandam pro dimidio convincenti, pro altero dimidio pauperibus. Bibliopolis tamen permiſſa erit conſueta inter eos deductio in ſingulos centum. Poſtremo quisque exemplum ſuum Amſterdamo petet, aut mittetur ei quo volet, periculo illius & impenſis.

Quartum privilegium eſt, communicatio Novorum literariorum per Præſides.

Quintum, ut quosvis alios libros, extra Societatem in quavis Europæ parte impreſſos, protinus poſſit accipere, eo pretio, quo a Bibliopolis venduntur.

Ultimum, idque varium & multiplex, uti videl. unusquisque ſit particeps aliarum quarumvis utilitatum & commodorum, quæ ad finem hujus ſyſtematis enumerantur.

SOCIETATI REGENDÆ.

I.

OMnes Socii in *album* referentur ordine alphabetico, diſcretis tamen nationibus. Hoc album publici juris fiet.

II. Regendæ exercendæque Societati *præerunt* quinque Defenſores: Adminiſtrator ordinarius cum duobus extraordinariis: unus ab Actis Secretisque, alter a Rationibus: Præpoſitus rei typographicæ. Præterea, creſcentibus negotiis, ei, qui a Secretis eſt, addetur qui ſit ab Epiſtolis.

Hi

Hi omnes, exceptis Defenſoribus, in loco ubi ædes Societatis & typographeum, domicilium habebunt, rerumque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituent. Niſi forte alter extraordinariorum Adminiſtratorum tam prope abeſſet, ut quotidie ad ædes Societatis accedere & domum reverti poſſit. Profecto ſe totos curandæ Societati impendere debebunt. Conferent autem Adminiſtratorum quilibet quingentos florenos, Secretarius & qui ab Epiſtolis trecentos ſeptuaginta, Rationarius denique trecentos.

III. Ut in mechanicis omnium facillime reguntur, quæ ex pluribus rotulis, mutuo quodam ordine inter ſe collocatis riteque diſpoſitis, conſtant, ita etiam in civili machina junctoque plurium corpore. Quapropter omnino recipiendum arbitramur prudentiſſimorum Virorum conſilium, qui ſuadent, ut in unaquaque regione, inque ejus metropoli, caput aliquod ſeu *Præſes* conſtituatur, quocum ea quæ ad Societatem pertinent, communicentur, quique membrorum ſuorum patronum agat, ſi quid habent quod a Societate præſtari deſiderent. Idem nova literaria ſuæ provinciæ ſive regionis cum Adminiſtratoribus breviter & ſuccincte communicabit. Præſidibus pro vectura epiſtolarum & reſcribendi opera dabuntur ſex exempla eorum librorum, qui a membris ſuæ provinciæ ſuique territorii ac diœceſeos edentur. In his quoque exemplis mittendis neque ſumptus feret Societas, neque pericula itineris præſtabit. Denique poterit unusquisque è Sociis Adminiſtratores literis compellare, ſuo tamen ſumptu.

Nunc vero officia rectorum Societatis & munia miniſtrantium videamus.

IV. Quinque *Defenſores*, ex Illuſtriſſimis ac gra-

gravissimis Reip. nostræ Proceribus eligendos, statis anni temporibus adibunt Administratores. Cum his agent de dubiis in administrando emergentibus, deque aliis rebus ad incrementum Societatis & publicum literarum bonum spectantibus. Litibus forte exortis inter Socios invicem, vel Socios & Officiales vel Officiales invicem, has transactione component, vel sententia sua definient Defensores Societatis, sub spontanea condemnatione Senatus supremi in Hollandia.

Moriente uno è Defensoribus, reliqui tres quartum in ejus locum cooptabunt. Moriente autem Administratore ordinario, ex duobus extraordinariis aliquem in ejus locum sufficient Defensores Extraordinariorum vero alterutro moriente, aut in ordinarii locum suffecto, ipse ordinarius tres nominabit, è quibus optionem deferet Defensoribus.

V. Munia *Administratorum* hæc sunto:

1. Omnia disponere ut recte atque ordine procedant, & hoc in tempore. Commerciis & communicationibus subsidiorum, quæ ad rem literariam faciunt, vel inter remotissimos ignotissimosque ansam dare. Societatem denique sartam tectam servare, ceteros in officio continere, & quovis modo efficere, ne quid detrimenti capiat res communis.

2. Nomen auctoris examinanti celare, & vicissim examinantis auctori. Idem observabunt, si quis deliberet de opere instituendo, in quo aliorum opem desiderat: ne scil. partium studia & livor atque obtrectatio subsidiorum utilitatem intervertant. In primis vero silebunt fatum operis improbati.

3. Quando plures diversorum tractatus examinati

nati approbatique ſe offerunt, qui ſimul prælo committi nequeunt, rationem habere materiæ & Socii quoque: ut nempe facultates nationesque, quantum fieri poteſt, alternent, utque in pari cauſa potior ſit qui prior eſt tempore, h. e. qui prius nomen Societati dedit, vel in plurimam ſummam ſubſcripſit: item qui nondum vices in edendo habuit. Vices etiam edendi habuiſſe cenſebitur, qui opus transmiſit, quod ab examinante reprobatum fuerit. Veruntamen in hiſce, ut in aliis omnibus, publica literarum utilitas ſuprema lex eſto. Certe anteriorum ſeculorum ἀνέκδοτα ceteris omnibus præferentur.

4. Pecuniam Societatis accipiet & erogabit Adminiſtrator ordinarius; Scribam, ſive Secretarium, aliaque officia conſtituet; ſalaria pro cujusque opera aſſignabit &c. eaque omnia ſuo non Sociorum periculo: ſic ut a Socio, qui ſubſcriptam pecuniam ſolverit, nihil amplius exigi poſſit.

5. De omnibus porro conſtituet ex ſententia Defenſorum, quam ſequi tenebitur. In rebus interea minoris momenti, aut quæ dilationem non patiuntur, utilitatem Societatis ex conſilio extraordinariorum procurabit, qui in his velut asſeſſorio munere fungentur. His præterea quamcunque officii ſui partem injunget, prout commodum ipſi aut neceſſarium videbitur.

6. Denique, novo Adminiſtratore ad Societatem accedente, omnia Societatis inſtrumenta ac libri nondum diſtracti, & quicquid ex collata Sociorum pecunia ſupereſſe ex rationibus apparebit, ſiſtentur ac in Societate manebunt.

VI. Ad *Secretarii* munus pertinebit:

1. Acta Societatis diligenter perſcribere, & conficere indices Sociorum.

2. Sub-

2. Subſignare ſive ſubſcribere exemplaribus librorum, qui examinandi mittentur, adjecto die & conſule, ne falſus partus ſupponatur, neve quis alterius opus pro ſuo edat. item omnibus exemplis operis impreſſi; ne fraus fiat circa numerum exemplorum.

2. Tenere claves ſecretioris cuſtodiæ, ubi acta Societatis & inſtrumenta rationum, nec non exemplaria miſſorum operum & literæ ordine ſerventur.

VII. Qui *rationibus* deſtinatus eſt, conficiet Libros rationum, in quos accepta & expenſa accurate & methodice diſtincteque referat. Harum rationum breviarium tertio quoque menſe exhibebit Adminiſtratoribus, ut identidem conſtet de debitis & creditis deque reſiduo Societatis.

VIII. *Examinantis* munus ſequentibus abſolvetur:

1. Ut ante omnia ignoret, cujus opus ſit: adeoque ſi id reſciverit, examini ut ſtatim renunciet. Niſi tamen tale opus ſit, quod neminem latere poteſt, vel cujus auctor ante initam Societatem jam omnibus innotuerat.

2. Ut tempus ipſi præſcribatur, laxius tamen & in quo examen absque majore incommodo perficere poſſit, habita ratione materiæ molisque ipſius libri & occupationum Examinantis.

3. Ante omnia vero animadvertet, primum, an ab auctore ſit peccatum in leges Societatis; deinde, an publico expediat ejusmodi opus in lucem mitti. Si quid præterea monendum occurrat, unâ indicare poterit.

4. Quod ſi magnum volumen ſit, cujus pleraque jam ab aliis occupata, qui forte ipſi Auctori ignoti ſunt, eo in caſu monendus videtur, ut librum ſuum in formam Diſſertationis, aut Capi-

tum

tum aliquot contrahat, recisis supervacuis. Atque ita hoc ad collectiones pertinebit, de quo actum Societatis formandæ art. IV. num. 9. Denique simili modo recidi possent Digressiones alieniores, quas præter necessitatem inserunt aut potius intrudunt quidam, atque itidem ad memoratam συναγωγὴν revocari.

5. Dictum supra, auctorem grandioris alicujus operis defungi posse, si solum specimen exhibeat, modo inde de toto constare possit. Ne autem subdola sit ejusmodi exhibitio, Examinator præter id specimen aliud rogabit, ex qua operis parte id ei visum erit, etiam ex pluribus & dissitis partibus. Quod si vero integrum opus desideret, in eo quoque illi auctor morem gerat oportet.

6. In omnibus autem Examinans meminerit ejus regulæ; Quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure aliquando utatur. Non temere etiam Administratores consulent, qui aut nimis rigidi habentur, aut nimis faciles.

IX. Post tertium quemque mensem *Nova literaria* conficientur, quaquaversum mittenda. Summatim autem & compendio continebunt maxime conspicua, & quorum notitia ad Societatem pertinere videtur. Inter cetera iisdem indicabuntur scripta Sociorum typis commissa & proxime committenda. Item si quid novi operis Socius moliatur. Quia autem & hic nomen celari convenit, ut monitum, subsidia illa ad Societatem mittentur, communicanda porro cum eo, qui opus novum molitur, quique honorificam suppeditantis commemorationem facere debebit. Quo autem magis liqueat, non esse Societati propositum, aliorum luminibus officere, desiderantibus bibliopolis, etiam libros, qui extra Societatem eden-

tur, iisdem Novis indicabit, item ubi & quo pretio veneant, sed tamen solos eos, qui superius non arcentur.

Hujusce instituti & commoda & utilitates multiplices esse ac perinsignes, quis non videt? Sed notata sparsim in antecedentibus per saturam hic colligamus, adjectis pluribus aliis. Censemus igitur hac Societate

Incitari excellentia ingenia, quæ ceteroqui desidia & otio marcescunt, iisdemque non una ratione succurri.

Stabiliri commercium quoddam publicum inter totius Europæ eruditos, unde vel hi, qui apud suos sat facilem edendi libros occasionem habent, mirum in modum adjuventur. sic enim collationes MSStorum posse institui; reconditæ notitiæ libros, & incognitas pene priorum temporum editiones indagari & colligi; denique & majoris moliminis opera collatis viribus suscipi perficique posse. sic quoque protinus cognosci, quid ubique locorum meditentur Viri docti.

Ad hæc, quum plurima opera in suis quæque regionibus hæreant, antequam finibus illis egressa volitent per ora exterorum, hac ratione puncto temporis dispergi per universam Europam.

Insuper hoc pacto inedita, quæ latitant in bibliothecis, vulgari: ut & novis typis committi rariora utilioraque ex his, quæ olim typis emissa.

Ab interitu vindicari minores quasdam, sed elegantes lucubratiunculas, quæ seorsim edi vix possunt, ac proinde fere cum morte auctorum intercidunt. Similiter etiam collectiones Inscriptionum ac Numismatum nondum vulgatorum, quæ simili fato dilabuntur.

Bonos libros, nitide correcteque impressos, modico comparari.

Sed

Sed & alios extra Societatem in quibuscunque Europæ partibus recens editos cum Sociis facile communicari posse.

Occurri præterea crebris classicorum aliorumque Auctorum editionibus, quæ identidem recuduntur, quando quis qualecunque novum subsidium nanciscitur, cum magno eruditorum in comparandis tot repetitis editionibus dispendio.

Foveri linguas eruditas, quæ hodie a vernaculis tantum non supprimuntur, cum insigni solidioris eruditionis jactura.

Meliorem scribendi methodum induci, supervacua recidi, digressiones nimium quæsitas reprimi, ex aliis desumpta ablegari.

Exquisitiores in singulis doctrinis libros elios, remotis qui minus utiles.

Frangi factiosa eruditorum quorundam dissidia, sectasque seditiosas debilitari.

Obviam iri contentionibus, rixis, injuriis, quibus interdum alter alterum indignis modis proscindit, quæque auctores suos & ipsam eruditionem imperitis deridendam propinant.

Ex contrario, id quod miraculi instar obtinet, hac ratione eventurum, ut æmulus æmulo opem ferat, & ut, ingratiis inimicitiarum, æquum veritati testimonium perhibeatur: nesciri enim cujus res agatur.

Præterea non solum conjungi ne nomine quidem notos & qui locorum intervallis vel maxime dissiti sunt, vel immensis opinionum divortiis dissentientes amice in idem conspirare.

Examen librorum sic institui, ut nec sincerius, nec accuratius fieri posse videatur.

Omnibus denique beneficium ultro offerri, nullius libertatem imminui.

Muniuntur hæc testimoniis Virorum dignitate

ac doctrina illustrium, hoc consilium utroque pollice approbantium, qui nunc in Italia & Gallia literas ornant, quam plurimis. Inter quos Alexandrum *Albanum*, Justum *Fontaninum*, J. *Vignolium*, Virginium *Valsechium*, Ant. Mariam *Salvinium*, Lud. Ant. *Muratorium*, Bened. *Bacchinium*, Phil. à. *Turre*, Bernhardinum *Ramazzini*, Jacobum *Facciolatum*, Henr. *Newtorum*, Ren. Jos. *Turneminium*, B. de *Montfaucon*, Jac. le *Long*, Ant. *Gallandium*, Michaelem *Lequien*, *Dacerium*, Annam *Daceriam*, *Renaudotum*, *Huetium*, *Baudelotium*, *Boivinios*, nominasse sufficiat. Addimus Cl. Brencmanni literas sua manu scriptas, nosque allegatas.

Lecturis
S. P. D.
Henr. Brenkmannus.

AGite, Vos imprimis Musagetæ & scientiarum statores, quotquot superestis, qui consilium SOCIETATIS LITTERARIAE tantis laudibus extulistis, meque exhortationibus vestris & promissis ad audendum quod molior opus inflammastis, quin & induravistis ad tot annorum perseverantiam. Tandem aliquando, Deo favente, spes boni eventus affulget. Sed & Vos omnes omnium Europæ Nationum Eruditi quos mihi compellare & coram revereri non contigit, quique sine dubio pari animorum contentione currentem incitaturi fuissetis, adeste nunc ope, consilio ad stabiliendam rem studiis omnibus utilissimam quin & necessariam plane, siquidem magnorum Virorum testificationi fides sit habenda. Fugientes Musas, quoniam singuli non possumus

sumus, universi sistamus. Ipsi sane fidem, diligentiam, assiduitatem, quanta præstari potest, ex animo pollicemur. Sed ad ipsam rem.

Quam primum constiterit de numero Sociorum & summa sufficienti, protinus exsecutioni mandabitur consilium, præstitutis die, loco, personis, quando, ubi & quibus solutio prioris pensionis facienda erit. Significabuntur una Defensores Societatis, ejusdemque Administratores. Responsorias, si placet, Leidam dirigetis. Ne vero impensæ in literis perferendis præter necessitatem multiplicentur, poteritis qui ejusdem urbis aut tractus estis, iisdem literis plures subscribere. In subscriptionibus præter nomen & summam, etiam dies addatur & dignitas subscribentis. Si in ipso Societatis systemate quædam minus placeant, meliora, quæso, substituite. Quum diversa aut contraria in eodem genere suggerantur, quia omnibus simul obtemperari nequit, sequemur id, quod maxime probabile erit, sepositis ceteris, quæ postea in usum deduci poterunt, si forte experientia refragante, id quod minus expeditum erat, elegerimus. Subministrate etiam materiem inchoando operi idoneam, præsertim inedita veteris & medii ævi. Præla Societatis protinus exercere poterunt, ni ante utiliora obveniant, Roberti Titii, Burgensis, Loca controversa, tam pridem edita, quam postuma: Eorum quippe XV. libros ex Italia nacti sumus. Exspectamus itidem vitam auctoris cum effigie. Addi præterea poterunt Josephi Scaligeri Animadversa in ejusdem Locorum controversorum X. libros editos, una cum Roberti pro his Assertione, fortasse & alia ex rarioribus ejus opusculis. Insuper spes nobis facta est adipiscendi Orationes & Epistolas Græcas ἀνεκδότους, tum Libanii So-

phistæ, tum etiam Georgii Cyprii, Patriarchæ CPtani: Item Guid. Panziroli commentarium in Tertullianum: Roderici Cari Veterum Hispaniæ Deorum manes sive reliquiæ *: Descriptionem urbis Vicentinæ cum inscriptionibus aliisque monumentis: Historiam Suecicam ex numismatibus ejus regni: Historiam imperii Ottomannici: Egregium Anonymi commentarium in Decretales, nec non aliqua Jurisconsultorum Gallorum in jus civile, ut puta, Antonii Contii, Jan à Costa, Caroli Hannibalis Fabrotti, Johannis Mercerii, Edmundi Merillii, & aliorum, ipsius quoque Cujacii, nec non Scipionis Gentilis: omnia typis nondum vulgata. Valete, orbis literati decora, & nobiscum serio in promovenda studia incumbite. Dabam Hagæ Comitis. . . . . Kal. Maias M DCC XXI.

Formula Subscriptionis.

Nos infra scripti lectis SOCIETATIS LITERARIÆ Legibus, ejus nos Socios profitemur futuros.

Speciminis loco subjiciuntur quidam ex his qui ita jam Hagæ Comitis & Leidæ subscripserunt.

ALBINUS (Bernard.) Professor Medicinæ.

BASNAGE (Jacob.) Verbi divini Minister.

BERGH (Joh. van den) Consiliarius Ordinum Hollandiæ.

BOERHAVE (Herman.) Professor Medicinæ.

BRANDWYK (G. van) Toparcha in BLESKINSGRAVE, Consiliarius Fœderati Belgii.

BUR-

* *Aureum opus* vocat Nicolaus Antonius *in Bibliothec. Scriptorum Hispaniæ.*

BURMANNUS (Petr.) Historiar. & Eloquent. Professor.

BYNKERSHOEK (Corn. van) Supremæ Curiæ Senator.

CUNNINGHAM (Alex.)

FABRICIUS (Franc.) Theologiæ Professor.

FAGEL (Franc.) Graphiarius Ordinum Generalium.

GOSLINGA (Sicco van) Curator Academiæ Franequeranæ, Frisiæ nomine Legatus ad Ordines Generales.

HOORN (Henr. van) Zeelandiæ nomine Legatus ad Ordines Generales.

HOORNBEEK (If. van) Syndicus Ordinum Hollandiæ.

HUYBERT (P. A. de) Toparcha in KRUININGEN, Satrapa Muidensis.

LEWE (E. J.) Toparcha in ADUERT, Consiliarius Fœderati Belgii.

NEUFVILLE (Robertus de) Eques Baronnetus Magnæ Britanniæ.

NOODT (Gerard.) Professor Juris.

SALLENGRE (Albert. Henr. de) Consiliarius Principis Arausionensis.

SAVRYN (Jac.) V. D. M.

SCHULTINGIUS (Anton.) Professor Juris.

SENGVERDIUS (Wolferdus) Professor Philosophiæ.

SLICHER (Anton.) Senator Curiæ Hollandiæ.

SLINGELANDT (Simon van) Consilio Fœderati Belgii à Secretis.

SCHAEP (Regner) Senator Curiæ Supremæ.

STOSCH (Philip. de) Consiliarius Regis Poloniæ.

VEGILIN van CLAERBERGEN (Phil. Freder.) Frisiæ nomine Legatus ad Ordines Generales.

VITRIARIUS (Joh. Jac.) Professor Juris publici, & hoc tempore Rector Magnificus.

VROESEN (Joh.) Senator Curiæ Brabantinæ.

WASSENAER (Arent Baro de) Toparcha in DUVENVOORDE &c. Nobilitati Hollandicæ adscriptus, Præses Cameræ rationalis Ordinum Hollandiæ &c.

WASSENAER (Joh. Henr. Comes de) Toparcha in OPDAM &c. Nobilitati Hollandicæ adscriptus, & ejus nomine Consiliarius Fœderati Belgii &c.

WELDEREN (Joh. Baro de) Toparcha in UBBURG. Geldriæ nomine Legatus ad Ordines Generales.

WITTICHIUS (Jacob.) Professor Philosophiæ.

WYNBERGEN (Joh. Baro de) Toparcha in GLINTHORST, Geldriae nomine Legatus ad Ordines Generales.

VIII.

Libri quidam Theologici in Anglia per modum subscriptionis imprimendi.

I.

Ἡ ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ Græce. *Novum Testamentum Versionis Vulgatæ, per S. Hieronymum ad vetusta Exemplaria Græca castigatæ & exactæ. Utrumque ex antiquissimis Codd. MSS., cum Græcis tum Latinis, edidit RICHARDUS BENTLEJUS.* Vi-

Viſum eſt Editori Celeberrimo, cum obſervaſſet, impreſſa exemplaria N. T. tam Græca, quam Verſionis Vulgatæ ex MStis non adeo antiquis eſſe exſcripta, jam vero antiquiora longe ante plus quam mille annos deſcripta per divinam providentiam in Europa extent, novam plane textus tam Græci quam Latini editionem procurare, quæ non reſpondeat editionibus recentioribus, quas interpolatas tradit, ſed antiquiſſimis Manuſcriptis. Notavit quædam Hieronymi loca, in quibus teſtatus eſt, ſe Univerſam Vulgatam Latinam reformaſſe ſecundum optima Exemplaria, quæ erant Origeniana. Eundem Patrem alicubi reperit adſerentem, verbalem Interpretationem non eſſe neceſſariam, præterquam in Sacra Scriptura, *ubi ipſe verborum ordo Myſterium eſt.* Inde collegit, non melius lectionem authenticam reſtitui poſſe, quam verſione Hieronymiana cum antiquiſſimis exemplaribus Græcis collata. Ita putavit ſe, paucis tantum locis exceptis, reſtauraſſe verum Exemplar Origenis, quod erat ſacra anchora Patrum Concilii Nicæni & duorum ſequentium ſeculorum. Hoc pacto exiſtimat ex Labyrintho triginta millium Variarum Lectionum vix ducentas, quæ aliquam conſiderationem merentur, fore ſuperſtites. Ad confirmationem Lectionum, quas in Textum adoptat, adhibebit verſiones Syriacam, Copticam, Gothicam & Æthiopicam, nec non Patrum Latinorum & Græcorum ex quinque primis ſeculis citationes, quæ ſub Textu locabuntur. Nullis interea conjecturis aut correctionibus absque authoritate locum dabit. Comparebunt quoque ſub textu variationes, in quibus a textu Stephani Græco & Vulgatæ ex emendatione Sixti V. ac Clementis VIII. Latino abit. In prolegomenis vero rationes ſui

ab his editionibus dissensus exhibebit. Opus ipsum duobus Voluminibus in folio nitidissime imprimetur. Pretium ei fixum pro subscribentibus erit trium Guineorum. Corrigendi in se laborem suscepit doctissimus Joannes *Walker*, qui diversa MSSta Parisiis contulit in usum hujus editionis.

II. *De vita & rebus gestis* Mohammedis, *cognomento Abulkasem ben Abdo'lla, Islamiticæ Religionis Auctoris, nec non Imperii Saracenici Fundatoris, Historici Duo*, viz. *ABULFEDA* & *JANNABIUS*, *Historicorum Arabum Principes. E Codicibus MSStis Laudianis & Pocockianis Bibliothecæ Bodlejanæ descripsit, Latine vertit, & notas adjecit JOHANNES GAGNIER* A. M. *Accedunt accuratæ Arabiæ Triplicis Geographicæ Tabulæ ex eodem Abulfeda, Al-Edrisio, aliisque, & Stemma Genealogiæ Mohammedis:* Item *Caabæ*, sive *Templi Meccani Delineatio, Sepulchri Mohammedis, & Templi Medinensis Descriptio, aliæque multiplices Figuræ æri incisæ utrumque opus illustrantes, cum præfatione & indicibus copiosissimis.* Oxoniæ e Theatro Scheldoniano.

Liber hic centum circiter constabit philyris in folio, pro quibus subscriptores libram Sterlingicam solvendam habent.

III. *Some Account of the present Greek Church, with reflexions on their present Doctrine and Discipline; particularly in the Eucharist, and the Rest of their Seven Pretended Sacraments, Compared with JAC. GOARS Notes upon the Greek Ritual, or* Ευχολογιον. By JOHN COVEL, D. D. Master of Chr. Coll. C.

Hujus libri Author A. 1670. in comitatu Danie-

nielis Harvei, Legati Caroli II. ad Portam Ottomannicam, cui a ſacris fuit, ipſe Conſtantinopolin profectus fuit, & cum Eccleſiæ Græcæ Antiſtitibus commercium habuit. Conficient librum 160. circiter philyræ in folio. Pretium, quod a ſubſcribentibus exigitur, eſt 15. aſſium ſeu Schillingorum Sterlingicorum.

IV. *Leges Anglo-Saxonicæ Eccleſiaſticæ & Civiles. Accedunt Leges Eduardi Latinæ, Guilielmi Conqueſtoris Gallo-Normannicæ, & Henrici I. Latinæ. Subjungitur Domini Henr. Spelmanni Codex Legum Veterum Statutorum Regni Angliæ, quæ ab ingreſſu Guilielmi I. usque ad annum nonum Henrici III. edita ſunt. Toti Operi præmittitur Diſſertatio Epiſtolaris Admodum Reverendi Domini* Guilielmi NICOLSONI *Epiſcopi Derrenſis de Jure Feudali Veterum Saxonum. Opera & ſtudio* DAVIDIS WILKINS S. T. P. Summe Reverendo in Chriſto Patri ac Domino GUILIELMO Divina Providentia Archiepiſcopo Cantuarienſi &c. a Sacris domeſticis & Biblioth. Cantabrigiæ.

Opus hoc continebit Leges omnes Anglicas, Saxonicas, Francicas, Normannicas & Latinas ab Æthelbirtho primo Anglorum Rege usque ad Magnam Chartam, quæ non ſolum cum variis MS. ſtudioſe ſunt collatæ, ſed etiam Doctiſſimis Clariſſimi Editoris, cujus vaſta eruditio ex aliis ſpeciminibus jam Orbi Erudito innotuit, notis ſub textu ornatæ, in quibus non tantum hiſtoria illuſtrabitur, ſed etiam perpetua Legum Britannicarum cum antiquiſſimis Legibus Germanicis, Gallicis, Suecicis & Cimbricis collatio inſtituetur. Cum moles libri nondum queat definiri, ad primam ſubſcriptionem dimidia libra Sterlingica requiretur.

V.

V. *Ecclesiastical Memorials Relating to the Reformation of Religion and the Emergencies of the Church of England, Under King Henry VIII. King Edward VI. and Queen Mary the First. In Three Volumes in Folio with a Large Appendix to each Volume, containing Original Papers &c.* By JOHN STRYPE M. A.

In hoc libro tales memoriæ historiæ Reformationis exhibebuntur, quæ aliorum diligentiam effugerunt, & quæ ex Chartis publicis, optimisque Manuscriptis longo usu collegit Author. Totum opus constabit circiter 600. philyris. Exemplaria non ultra 250. imprimentur, præter paucissima in charta majori: Unde pretium satis grande, quatuor nempe Guineorum Anglicanorum.

VI. *The Apologetick Discourses of S. THEOPHILUS, Bp. of Antioch, To Autolycus against the Malicious Calumniators of the Christian Religion, with Hermias's Irrision of the pagan Philosophers: and Tertullian's prescription against Hereticks. Translated from their respective Originals, with Notes and Preliminary Dissertations upon each Author. By Joseph* BETTY, A. M. Fellow of Exeter. Coll. Oxon.

Comprehendet hic liber plus 30. philyras. Subscriptores pro iis solvent quinque schillingos: Non imprimentur plura exemplaria, quam subscriptiones erunt.

VII. *Eusebii Pamphili, Socratis Scholastici, Hermiæ Sozomeni, Theodoreti. Et Euagrii, Philostorgii, & Theodoreti Lectoris, quæ extant, historiæ ecclesiæ.* Henricus VALESIUS Græcum textum ex MSS. codicibus emendavit, & Latine vertit, atque annotatio-

tionibus illustravit. *Guilielmus* READING novas elucidationes præsertim Chronologicas in hac editione adjecit. Ad illustriss. *Jacobum*, Ducem de *Chandois*; &c. Cantabrigiæ typis Academicis. 3 Voll. in fol. Subscriptiones fiunt Londini ad *Londonhouse* in *Aldersgate-Streed.*

VIII. *A new Ecclesiastical History of the seventeenth Century.* Duobus Voll. in fol.

Auctor Digbejus COTES Præses Collegii Oxoniensis & Orator publicus Universitatis ejusdem constituit inprimis Du Pinium & sequi & supplere, magisque accommodatum reddere popularium suorum usibus. Propterea & controversias in ecclesia Romana motas, quas Du Pinius adtigit, exponet uberius, vitasque Theologorum Protestantium qui in Gallia, Germania, Belgica & præcipue Anglia floruerunt, resque in ecclesia Evangelica gestas summa cura describet.

IX. *An help for the more easy and clear Understanding of the holy scriptures, being the Boock of the Old Testament.* Londini. 6. Voll. in 4.

Auctor hujus operis est Eduardus WELLS, S. T. D. & Rector Cotesbaci in Leicestria, cujus non ita pridem paraphrasis & notæ in N. T. præmisso textu Græco & Anglico duobus in forma quarta, ut vocant, tomis prodiit. Hic accuratissima Interpretum Alexandrinorum versio juxta cum Anglicana, paraphrasi notisque copiosissimis legetur. Accedent Dissertationes VII: de annorum, mensium &c. apud Judæos ratione, de Ebræorum Festis, sacrificiis, tabernaculo, templo, nominibus Dei Ebraicis, & idolis Gentilium, quorum scriptura meminit, &c. una cum Chronologia rerum memorabilium V. Testamenti.

IX.

IX.

Catalogus Librorum ad Theologiam & historiam sacram spectantium à *Reformatis* vel editorum vel recusorum continuatus.

A.

Latine.

ABrahami PUNGELERI (a) Theologi Herbornensis, de *Novo Testamento*, ejusque bonis disput. quinque. De *trino Christi officio* adversus Socinianos & Pontificios disp. duæ De *Necessitate Sacerdotis*, ut & *passionum Jesu Christi* in

(a) Abrahamus PUNGELERUS, Marcoduro-Juliacensis, natus d. 31 Maji 1679. in numerum Candidatorum S. Ministerii receptus est a. d. 31. Martii 1700. Doctor S. S. Theologiæ renuntiatus Franequeræ ipso die natali 31. Maji 1701. Vocatus ad Professionem Philosophicam in Academia Herbornensi d. 27. Febr. 1703. hanc provinciam oratione de *Fide debita Rationis Testimonio* suscepit d. 1. Nov. 8. Iduum Nov. anni sequentis fasces suscepit Academicos Sermone habito *de ineunda Academicæ juventuti studiorum ratione*. Extraordinariam Theologiæ Professionem, quam nactus fuit anno 1705., commutavit cum Ordinaria 28. Aprilis 1706. Dixit hac occasione *de munere Theologi*, *quatenus id ipsum ex emblematicis ejus in S. Scriptura nominibus erui potest*. Anno 1709. ad Professionem Primariam, quam *Caussenianam* dicunt, ut & Profess. Hist. Eccl., quam utramque vacuam reliquerat Cl. *Biermannus*, promotus fuit.

Scripta ejus sunt sequentia:

1. *De Regno Dei* Dissertationes tres ventilatæ Franequeræ. 1699. 4.

2. Dis-

in corpore ſuo diſputationes duæ. De *Munere Chriſti prophetico*. De *Diluculo N. Teſtamenti*. De *Bonis N. T. propriis*. Herbornæ. 1719. & 1720. & 1721. 4.

Monumentum BECMANNIANUM, hoc eſt, vita, fama, ſcripta & funebria Viri ſumme Rev. atque excellentiſſimi Joh. Chriſt. BECMANNI, Theol. Doctoris, in Academia Viadrina primum Græcæ Linguæ, poſt Hiſtoriarum, tandem Theologiæ Profeſſoris per annos L. meritiſſimi ac celeberrimi. In gratiam poſteritatis, ne memoria tanti Viri excideret, erectum. Ffti. ad Viadrum. 1719. fol. 1. Alph. 20. plag.

Complectitur hoc volumen ſermonem funebrem, hiſtoriam vitæ, Orationem Joh. Frid. *Werckmeiſteri*, Log. & Eloqu. P. P. in ill. Gymnaſio Serveſtano recitatam, & carmina funebria honori ac memoriæ famigeratiſſimi illius & de literis omne genus, atque eccleſia Reformata meritiſſimi Theologi ac Polyhiſtoris, qui Serveſtæ Anhaltinorum poſtr. Kal. Sept. a. 1641. editus mundo valedixerat a. d. VI. Mart. anni 1717.

Salomonis VAN TIL *opus Analyticum*. Vide recen-

2. Diſſertationes tres in Hiſtoriam Creationis ibid. 1701. 4.
3. Inveſtigatio myſterii Creationis primæ pro diſputatione inaugurali. ibid. 4.
4. Sermo Academicus de ineunda Academicæ juventuti ſtudiorum ratione. Herbornæ 1705. 4.
5. Meditationes Carteſii in paragraphos digeſtae, præfatione, Indice & Commatibus auctæ. ibid. 1705. 8.
6. Diſputationes duæ de immortalitate mentis humanæ. ibid. 1705. 4.
7. Orationes duæ de *Babele*. ibid. 1710. 8.
8. Diſſertat. de ideis Rerum poſſibilium in Deo, ibid. 1712. 4.

ac

recensitum hunc librum T. IV. Fasc. I. p. 152. & Acta Erud. a. 1721. Febr. N. 1.

Commentarius in librum prophetiarum JESAIÆ, quo sensus orationis ejus sedulo investigatur; in veras Visorum interpretandorum Hypotheses inquiritur, & ex iisdem facta interpretatio antiquæ historiæ Monumentis confirmatur atque illustratur. *Pars posterior*. Accedit huic tomo Index locuples & accuratus, tum locorum scripturae sacrae Vocumque & Phrasium Ebraearum ac Graecarum, quae per occasionem in Commentario exponuntur ac luce perfunduntur; tum rerum praecipuarum, utroque tomo contentarum. Nec non tabula Topographica antiquae Moabitidis, ad prophetiam de hac gente libro hoc comprehensam rectius intelligendam, concinnata, cura & studio *Campegii* VITRINGA; Th. & H. S. Professoris. Leovardiæ. 1720. f. pagg. 958. sine præf. & Indice. Prodiit jam iterata hujus præstantissimi libri editio Herbornæ Nassoviorum. Otium nobis fecerunt complures Ephemerides literariæ ne ejus recensionem heic sistere opus sit. Vide Rep. der Gel. M. Maj. & Jun. a. 1720. p. 424. Acta Erud. German. Lips. T. LXIX. & LXXI. Supplem. Act. Erud. Latin. Lipf. T. VII. Sect. X. n. 2.

Ruardi ANDALA exegesis illustrium locorum S. Scripturæ, & typorum. Recensionem hujus libri dedimus Cl. IV. Fasc. III. p. 556. sqq.

Clavis linguæ sanctæ auctore Nicolao TROTIO; Oxon. 1719. fol. Vide de hoc libro, qui nunc integer prodit; Cl. IV. Fasc. II. p. 364.

Bernardi Sebastiani CREMER *Prodromus typicus*; Summam hujus libri exhibuimus Cl. IV. Fasc. I. p. 148.

Jacobi ELSNERI Observationes sacræ in N. T. Vide Cl. IV. Fasc. I. p. 154.

Fri-

Friderici Adolphi LAMPE Oratio inauguralis de *Summa Sapientia*, cum professionem Theologiæ ordinariam auspicaretur, habita Trajecti ad Rhenum ad VIII. Kal. Jul. cIɔ Iɔcc XX. Ultraj. 1720. 4. 10. phil.

Johannis MEYERI Or. de *Origine hujus universi* habita Harderwici ad d. XII. Jun. cum fasces academicos deponeret. Harder. 1720. 4. 11. pl.

Nicolai GURTLERI *Institutiones Theologicæ*, quibus fundamenta Reformatæ religionis ordine maxime naturali succinctis positionibus traduntur, luculentis S. scripturæ testimoniis probantur, consensu veteris ecclesiæ confirmantur, adversus placita adversariorum ac dissentientium, summa fide ipsorum verbis relata solide vindicantur & ad pietatem & consolationem ubique applicantur. Halæ Magdeburgicæ 1721. 4. plag. 5. Alph. 10. pl. Est hæc iterata editio operis, quod Amstælodami a. 1694. nitidissimis exscriptum typis prodiit. Huic accesserunt notulæ, quas suo exemplari Cl. Auctor alleverat, index, & Oratio in ejus obitum habita à Joh. van der *Waeyen*, F. Theologo Franequerano.

Johannis Jacobi GRYNÆI, Cl. Theologi Basiliensis, EPISTOLÆ familiares LXVI. ad Christoph. Andr. *Julium*, J. V. D. Conf. Norib. scriptæ, quas una cum vita Grynæi ex tabulis MSStis in lucem edidit, & variis scholiis illustravit M. Sigism. Jac. *Apinus*, Alumnorum Noricorum & œconomiæ inspector. Norimb. 1720. 8. pl. 15. His epistolis jam ante aliquot annos vulgatis novus titulus cum effigie Auctoris nunc tantum præfixus est.

Epitome Theologiæ naturalis, sive tabella, in qua series rerum in hac scientia tractandarum depingitur, summatim exponitur, numerisque suis

ac certo ordini illigatur, auctore Campegio VITRINGA Filio. Theol. D. & Professore. Franequeræ 1720. 4. 15. plag. Liber hic, quem suo & Patri & quæ rara utriusque felicitas est, Collegæ, primario hujus ævi Theologo, inscripsit Cl. Auctor, ἐν συνόψει, quæ ex innato naturæ lumine, de *homine*, de *Deo*, de *religione*, sive *officiis* Deo ex σχέσει ad nos debitis, (in has enim tres partes opusculum dispescitur) cognoscuntur, accurato & concinno ordine exhibet, mereturque studiosæ Juventutis manu nocturna diurnaque versari. Recensetur in republ. Erud. M. Nov. & Dec. p. 528. sqq.

ספר הנפש, sive Phychologia Rabbinica, quæ agit de *mentis* humanæ natura & præcipue ejus extremis, ex mente Magistrorum Judæorum, accedit hinc inde sententia Mohammedis & Arabum Auctore Johanne EGGERO, Helvetio Bernate. Basileæ. 1719. 4. 6. plag.

Sebastiani CASTELLIONIS *Dialogorum sacrorum* L. IV. nova editio summa cura recensita ac præter superiorum omnium editionum accessiones notis quibusdam aucta, quæ ex collatione diversarum editionum ab ipso Castellione curatarum tam cunctas simul Castellionæas hujus libri editiones exhibeant, quam quas Vir diligentissimus & Latinæ linguæ ante alios studiosus per intervalla ætatis in hac disciplina progressus fecit, vel quos etiam alioqui variis temporibus de *Latinitate* sensus habuit, demonstrare possint. Præfigitur præfatio Viri Cel. Jac. Christ. ISELII, qua de ratione hujus instituti, deque causis, quæ eum ad hunc laborem suscipiendum permoverunt, disseritur. Bas. 1720. 8. 1. Alph. 5. plag.

Paraphrasis Psalmorum Davidis poetica auctore Georgio BUCHANANO. Bas. 1721. 8. 1. Alph.

Da-

Danielis GERDES de *Tempore messis Hebræorum* disquisitio, & modesta ad Celeberrimi D. Joannis MEIERI, Harderovicensis Academiæ Professoris, animadversiones responsio. Ultrajecti. 1720. 2. plag. in 4. Dubium est majoremne modestiam, an eruditionem, utramque raram in illa, quam nunc agit florentissimus auctor, ætate virtutem hoc scripto prodiderit.

Antonii DRIESSEN, S. Th. D. & Prof. & Concionatoris Academici, Exercitationes Academicæ publice ventilatæ anno 1719. in Academia Groningo-Omlandica, 1. de Mysterio sextidui & Sabbathi in historia creationis. 2. Commentariolus in Canticum Mosis, quod est Deut. XXXII. 3. De Sabbatho primo. 4. De Juvencæ rufæ litera & mysterio. 5. De peccato Mosis, propter quod in Cananæam ingressus non est, & illis Mosis precibus, ad quas populo Ducem Josuam constituit Deus: Adnexa est Oratio inauguralis de *Philadelphia*. Gron. 1720. 4.

Dissertatio de Pontii Pilati ad Tiberium epistola circa Jesu Christi gesta. Per *Mystagogum*. Londini 1720. 8. pagg. 36.

Specimen Theologico-Philologicum de *Divisione Decalogi* juxta sententiam Reformatorum ruminata & explicata, quod των ἀληθευοντων εν ἀγαπῃ disquisitioni examinandum offert *Joh. Rudgerus* LUTTRINGHAUSEN, Erberfelda-Montanus. Bremæ 1721. 4. plag. in 4.

Flavii *Josephi* opera, quæ reperiri potuerunt, omnia. Ad Codices fere omnes cum impressos, tum manuscriptos, diligenter recensuit, nova versione donavit & notis illustravit Johannes HUDSON. S. T. P. Aulæ B. Mariæ Virginis principalis & Protho-Bibliothecarius Bodlejanus. II. Voll. Oxon. è theatro Scheldoniano, 1720. in fol. pagg. 1502.

Taco Hajo van den HONERT dissertatio de Theologiæ (a) Propheticæ necessitate, ejusque perpetuo in ecclesia usu. Lugd. B. 1721. 4.

Synopsis *historiæ* sacræ & *ecclesiasticæ* ab origine mundi ad præsentia tempora secundum seriem periodorum deductæ à *Friderico Adolpho* LAMPE, SS. Th. in Academia & ecclesia Ultrajectina Doctore publico. Ultraj. 1721. 8. 1. Alph. 8. pl.

Analysis, nec non chronotaxis Apocalyptica ad mentem Cl. Viri C. VITRINGA in suo Commentario Apocalyptico, editionis secundæ adornante C. J. BOMBLE, Eccles. Batavodurensi. Amst. 1721. 4.

Origenis Adamantii renati epistola ad Doctores *Whitbejum*, *Waterlandium*, *Whistonum*, aliosque hujus sæculi Disputatores circa fidem vere Orthodoxam & scripturarum interpretationem. Londini 1720. 8. pagg. 73. Sub nomine *Origenis* adducit multa scriptor, quæ non omnium palato accommodata erunt libertati philosophandi, sensui allegorico scripturæ, Quakeris plus, ac par est, videtur favere.

PANTHEISTICON, sive formula celebrandæ societatis Socraticæ, in tres particulas divisa, quæ Pantheistarum, sive sodalium continet 1. Mores & axiomata, 2. Numen & philosophiam, 3. libertatem & non fallentem legem, neque fallendam. Præmittitur de antiquis & novis Eru-

(a) Idem hoc argumentum tractarunt cum Pater meus, ὁ νῦν ἐν μακαρίοις *Cornelius* HASÆUS in oratione inaugurali impressa, quam a. d. IV. Non. Maji a. 1683. habuit de *summa his quidem temporibus necessitate studii Prophetici.* Tum Vir magnificus *Henr.* MUHLIUS in parænesi de *Studio prophetico nostro nunc tempore maxime amplectendo excolendoque*, adjecta ἀποδείξει scripturariæ editæ Kilonii 1699. 4. T. d. H.

Eruditorum fodalitatibus, ut & de univerfo infinito & æterno diatribe. Subjicitur de duplici Pantheiftarum Philofophia fequenda, ac de Viri optimi & ornatiffimi idea Differtatiuncula. Cosmopoli 1720. 8. pagg. 89. Hic liber eft, cujus fuperioris fafciculi p. 1090. mentio injecta eft. Ambigi quidem video, num infaufti hujus fœtus pater fit ἐπίσημος ille *Tolandus*. At extra dubium eft, nihil eo magis impium, nihilque pejus conciliatum potuiffe emitti.

Ανακρισις APOCALYPSIOS Johannis Apoftoli, qua in veras interpretandæ ejus hypothefes diligenter inquiritur, & ex iisdem interpretatio facta, certis hiftoriarum monumentis confirmatur atque illuftratur; tum quoque, quæ Meldenfis Præful Boffuetus hujus libri commentario fuppofuit, & exegetico Proteftantium fyftemati in vifis de beftia & Babylone myftica objecit, fedulo examinantur auctore *Campegio* VITRINGA, Theol. & Hift. S. Profeffore. Editio tertia, cum cura recognita, his illis in locis auctior. Accedit huic editioni index accuratus, cum locorum S. fcripturæ & vocum Ebræarum ac Græcarum, per occafionem expofitarum, tum rerum hoc libro contentarum. Cum gratia & privilegio S. Reg. Maj. Pol. & Elect. Sax. Leucopetræ, (Weiſſenfels) 1721. 4. 5. Alph. 13. plag.

Animadverfiones ad methodum Homiliarum ecclefiafticarum rite inftituendarum. Auctore Campegio VITRINGA, Th. & H. S. Profeffore Franeq. 1721. 8. 10. phil. Non quidem integrum artis è fuggeftis facris cum fructu dicendi fyftema heic exhibetur, fed tantum animadverfiones quædam, quibus illa illuftrari poteft. Præfertim de precibus publicis ab Oratore facro dicendis, veritatumque ad praxin pietatis applica-

 tione,

tione, quorum utrumque nimis, ac par eſt, a multis negligitur, diſſeritur egregie. Ego illis, qui myſteriorum divinorum diſpenſationi ſe conſecrarunt, vel conſecraturi ſunt, ſpondere auſim, nunquam pœnitudine temporis, in venuſtiſſimi hujus libri lectione collocati, eos captum iri.

Johannis MARCKII Sylloge Diſſertationum Philologico-Theologicarum ad ſelectos quosdam textus Novi Teſtamenti. Quæ ſunt de tempore nati Chriſti, literis punctisque Ebræorum, Parabolis Evangelicis, clavibus regni Cœlorum, eccleſia audienda, aquilis ad cadaver congregandis, doloribus & clamoribus Chriſti patientis, Generatione nova ex ſpiritu, præexſiſtentia animæ Chriſti conficta, Sabbatica Moſis lectione in Synagogis, typis, traditione Satanæ, Chriſto redivivo à Cepha & Paulo viſo, Theriomachia & raptu Cœleſti Pauli, Anathemate Maran Atha. Allegorumenis &c. Accedit Oratio Academica de Moſaica viſione dumeti ardentis & non conſumti. Roterod. 1721. 4. 2. Alph. 19. Phil. Recenſent Lipſienſes in Act. Er. Lat. M. Jun. hujus anni. n. 2.

Textus Roffenſis. Accedunt Profeſſionum antiquorum Angliæ Epiſcoporum Formulæ, de Canonica obedientia Archiepiſcopis Cantuarienſibus præſtanda, & *Leonardi Hutteni* Diſſertatio Anglice conſcripta de Antiquitatibus Oxonienſibus. E Codicibus MSS. deſcripſit, ediditque *Thomas* HEARNE. Oxonii è theatro Sheldoniano. 1720. 8. pag. 477. Vide Biblioth. Angl. T. VIII. p. 2. ſect. 2.

Gerhardi OUTHOVII *Judicia Jehovæ* Zebaoth, quibus peragrat hunc terrarum Orbem, ſeu bellum divinum, quo petit Deus peccatores, adverſus quos variis ac magnis exercitibus, variis-

riisque honorificis armis potentiſſimus cœli Bellator bellat, & in quo bello divino exponendo varia loca S. Codicis ex antiquitate explicantur ac hiſtoriis illuſtrantur. Adjunctum eſt Carmen SEVERI SANCTI, id eſt, ENDELEICHI *de mortibus* boum cum N. Variorum. Groningae. 1721. 8. 2. Alph. 8. pl.

Occaſione calamitatum varii generis, quibus his annis Friſia orientalis, regionesque vicinae fuere afflictæ, inductus Auctor doctiſſimus, in hoc bonæ frugis pleniſſimo libro materiam de *Judiciis Dei in homines impios* erudite diligenterque pertractat. Deum, ut Bellatorem Dominumque exercituum conſiderando, eum pœnis ſuis judiciisque tanquam exercitibus homines impios ut hoſtes ſuos aggredi, ſubigere, debellare docet. Sigillatim agit de militibus Dei, ac legionibus, quas eſſe non ſolum Sacerdotes, Levitas, Angelos, Apoſtolos, omnesque pios, ſed & erucas, veſpas, crabrones, cantharides, muſcas, locuſtas, mures, ranas, pediculos, tineas, blattas, vermes, aliaque id genus animalcula, docet. Porro de rubigine, ictero, morbo regio, tonitru, fulminibus, terræ motibus, incendiis, ventis, procellis, tempeſtatibus, inundationibus, aëris ſiccitatibus, fame, peſtilentia, lue pecorum, bellis copioſe diſſerit, atque has calamitates ex ſacris & profanis auctoribus, veterique juxta & recentiori hiſtoria, deſcribit. Ea occaſione varia ex Philologiâ, in quo ſtudiorum genere regnat in primis clariſſimus Auctor, afferuntur, elucidanturque, v. gr. de nomine Dei צבאות, de πασοφορίῳ; Ebr. לשכה, unde Græcum λέσχη. de appellatione Dei איש מלחמה, de Veterum Fecialibus, de Deo Acronitarum Beelzebub, de Joelis Gazam, Arbe, Jelek, & Chaſil. De Locuſtarum agminibus,

bus, de locuſtis comeſtis. De cibo Johannis baptiſtæ. De voce כנים, de Herode a vermibus abſumto, de Apolline Sminthio, de Jove καταιβάτῃ. De Tonitru. De Diis Lithuanorum & Slavorum, Percuno & Suantevito, quem non, ut vulgo putatur, a *Sancto Vito*, ſed à *Swynſo*, i. e. Sole Slavorum deaſtro dictum conjicit, de ſale ſterilitatis, adſpergi ſolito ſuper ruinas urbium dirutarum, de diluvio Noachico, de iride, de origine Aggerum contra oceani rabiem, de judiciis Divinis, dictis ejus *telis* haud proletaria afferuntur.

Præterea varia Scripturæ loca accipiunt lucem; v. gr. 1. Chron. IX: 33. Eſ. XIII: 4. XLII: 13. Jac. V: 4. 2. Reg. I: 2. Eccleſ. X: 1. Joel. I: 4, 7. II: 4. 25. Apoc. IX: 7, 9. Matth. III: 4. Marc. I: 6. Prov. XXX: 27. Jer. LI: 27. Pſ. LXIX: 20. Job. IV: 15. Lev. XI: 12. Hoſ. X: 7. Pſal. CIX: 23. Eccl XII: 5. Pſ. XXII: 7. Eſ. XLI: 14. Matth. VI: 19. Job. IV: 19. Eſ. XXVII: 4. Deut. XXVIII: 23, 24. Sophon. II: 9. Jud. IX: 45. Eſ. XVI: 9, 10. Apoc. IV: 3, 10. Pſ. CVII: 34. Amos VIII: 8. IX: 5. Job. XXVIII: 11. Pſ. LXXVII: 17. Job. XIV: 9. (quem locum ita vertit: *Aquæ contundunt lapides alluvionibus ſ. exundationibus aquarum, inundas pulverem terræ, ita ſpem miſeri hominis perdis*, ubi תשטף æque ac האברת ad Deum refert) Thren. IV: 9. Ezec. XIV: 21. V: 16. & alia.

Accedit denique Carmen *Severi ſancti* ſ. *Endeleichi* De mortibus boum cum notis ſelectis (quas tamen integras additas eſſe mallemus) Wolffgangi *Seberi*, Joh. *Weitzii* & G. *Onthovii*.

B.

Anglice.

BIBLIOTHECA BIBLICA; Being a commentary upon all the Books of the Old and New Teſtament gatherd out of the Genuine Writings of Fathers and eccleſiaſtical Hiſtorians and Acts of Councils, down to the Jear of our Lord 451. being that of the fourth General Council, and Lower, as occaſion may require. Comprehending the proper Allegorikal or myſtick and Moral import of the Text, as delivred or illuſtrated in the Writings and Monuments afore ſaid in ſuch a manner that generally where the ſenſe of ſeveral Commentators is the ſame the Words on by of one with the Nomes of the reſt, are cited, to avoid repetition; Oxon. in 4. Hoc opus inceptum eſt a 1717. quotannis XII. partes vulgantur; Cl. Autor, Samuel *Parkerus*, patris ὁμωνυμȣ, Viri & Theologi ſummi, qui Oxonii habitat, filius ἐφαμιλλος, continuabit hoc opus, & jam pervenit ad Exodum. Eidem libri, qui ſequitur, editionem debemus.

The Eccleſiaſtical Hiſtorie of Euſebius Pamphilus, *Socrates*, *Sozomenes and Theodorick*, faithfully translated and abridged from the originalls by SAMUEL PARKER. To which is prefixed a diſſertation concerning the uſe and Authority of eccleſiaſtical Hiſtory by *Charles Leſſy* A. M. Together with the lives of eath reſpective Hiſtorian and ſeveral uſeful Notes and illuſtrations in the margin from the beſt Authors, as likewiſe neceſſary index addet by the Abridges. Oxonii 1720. 3. Voll. in 8vo.

A Defence of the late Charge delivered to the Clergy of the Diocese of Oxford. July 1719. in a letter to the said Clergy. By the right reverend Father in God JOHN, Lord Bischop of Oxford. London. 1720. 12. pag. 80. Hoc scriptum à Reverendissimo Johanne POTTERO, Episcopo Oxoniensi famigeratissimo, scripto R. episcopi Bangoriensis Hoadlio acerbiori oppositum est. V. Bibl. Angl. T. VII. p. 2. n. 5.

An Enquiry into the *Cause and Origin of Evil* in which the principal Phænomena of Nature are explained according to the true Principles of Philosophy, more particularly in answer to Mr. BAYLE, and other Defenders of the ancien Manichaean Scheme of two independent Principles. Being the substance of eigt Sermons preached ad the Parisch Church of St. Mary le Bow in the year 1719. at the Lecture founded by the honorable Boyle; Esq. by JOHN CLARKE D. D. Chaplain inordinary to his Majesty. London 1720. 8. pagg. 304. Vide Bibl. Angl. T. VII. p. 2. n. 7. Hæc prima pars operis est, quam mox sequetur altera.

The grand reprisall; in a letter to a member of parliament, concerning the distressed state of our sister churches in te *Palatinate*, and others Parts of te *Empire*. Being te only expedient for redressing all at once, and for ever, their Grievances, and preventing for the future our own Dangers from either the Pope, or Pretender. To which is subjoined. A schort account of the differences of his electoral Highnes of *Brunswick*, now King of Great Britain, with the Chapter of *Hildesheim* in the Year 1711. In order to demonstrate tot the Necessity and Practicableness of Proceeding with Papists in Way of Reprisalls. London. 1720. 8. 5. plag.

A practical discourse concerning te great Duty of Prayer. By Richard CROSSINGE, Bachelor in Divinity of Pembrock colledge in Cambridge. London. 1720. 8. pagg. 237.

A reply to Mr. Martins examination of the answer to his dissertation in 1. Joh. V: 7. By Thomas EMLYN. London. 1720. 8. pagg. 48. Vide Mem. lit. d. l. Grande Bret. T. III. n. 2.

The history of Engeland from the first entrance of Julius Cesar & the Romans to the conclusion of the Reign of King James the second & establishement of King William & Queen Mary upon the throne in the Year 1688. With a complete Index. By Laurence ECHARD A. M. Archdeacon of Stowe & Chaplain to the most reverend William Lord Archbishop of Canterbury. The third edition, with Additions. London. 1720. Fol. pagg. 1150. Vide Mem. lit. d. l. Gr. Bret. T. III. n. 5. Editionem hujus operis, quæ tribus in folio voluminibus a. 1707. & 1718. prodiit, recensitam vide in Actis Erud. Lips. a. 1720 Nov. n. 2.

Eight sermons preached at the Cathedral Church of S. Paul, in defense of the Divinity of our Lord Jesus Christ: upon the encouragement given by the Lady MOYER & at the appointement of the Lord Bisschop of London. Whith a preface containing Remarks upon two late pamphlets, one intitled, *Modest Plea* &c. *continued* &c. the other. *Unity of God not inconsistent, with the Divinity of Christ*, &c. by *Daniel* WATERLAND D. D. Master of Magdalen-College in Cambridge, & Chaplain inordinary to his Majesty. Cambridge, 1720. 8. pagg. 337. Vide mem. lit. d. l. Gr. Br. T. III. n. 5.

A Treatise concerning the operations of the Holy

Holy Spirit, being the ſubſtance of the late Reverend and Learned D. William CLAGETTS diſcourſe upon that ſubject. Whith large Additions. By Henry STEBBING, M. A. Rector of Rickinghall in Suffolck, and late Fellow of St. Katharines Hall in Cambridge. London. 1719. 8. Hic liber continet epitomen libri, de *Operationibus Spiritus S.* quem ſuperiori ſæculo Johanni Oweno oppoſuerat *Clagettus*, ex quo rejectis nonnullis, quæ nunc videbantur exiguo legentium uſui fore, plura de ſuo nunc addidit Henricus *Stebbingius*.

Pious Thougts concerning the Knowledge and love of God, and other holy exerciſes. By the late Archbiſchop of *Cambray* done outer of French. Lond. 1720. 8.

A perſuaſive to a holy life, from the Happineſs which attends it both in this World and in the world to come. By *John* RAY, late Fellow of the Royal Society. London. 1720. 8.

Practical obſervation upon Miracles of our bleſſed Saviour, by *Francis* BRAGGE B. D. Vitior of Hitchin in Hersfordshire, the third edit. London. 1720. 2. voll. in 8. The Answer of the Earl of NOTTINGHAM to Mr. Whiſtons letter to him, concerning the Eternity of the Son of God, and the holy Goſt. London. 1720. 8. Optimum factum eſt cauſam Jeſu Chriſti, & adorandæ Trinitatis ab aliis infauſto molimine in illa inſularum Regina oppugnatam, ab aliis tantæ etiam dignitatis, tamque illuſtrium meritorum Viris fortiter fideliterque aſſeri. Id agnovit eccleſiæ Anglicanæ clerus, qui per deputatos ſuos illuſtriſſimo Comiti verbis ampliſſimis pro praeſtita Eccleſiae opera gratias dici voluit.

The hiſtory of King Killers, of the Fanatick Mar-

Martyrology: containing the lives of 365. Hellifch faints of that Crew infamous for treafon, Rebellion, Perjury, Rapine, Marder &c. being one for every Day in the year. Published for the confolation of the fanctifyd tribe of Bloodthirfty Republicans; and for the information of true Chriftians and fincere Lovers of Monarchy. London. 1720. 4. 2. Voll. Pretium XII. Schellingi.

A Treatife upon the paffions being à difcourfe upon the dignities and corruptions of Man's nature, fince the Fall; By the learned Mr. HALER of Eton, now firft publish'd from the Original MSS. revifed and approved by Bifchop *Smalridge*; London. 1720. 8.

Serious Remarks, upon twe late trats. The firft an argument to prove that the Abolishing Chriftianity would be attended with inconvenience. By the Rev. Dr. *Swith*. The fecond an argument to the fucceffors of the Apofteles; not to confend tot earneftly for the faith. By the Rev. Mr. Pearfe of Oxford. by I. C. M. H. London. 1720. 8.

SANCHONIATHOS Phœnician Hiftory, translated from the Firft Boock of *Eufebius* De Præparatione Evangelica. Whith a continuation of Sanchoniatho's Hiftory by *Eratofthenes* Cyrenæus 's Canon, Which Dicæarchus connects with the firft Olympiad. Thefe Authors are illuftrated whith many Hiftorical and Chronological Remarks, proving them to contain a feries of Phœnician and Ægyptian Chronology, from the firft Olympiad, agreable to the fcripture Account. By the rigth Reverend *Rich.* CUMBERLAND. D. D. late Bifchop of Peterboroug. Whith a preface giving a brief Account of

 the

the Life, Character, and Writings of the autor by S. PAYNE, Rector of Barnack in Northamptonshire, his Lordships Domestick Chaplain. London. 1720. 8. pagg. 488. Dolendum est librum hunc ex manuscripto Auctoris editum, non satis accurate, beneque digesto ordine prodiisse. Ceterum ex vita ejus à Paynio consignata discimus Reverendissimum Cumberlandum Londini a. 1632. natum, studiorum fundamentum in illius urbis schola Paulina, & deinde in Collegio S. Magdalenæ Cantabrigiensi posuisse, a sacris deinde fuisse Sigilli publici custodis Briedgmanni, postea parœciis Bramptoniensi & Stamfordiensi in Provincia Lincolniensi fuisse præfectum. Rege Wilhelmo rerum potito, ab eo ad Episcopatum Petroborucensem evectus est, cum nihil hujus speraret. Collatam enim hanc in se dignitatem omnium primo ex relationibus rerum novarum, quas in Thermopolio legere consueverat, didicit. Vir fuit pietate, doctrina, humanitate præstantissimus, Theologus, Philosophus, Mathematicus, Philologus insignis. Anno ætatis octuagesimo tertio ad linguam Copticam discendam animum applicuit. Valetudine per omnem vitam usus insigni a. ætatis LXXXVII. Christi cIↄ Iↄcc XIX. diem suum obiit. Edidit *Disquisitionem Philosophicam de legibus naturæ contra Hobbesium*, apud nos quoque in Germania Lubecæ a. 1683. in 8. impressam, & de *Mensuris & ponderibus Ebræorum* librum. Dissertationes ejus, quas vocat *Origines antiquissimas*, in quibus veterem historiam & Chronologiam illustrat, se editurum promisit *Paynius*.

Church Autority vindicated, in a sermon preached at *Putney*, the 5. May 1719. at a visitation of the *Peculiars* of the most Reverend the Lord Archbischop of Can-

Canterbury before the right Worſchipfull Dr. *Bettesworth*, Dean of the Arches and Commiſſary of thoſe *Peculiars*, By *Fr.* HARE D. D. Rector of *Barnes* and Chaplain in ordinary to his Majeſty. London. 1719. 8. pagg. 47. V. Bibl. Angl. T. VII. p. I. n. 1.

An answer to the Rev. D. HARES ſermon intituled, *Church Autority vindicated*, in wich the Texts of Scripture relating to this ſubject are examined; the Doctrine of *Sincerity* is explained, and defended; And ſeveral other important Points are conſidered. With a Poſtſcript, occaſioned by the Lord Biſchop of Oxfords late charge to his Clergy. By *Benjamin* Lord-Biſchop of BANJOR. London. 1720. 8. pagg. 276.

The Myſtery of *Anabaptiſm.* Unmask'd: Being a ful Vindication *of Infant-Baptiſm.* in the Church of England, in Anſwer to the fallacious Arguments, and pernicious Errors of Mr. *Morgan*, Mr. *Stenned* and other the principal Leaders of the Anabaptiſts: To which are added, diſcourſes 1ſt. Upon the Chriſtian Sabbath. 2d Original ſin, 3d Forms of Prayer and our Liturgy. 4th Sinfulneſs of Schism. 5th The Danger of Apoſtacy. 6th The Hiſtory of the Anabaptiſts, from their firſt Appearance in the World, in foreign Parts, and in England. By Marcus D'ASSIGNY B. D. 1720. Lond. 8.

Memoirs and Reflections upon the Reign and Governement of King Charles I. and King Charles II. Containing an Account of ſeveral remarkable Fatts not mentioned by other Hiſtorians of thoſe Times. Wherein the Character of the Royal Martyr, and of King Charles II. are vindicated from Fanatical Aſperſions. Written by Sir Richard BULSTRODE Reſident at Bruſſel to the Court of Spain from King Charles II. and Envoy from King James II. till the Revolution 1688. Now firſt publiſch'd from his Original Manuſcript. London. 1720.

Lectori Benevolo

THEODORUS HASÆUS

S. Pl. D.

VIſum mihi eſt inpoſterum unam alteramve quæſtionem, quæ obſcurior, & Δηλιου indigere κολυμβητου, videtur, ex iis, quas ad noſtrum hoc pertinere inſtitutum noſti, ſingulis adjicere faſciculis. Quod & ſi tibi inter legendum meditandumve occurrant δυσνοητα quædam, quæ digna eſſe putas, in qua excutienda examinandaque præclarorum ingeniorum nervi intendantur, ea, ſi me allegaveris, indicabo publice. Atque ita haud incommodam præbebo occaſionem, Virorum doctrina florentium de difficillimis capitibus cogitationes expiſcandi. Illarum enim, quando ad me mittentur, neque jam ab aliis prolatæ ſunt, in hac Bibliotheca te faciam participem. Qua re ut facile intelligis, ad proferenda ſcientiæ Theologicæ pomœria, ejusque augendos Theſauros nihil magis excogitari poſſe accommodatum, ita porro bonam tuam prolixamque voluntatem mihi conſervari cupio. NUNC quidem a TE edoceri deſidero, *quid per* VALLEM JOSAPHATI *in illuſtri vaticinio Joelis III:* 7, 17. *intelligendum ſit?*

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis Quintæ

FASCICULUS SECUNDUS.

AMSTELODAMI,

Apud SAMUELEM SCHOONWALD

M. DCC. XXI.

VIRO

Excellentissimo & perquam venerando

TACONI HAJONI

Van den

HONERT,

Diviniorum literarum in famigeratissima LUGDUNENSIUM Academia, Doctori ac Professori celeberrimo,

Egregiâ Sacrarum humanarumque scientiarum cognitione, rarâ judicii atque ingenii perspicaciâ, plurimisque in rem literatorum publicam meritis, magis, quam famosis, quibus fulget, majorum imaginibus

SPLENDIDISSIMO,

Hunc

Hunc

BIBLIOTHECÆ

Hujus

FASCICULUM

Amoris, honoris, cultusque ſui arrabonem transmittit,

FAVOREMQUE EJUS CUM ERGA SE, tum erga hoc præſertim opus,

Deum orans, ut eum quam diutiſſime ſalvum florentiſſimumque ſervet, curate exambit

EDITOR.

In hoc fasciculo inveniuntur

I. *C. A.*

I.

I. N. D. N I. C.

C. A. HEUMANNI
DE
IGNORANTIA
DOCTA

Diſſertatio.

Σύνοψις.

Commune eſt omnium hominum deſiderium ſciendi, §. 1. Sed id ſæpe enorme eſt & juſto majus, §. 2. Deſiderii illius limites, §. 3. Diſtinctio ignorantiæ in *turpem* & *honeſtam* ſive *doctam*, §. 4. Deſcriptio ignorantiæ turpis, §. 5. 6. Ignorantia docta eſt VEL *inſuperabilis* ſive *neceſſaria*, §. 7. eaque rurſus (1) vel *ſacra* vel *profana*, §. 8. Ad ſacram ignorantiam referenda eſt Diſputatio de *origine mali*, §. 9. (2) vel *innoxia* vel *fructuoſa*, §. 10. VEL *ſuperabilis*, quæ & ipſa vel *innoxia*, §. 11. vel *fructuoſa*, §. 12. Ignorantia docta eſt pars prudentiæ literariæ, §. 13. *Fructuoſa* ignorantia porro dividitur in *piam* ſive *ſanctam*, §. 14. & *impie piam*, §. 15. Pia ignorantia doctorum, quædam, quæ ſciunt, neſcientium, id eſt, non docentium, §. 16.

§. I.

QUemadmodum qui versantur in tenebris, summa cupiditate ardent ad lucem emergendi; sic mens humana maximo afficitur desiderio cognoscendi in unaquaque re veritatem. Testis est Aristoteles: Πάντες ἄνθρωποι, initio τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ inquiens, τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. Testis *Cicero*: Οὐδὲν, ad Atticum suum (*a*) scribens, γλυκύτερον, ἢ πάντα εἰδέναι, & filium his alloquens (*b*) verbis: *Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem.* Sed quid opus his testibus? Testis est sua cuique conscientia atque experientia.

§. 2. Solet autem æque, ut cupiditates cæteræ, sciendi desiderium hominibus inesse nimium & enorme, ac, recte observante (*c*) *Tacito*, *difficillimum est retinere ex sapientia* (id est, ex discendi studio) *modum. Humanæ* itaque *sapientiæ pars est*, *Scaligero* (*d*) sapienter pronuntiante, *quædam æquo animo nescire velle. Plus* enim *scire velle, quam sit satis, intemperantiae genus est*, ut recte *Seneca* (*e*) censet.

§. 3. Respicienda hic est norma omnium actionum humanarum, adeoque & studiorum literariorum, bonum malumque, quorum illud sectandum, hoc fugiendum. Quarum igitur rerum ignorantia nobis noxia est, eam ut exuamus, strenuam navari oportet operam. Et hoc ipsum sensit *Socrates*, cum ignorantiam dixit malorum esse summum. Illa vero ignorantia, quæ utilis nobis

(*a*) *Lib. IV. epist.* 10. (*b*) *Offic. lib. I. cap.* 6. (*c*) *Agric. IV.* 6. (*d*) *Exercit.* CCCVII. *sect.* 29. (*e*) *Epist.* 88. *p.* 343.

nobis eſt, tranquillo ferenda eſt animo, nec niſi ſtultus expetet ſcientiam ſibi noxiam. *Sunt* autem *quaedam, quae neſcire, quam ſcire, melius eſt*, ut infra videbimus & jam olim vidit ille auguſtiſſimi nominis doctor (*f*) *Auguſtinus*. Denique ignorantia nonnulla innoxia eſt, hoc eſt, rerum quarundam ſcientia nihil affert utilitatis. Hujus generis res ignorare non eſt turpitudini, imo, quæ philoſopha *Plinii* (*g*) ſententia eſt, *nihil diſcendum, quod neſciſſe rectius fuerit*.

§. 4. Probum itaque diſcrimen eſt, quo ſapientes ignorantiam dixerunt aliam eſſe *turpem*, aliam *honeſtam*, quam argute vocant *doctam ignorantiam*.

§. 5. *Turpis* eſt ignorantia, cum ignorantur, quæ & poteras ſcire & debebas. Sic de DEI natura & voluntate ignorare, quæ docet naturalis ratio, ἀναπολόγητον ignorantiam appellat (*h*) Apoſtolus. Pari modo turpiſſimum erat, multos ſacerdotes ante *Lutheri* exortum Theologicæ ſcientiæ adeo eſſe expertes, ut ne θεόπνευστον quidem codicem accuratius lectitarent.

§. 6. Facile hinc apparet, quo major eſt diſcendi occaſio & facultas, eo turpiorem eſſe inſcientiam. Proinde noſtro ævo, quo & vivorum & mortuorum magiſtrorum, eorumque præcellentium, proventus eſt uberrimus, majorem in modum turpe eſt, ea neſcire, quæ ſcire utile vel etiam neceſſarium eſt. Quare excuſandos non puto vel de plebe Chriſtianos utriusque ſexus, qui Scripturam S. non habent aſſidua lectione cognitam, cum Biblia vernaculum traducta in ſermonem ubique proſtent. Nec ignoſcendum videtur

(*f*) *Enchir. ad Laur. cap.* 17. (*g*) *Lib. III. epiſt.* 5. *extr.* (*h*) *Rom. I.* 20.

illis ſtudioſis, qui olim inter ICtos vel Medicos nomina ſua ſunt profeſſuri, quod, cum Græcas literas addiſcendi optimam habeant in ſcholis occaſionem, eam per deſidiam dimittant. Etſi enim Ictus vel Medicus eſſe potes literarum Græcarum expers, tamen ea lingua opus erat ad percipienda Apoſtolorum & Euangeliſtarum monumenta, quorum lectio non quidem doctum ICtum Medicumve, ſed doctum Chriſtianum facit. Pari modo etſi Græcæ linguæ Hebraicæque notitia doctoribus eccleſiæ ſive ſacerdotibus non eſt ſimpliciter neceſſaria; noſtra tamen ætate imperitia iſtarum linguarum non injuriâ turpitudini ducitur iis, quia merito peccaſſe cenſentur, qui commodam occaſionem Theologiæ firmiùs excolendæ neglexerunt, adeoque ſupinæ vel etiam affectatæ ignorantiæ rei ſunt.

§. 7. Venimus ad ignorantiam *honeſtam* ſive *doctam*, cujus potiora recenſebimus genera. Primum igitur ignorantia alia *ſuperabilis* eſt, alia *inſuperabilis* ac *neceſſaria*. Poſterior a turpitudine eſt remotiſſima, adeoque neſcire, quæ non poſſis non neſcire, doctæ ignorantiæ pars eſt haud poſtrema. Quare non meretur reprehenſionem profeſſor hiſtoriæ civilis, qui non valet exponere genealogiam Melchiſedeci, res geſtas Nimrodi, vel veterum Pharaonum priſcorumve Germanorum. Nec inſcientiæ crimen impingitur hiſtoriæ eccleſiaſticæ doctori, qui hiſtoriam duodecim Apoſtolorum usque ad ipſorum ex hac vita diſceſſum enarrare nequit, aut, quibus factis Chriſtus triginta priores vitæ mortalis annos transegerit, novit juxta cum ignariſſimis. Fruſtra quoque nonnulli ſudant in explicandis inexplicabilibus hieroglyphicarum literarum nodis. Nam ſapienter docti eſt, magno animo ſuam hic pro-

profiteri ignorantiam, ac *Kircherorum* difficiles ridere nugas. Recte monet Philosophus ille, qui *Artem cogitandi* (*i*) composuit, *esse ab iis investigandis abstinendum, quae supra nos sunt, & quorum comprehendendorum spes nulla rationabilis subest. Qui illico* (ita pergit,) *responderit, se nescire haec, is plus promoverit eo, qui aliquot annorum lustra in talibus consumens vel ignorandi necessitatem tandem deprehendit, vel, quod pejus est, id consequitur, ut, quod nescit, scire se putet ac profiteatur.*

§. 8. *Necessaria* ista, quam vocavimus, ignorantia non male dividi videtur in *sacram* & *profanam*. Posterioris generis exempla petantur è superioribus. *Sacra* vero *ignorantia* (α) merito vocatur, cum τὸ πῶς nescimus in Christianæ religionis mysteriis. *Cedat* hic, inquam cum (*k*) *Tertulliano*, *curiositas fidei*. Hic *nihil scire omnia scire est. Honorificum nobis est*, inquit (*l*) *Lutherus*, *etiamsi quaedam sacrarum literarum mysteria ignoremus.* Scilicet *nescire velle*, *quae nescire nos vult magister optimus*, *ea demum erudita inscitia est.*

N 3 §. 9.

(*i*) *P. IV. cap. I. p.* 308. *sq.*

(α) *De laudabili Theologorum ignorantia exstat Disp. D. Christoph. Sontagii, & ante eum Voetii. Imo jam olim de hoc argumento commentatus est Nicolaus Cusanus. Hos adeat, qui volet. Nam nobis haec scribentibus nullus horum triumvirorum fuit ad manus.* Inspici quoque meretur, quam post confectam hanc nostram Dissertationem forte inspeximus, Francisci Vavassoris Oratio de vitanda curiositate, inter opera ejus conjuncte edita p. 235. sqq. qua docet, esse majus periculum, ne nimium, quam ne parum sciamus.

(*k*) *Lib. de præscript. XIV, 6.* (*l*) *Comment. in Genes. cap. VII. p.* 108.

§. 9. Ad ſacram hanc ancoram, hoc eſt, ad ignorantiam ſacram ſi nuper confugiſſent Philoſophi, qui acriter inter ſe diſputarunt *de origine mali*, longo ſuperſediſſent certamine, ac dubitantibus ſatisfeciſſent, opinor, magis. Scilicet DEUM eſſe ens perfectiſſime bonum, innumeris argumentis exploratiſſimum habemus. Jam mala eſſe in mundo cum phyſica, tum moralia, non minus certo ſcimus, quam bis duo eſſe quatuor. Hujus rei cauſas DEUS habeat neceſſe eſt & ſapientiſſimas & ipſius benignitati minime adverſantes. Nobis vero cauſas iſtas omnes perveſtigare per intellectus noſtri imbecillitatem non licet. Ergo ſcimus, mala a DEO permitti, cauſas hujus NESCIMUS. Dicamus igitur cum (*m*) *Salviano: Qua cauſa DEUS haec ita faciat, nolo a me requiras. Homo ſum, non intelligo ſecreta DEI, inveſtigare non audeo, & ideo etiam attentare formido: quia & hoc ipſum genus quaſi ſacrilegae temeritatis eſt, ſi plus ſcire cupias, quam ſinaris.* Atque hic ſubſiſtat tota noſtra de origine mali diſputatio, vel potius concludatur Apoſtolica illa (*n*) exclamatione; ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ. ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Ac ſane ſi conſilia Comici perſpicere non licet ſpectatoribus, ſæpe mirantibus, quò res evaſura ſit, cum tamen in exitu appareat, omnes Comici actiones fuiſſe artificioſiſſimas ingenioſiſſimasque; quanto minus conſilia DEI (quem *Epictetus* (*o*) cum Comico haud inſcite comparat, & mundum hunc cum theatro,) perſcrutari poterimus

(*m*) *Lib. III. de Gub. Dei p. 59. 60. ad quem locum vide egregiam annotationem Rittershuſii.* (*n*) *Rom. XI.* 33. ( ) *Enchir. cap. 23.*

rimus nos homunciones, quorum natura immenſo diſtat inervallo a natura illa ſuprema! Imo nimis vulgaris artifex foret DEUS, ſi homines omnes ejus actiones earumque ſcopos penetrare poſſent, cum humani artificis rationes, e. g. ejus, qui horologium confecit, perveſtigare arduum ſit. Quare etiam hic valeat illud: Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, hoc eſt, qui paupertatem intellectus ſui agnoſcunt, nec eò audaciæ progrediuntur, ut ſuſtineant cenſuræ ſubjicere ſuæ opera DEI. Cæterum quisquis contendit, exiſtentiam malorum nullo pacto poſſe conciliari cum bonitate DEI, ſalvaque hac fieri non poſſe, ut innumeri damnentur, perpauci ſalventur, is manifeſto accuſat DEUM injuſtitiæ & imprudentiæ, & quidem injuſtitiæ atque imprudentiæ nullo modo excuſandæ. Hoc vero qui facit, is haud procul abeſt ab atheiſmo. Porro talis homo DEUM condemnat incognita cauſa. Si enim DEUS ipſi rationes expoſuiſſet omnium ſuarum actionum & omiſſionum, tunc minus peccaret, ſi examinaret eas ſibique non probari diceret. At vero miſer homo rationes & ſcopos plurimarum actionum DEI prorſus ignorat, nec perſpectas habet DEI vias. Ergo profecto dum nihilominuus audet horrendam ferre contra DEUM ſententiam, & eum damnare injuſtitiæ & imprudentiæ, plane inſanit & tanquam cæcus judicat de coloribus. Illud poſtremo rogatos volo eos, qui tam anxie disputant *de origine mali* & ejus cum bonitate DEI ἀσυστασίᾳ, ut in ſe deſcendant ſeque examinent, utrum id faciant ex ſincero veritatis ac pietatis ſtudio, an potius ex cupiditate excutiendi metum æternæ damnationis, individuum illum irreligioſæ vitæ comitem. Mihi quidem perſuaſiſſimum eſt, plerosque omnes po-

ſteriori cauſa permotos id facere, iſtaque ratione conari viam ad æternam ſalutem facere patentiſſimam, atque è contrario iter ad æternum interitum reddere perquam anguſtum. Sed pergamus in argumento propoſito.

§. 10. *Neceſſariam* iſtam doctorum ignorantiam porro diſpeſcimus in *innoxiam* & *fructuoſam*. Ignorant phyſici, an ſint in orbe lunæ incolæ, idque nullo ſuo damno ignorant. Ignorant philologi, quid fuerint Dudaim (*o*) Rachelis, idque æque impune ignorant, ac Virgilianus ille Corydon (*p*) neſciebat, ubi cœli ſpatium tantum tres habeat ulnas. Ignorant mortales univerſi futura ſua cujusque fata, atque ea ignorare ipſis expedit, nec optandum cuiquam, ab hac ut ignorantia liberetur. Recte enim *Favorinus* Philoſophus (*q*) *deterrere volens & depellere adoleſcentes a genethliacis iſtis, & quibusdam aliis id genus, qui prodigioſis artibus futura omnia dicturos pollicentur, nullo pacto adeundos eſſe conſulendosque, hujusmodi argumentis concludebat. Aut adverſa* (inquit,) *eventura dicunt, aut proſpera. Si dicunt proſpera, & fallunt, miſer fies fruſtra exſpectando. Si adverſa dicunt, & mentiuntur, miſer fies fruſtra timendo. Sin vera reſpondent, eaque ſunt non proſpera, jam inde ex animo miſer fies, antequam è fato fias. Si felicia promittunt, eaque eventura ſunt, tum plane duo erunt incommoda. Et exſpectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudii fructum ſpes tibi jam defloraverit. Nullo igitur pacto utendum eſt iſtiusmodi hominibus res futuras praeſagientibus.*

§. 11.

(*o*) *Vid. Clericus ad h. l. & Heideggerus Hiſt. Patriarch. T. II. Exercit. XIX. tota.* (*p*) *Eccl. III.* 105. (*q*) *Apud Gellium Noct. Attic.* XIV. 1.

§. 11. Progredimur ad ignorantiam *superabilem* illam, quæ docto homine digna est doctoque titulo meretur insigniri. Hæc & ipsa in *innoxiam* & *fructuosam* dividi debet. Frugalem quendam Philosophum dixisse ferunt: *Quam multis ego non egeo!* Pari modo recte dixeris: *Quam multarum rerum cognitione non egemus!* Ac merito castigat (r) *Gellius* δοκησισοφίαν cujusdam, qui ipsum docere gestiebat, quibus nominibus appellati sint socii Ulyssis a Scylla rapti laceratique; quot fuerint Pythagoræ, quot Hippocrates; & plura hujus generis, *quæ speciem doctrinarum habere* ait, *sed neque delectare neque utilia esse.* Sic Homeri patriam ignorare non plus incommodi habet, quam nescire, quod nomen ipsius matri fuerit aviæque. Nec injuria ridet *Seneca* (s) Didymum grammaticum, multis disputantem de patria Homeri, de vera matre Æneæ, & pluribus ejusdem farinæ. Tiberium quoque Imp. *Suetonius* (t) refert ejusmodi quæstiones grammaticis proponere solitum esse: *Quæ mater Hecubae? quod Achilli nomen inter virgines? quid Sirenes cantare solitæ?* Ubi profecto sapientissima grammatici nec ullo modo pudenda responsio fuisset: NESCIO. *Mihi*, inquit magnus ille & grammaticus & rhetor (u) *Quintilianus*, *inter virtutes grammatici habebitur, aliqua nescire.* Sapienter itaque reprehendebat *Spenerus* (x) industriam amici cujusdam, (quem esse *Dan. Guil. Mollerum*, Professorem Altorfinum, aliunde (y) didici,) qui Disputationem ediderat *de fabula*

(r) *Lib.* XIV. *cap.* 6. (s) *Epist.* 88. *pag.* 344. (t) *In vita Tib. cap.* 70. (u) *Lib. I. Instit. orat. cap.* 13. *extr.* (x) *Consil. Theol. Lat. P. II. p.* 4. (y) *Ex Czuittingeri Hungaria literata p.* 265.

Montefiasconia. *Tantine erat fabella*, inquit magnus Theologus, *ut circa eam tua & Respondentis tui occuparetur industria? In hac diligentissima etiam deductione vix ullum ejus pretium reperio.* Addit, hoc esse *operose nihil agere.*

§. 12. Eo magis autem laudabilis est ignorantia, si non modo *innoxia*, sed plane *fructuosa* est. Hujus generis est illa ignorantia, de qua perbene philosophantur *Seneca* in suo *de Ira* (z) opere: *Non vis*, inquiens, *esse iracundus? Ne sis curiosus. Qui inquirit, quid in se dictum sit, qui malignos sermones, etiamsi secreto habiti sint, eruit, se ipse inquietat.* Multo majori jure doctæ ignorantiæ laudem habet, si quis ea ignorat, quæ scire parum prodest, & ad quæ discenda insumendum fuisset tempus ad utiliora & magis necessaria discenda necessarium. Qui igitur aliquam artem vel disciplinam ignorat, seque otium suum melioribus rebus addiscendis impendisse docere potest, is vero non qui vituperetur, sed qui laudetur ob ignorantiam suam, dignus est. Recte igitur Auctor *Artis* (a) *cogitandi* partem esse ait *sapientis ignorantiæ*, si quis inutiles Metaphysicorum subtilitates vel nunquam didicerit, vel primo quoque tempore dedidicerit. Idem (b) Scholasticas de syllogismis regulas more majorum traditurus, benevole prius monet juvenes studiosos, ne hic diu hæreant, quippe cum morosissimæ, ne dicam morosophæ, illæ regulæ parum sint ad Logicam praxin utiles. Sic & Ill. *Thomasius* (c) distinctiones Scholasticorum obscurissimas ignorari posse censet sine dedecore. *Imo potius*, inquit, *honori reputandum est, ignorare stultas Scholasticorum*

rum

(z) *Lib. III. cap. XI.*

(a) *P. IV. cap. I. p. 309.* (b) *P. III. cap. 3. p. 177.*

(c) *Introd. ad philos. aul. cap. XV. §. 16. & 17.*

rum subtilitates, & (hoc enim addendum,) didicisse philosophiam veram.

§. 13. Est igitur hæc inscientia adeo non turpis, ut etiam pars sit prudentiæ literariæ. Prudentis enim studiosi est, ubique usurpare Cassianum illud: CUI BONO? item e duobus utilibus eligere id, quod utilius altero est ac magis necessarium. Imitandi hic sunt mercatores, qui oblata ingentem pecuniæ summam lucrandi copiâ occasionem paucos aliquot lucrandi nummos dimittunt. *Video*, inquiat prudens literarum cultor, *meliora proboque*, atque adeo, missis minoris momenti pretiique disciplinis, addiscere studeo. Qui igitur didicit fructuosiora, ei non potest vitio dari, quod ignoret sequiora, quæ, nisi omissis melioribus, discere non licebat. *Ignorare melius est*, inquit mecum (*d*) *Tertullianus*, *ne, quod non debeas, noris, quia, quod debeas, non nosti.* Proinde docta ignorantia est, si quis Latine scribens non assecutus est fastigium eloquentiæ Ciceronianæ, at interea temporis ipsas disciplinas, e. g. philosophiam, strenue excoluit. Ipse doctam esse ignorantiam jam alibi (*e*) docui, si quis non habeat in numerato Latinæ linguæ vocabula omnia, v. c. herbarum, piscium, avium, domesticorum utensilium nomina, sed ea duntaxat, quæ frequentioris sunt usus. Nec pœnitet me alio (*f*) loco doctæ ignorantiæ adscripsisse, si quis elaborandis Græcis vel Hebraicis orationibus carminibusque bonas horas nunquam perdidit. Docta quoque ignorantia est, si quis fatetur, se no-

(*d*) *Lib. de præscript.* XIV. 4. (*e*) *Progr. de civitate Lat. p.* 8. *&* 9. (*f*) *Orat. de tribus scholæ finibus p.* 29.

noluisse desudare in enucleando aliquo ænigmate, e. g. *Ælia, Laelia, Crispis.* Recordor hic doctissimi *Maji F.* qui (g) *superfluam* vocat Criticorum *sollicitudinem*, quando disceptant, utrum *A. Gellius* an *Agellius* scribendum; utrum *Abarbanel* an *Abrabaniel* pronuntiandum sit. *Hanc posteriorem controversiam* (ita sapienter subjungit Vir clarissimus,) *olim fecimus nostram: at nunc dediscendum existimo, quod tunc scivi. Nam in his talibus aut parum aut nihil exploratæ utilitatis positum est.* Docta item est ignorantia, si quis theologus Rabbinorum, Syrorum, Arabum, Æthiopum, Sinensium scripta legere non potest, iis quippe facile carens, cum carere non possit aliarum scientiâ rerum, quæ perfectum efficiunt Theologum. *Nisi utile est, quod discimus*, inquam Phædri (h) verbis, *stulta est gloria.* Docta denique ignorantia est, expertem rudemque esse algebraicarum subtilitatum nulli futurarum usui. Unde *Thomasius* (i) studiosos *evitare* jubet *profunda & subtilia illa studia mathematica*, utiles simul matheseos partes de meliore nota commendans literatæ juventuti.

§. 14. Fructuosæ hujus ignorantiæ potissimum genus est ea, quam *ignorantiam piam* sive *sanctam* vocare audeo. *Pia* scilicet *ignorantia* meretur dici, cum quis multa ignorat, quæ addisciturus suffurari coactus fuisset tempus studio pietatis ac sanctitatis Christianæ. Quanta (k) enim foret inscitia, omnem artium ac disciplinarum orbem scientia sua complexum esse, at ea ignorare, quorum sine cognitione non pervenitur ad salutem

tem

(g) *Præf. ad lib. I. Obs. sacr. p. 4.* (h) *Lib. III. fab. 17. v. 12.* (i) *Cautel. P. I. cap. XI. §. 23. 39. 40. & 42.* (k) *Matth. XVI. 26.*

tem æternam? O beatum igitur eum, qui hunc in modum respondere potest: *Ego in notitia linguarum, in historia omnis ævi, in antiquis præcipuarum gentium ritibus, in arte poëtica, in scientia physiologica, cæterisque in disciplinis, non sum ita versatus, ut alterum orbi exhibere valeam Virgilium, vel Aristotelem, vel Scaligerum, vel Salmasium, vel Bochartum. At ea est mediocritatis meæ in istis literis causa, quod plurimum temporis impendi lectioni sacræ Scripturæ, aliorumque librorum pietatis studio inservientium, item emendationi corruptissimæ meæ mentis, & culturæ virtutum Christianarum.* Hoc modo Paulus apostolus (*l*) solâ Christosophiâ censeri volebat, reliquam σοφίαν omnem in minimis, imo pro nihilo ducens. Pie igitur *Thomas* ille *Kempensis* interpellat homines literarum studiosissimos hisce (*m*) usus verbis: *Quid prodest tibi, alta de Trinitate disputare, si careas humilitate, unde displiceas Trinitati? Vere, alta verba non faciunt sanctum & justum, sed virtuosa vita efficit Deo carum. Opto magis sentire compunctionem*, (id est, pœnitentiam,) *quam scire ejus definitionem. Si scires tota Biblia exterius & omnium philosophorum dicta, quid totum prodesset sine caritate Dei & gratia? Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, præter amare Deum & illi soli servire.* Idem alio (*n*) loco: *Stude mortificationi vitiorum, quia hoc amplius tibi proderit, quam notitia multarum difficilium quæstionum.* Et (*o*) rursus: *Væ eis, qui multa curiosa ab hominibus inquirunt, & de via mihi serviendi parum curant.* Mentio pii illius Tho-

(*l*) 1. *Corinth. II.* 2. (*m*) *Lib. I. de Imit. Christi cap.* 1. §. 3.
(*n*) *Lib. III. cap.* 43. §. 1. (*o*) *Ibid.* §. 2.

Thomæ me admonet, ut & eorum coarguam stultitiam, qui diu multumque disputant de vero auctore libelli modo laudati *de Imitatione Christi*, secure interim negligentes ipsum imitandi Christi studium.

§. 15. Neque vero hinc sequitur, omne literarum studium Christiano homini (*p*) abjiciendum esse. Imo vero literaria studia eo sunt conferenda, ut scientiæ virtutique Christianæ sint adjumento, saltim ne obsint. Qui autem pietatis specie omnem ingenii cultum aversantur, eorum inscientia recte *impie pia* vocabitur. Ac merito notat Cl. *Majus* (*q*) eos, qui sine exceptione damnant Rabbinorum lectionem; parique censura S. R. *Muhlius* (*r*) eos prosequitur, qui studium antiquitatum Hebraicarum Theologo indignum pronuntiantes nil aliud agunt, quam ut desidiæ patrocinentur suæ. *Buddeus* (*s*) etiam, Saxoniæ Theologorum princeps, reprehendit Patrum quosdam, *qui cum abusum artium & eruditionis humanæ perpenderent, parum absuit, quin omne, quod in artes humanasque scientias impenditur, studium condemnarent.* Quapropter & *impie pia* erat ea ignorantia, quam excordissimus ille

(*p*) *Ne mulieres quidem literas fugere debent ideo, quod, ut Muretus Var. lect. lib. VIII. cap. 21. & Balth. Bonifacius Hist. lud. lib. III. cap. 22. observant, mulieres doctæ permultæ fuere admodum libidinosæ. Scilicet hæ alios quosvis potius libros legere debuerant, quam Ovidii aliorumque lasciva carmina. Cæterum si mulieres ideo literas non tractant, quod omne vitæ tempus partim domesticæ rei cura, partim lectio librorum sacrorum absumat, facile statuo, & ipsarum ignorantiam vocari debere* piam. (*q*) *Præf. ad lib. I. Obs. sacr. p. 8.*

(*r*) *Præf. ad Lundii* Jüdische Heiligth. *p. 5. & 6.*

(*s*) *Theol. Mor. P. II. cap. 3. sect. 3. §. 7. p. 565.*

ille *S. Franciscus* (α) jactabat, omnem eruditionem fastidiens, (β) & optimarum literarum imperitiam, hoc est, summam mentis caliginem, inter sua suæque sectæ decora numerans.

§. 16. De vere pia ignorantia illud addo, ad eam haud immerito referri eorum prudentiam, qui libenter nescierunt, quæ investigare & in apricum producere, improbæ minusque decoræ curiositatis est. Fuere, qui dicerent, ad plene capienda sensa Paulinæ ad Romanos Epistolæ opus esse sollicita lectione Martialis ac Petronii. Mihi vero piisque omnibus perplacet *Laurentii Vallæ* modestia, qui Priapeia verba intelligendi stu-

(α) *Vid Cl. Loescheri Ephemerides theologicæ A.* 1717. *p.* 196. *&* 197.

(β) Neque fastidiens solum, sed & anathematibus & vel flammis infernalibus dignam judicans, quod vel ex hac historia, quam ex L. VII. exempl. Patrum narr. 36. ex actis S. Francisci describam, cognoscere erit. *Quidam frater minor Frater* Johannes de Sciacchia *dictus, valde literatus minister erat tempore S. Francisci in Bononia, qui ordinavit studium Bononiæ absque licentia S. Francisci. Beato autem Francisco absente, nuntiatum est ipsi, tale studium ordinatum fore Bononiæ: tunc Franciscus immediate ivit Bononiam, & dure reprehendit ministrum illum, dicens; Tu vis destruere ordinem meum; desiderabam enim fratres magis orare, quam legere aut docere. Recedens autem de Bononia S. Franciscus, prædictus Minister ordinavit studium, sicut prius, nec curavit S. Franciscum. Unde ipse turbatus maledixit ei maledictione dura, qui statim post maledictionem coepit infirmari, & sic infirmus graviter misit per fratres, rogando S. Franciscum, ut retraheret maledictionem, sed respondit S. Franciscus, dicens, illam maledictionem, quam ei dixi, confirmavit Dominus*

ſtudium eousque faſtidiebat, ut diceret (*t*) vocabuli cujuspiam obſcœni ſenſum rogatus: *Ignorari hoc malo, quam me docente cognoſci.* Summo quoque jure damnata fuit curioſitas *Cottoni*, Jeſuitæ, qui permultas quæſtiones Diabolo puellam quandam obſidenti proponebat, & a tam turpi magiſtro edoceri cupiebat veritatem. Exhibet illas quæſtiones clariſſimus Sueviæ Theologus, *Jægerus*, in ſua *ſæculi XVII. Hiſtoria* (*u*) *Eccleſiaſtica & Politica*, annectitque iis ἐπίκρισιν theologicam. Scilicet ejus, qui Jeſu ſectatorem in primis ſe profitebatur, erat, dicere: *Ignorare ea malo, quam ſcire docente Diabolo.*

II. PE-

nus in cœlo, & eſt maledictus. Infirmus itaque jacebat miniſter ille ſuper lectum. Et deſcendit ex alto, ipſo ſic ſuper lecto jacente, quædam gutta ignea & ſulphurea, ſuper corpus ejus penetrans eum totum, & lectum etiam, in quo jacebat, & ſic miſer ille, cum maximo fœtore exſpiravit, & Diabolus accepit animam ſuam. O tempora! o mores! Dolendum tamen eſt, noſtra tempeſtate multos, qui ſe literarum ſtudioſos vocant, ita vitæ rationem inſtituere, ut credas, inficetam illam cogitationem eorum animos occupaſſe, ſibi eandem cum illo Bononienſi pœnam extimeſcendam fore. Sed audeo fidem meam ſub duriſſimis conditionibus interponere, formidinem illam prorſus vanam eſſe. T. d. H.

(*t*) *Teſtis eſt Lud. Vives lib. III. de Trad. diſcipl. p.* 287. *& Naudæus Apol. pro mag. ſuſp. cap. VIII.* §. 7.

(*u*) *c. Dec. lib. V. cap. 8. conf. Bælii Diction. Crit. v.* Bongars *not. M.*

II.

PETRI VON SARN,

V. D. M.

MERCURII

cum

Angelo Foederis Comparatio.

MErcurium, poſt alios Gentilium *Deos*, eundem cum *Moſe* eſſe prolixe probare conatus fuit illuſt. *Huetius* Demonſt. Evang. Prop. IV. Cap. IV. §. 2. Cel. *Bochartus* Phaleg. Lib. I. Cap. 2. illum pro *Canaane* habet Chami filio. Cl. *Hulſius* Melchiſedeci p. 213, 214. maximè cum *Henocho* è Cœlis reduce comparat, licet p. 215. paucula quædam *Chriſto*, *Fœderis Angelo*, applicet.

Et hæc mihi ſedet animo ſententia, plurima & primaria, quæ de *Mercurio* à Veteribus prodita & à *Natale Comite*, *Huetio* aliisque ſunt collecta, (a) *Jehovæ Legato* competere.

A Nomine ut ordiar,

1. MERCURIUS mihi non eſt *Merces curans*, vel *Medicurrius*, nec nomen adeptus à מרכולת *Negotiatione*; Sed vel eſt מר קורה *Dominus*, propter Interceſſionem, *occurrens*, vel, ut mihi

(a) Valeant hæc quantum valere poſſunt. Caute enim hæc & cum ſacro tremore tractanda ſunt, ne quis hæc longius ac par eſt, trahat, aut inde, quæ ex iis non ſequuntur, eliciat. T. d. H.

arridet, מר קורא *Dominus vocans*, *prædicans*, quo titulo *Messias* Jes. XL. 3. gaudet.

2. *Mercurius Græcis* est Ε'ΡΜΗΣ, HERMES, non ab εἴρω *dico*, *nuntio*, nec à רמה *decipio*, sed potius à רום in Hiph. הרים *tollo*, *extollo*: *Christus* enim, quà *verus Deus*, non modo est רם ALTUS, *habitans* מרום *in* ALTITUDINE. Jes. LVII. 15. Sed & *ascendit* למרום in ALTUM Ps. LXVIII. 19.

3. *Mercurius* à *Caribus* cultus appellatur IMBRAMUS, qui *Abramum* redolet, cujus Semen est *Christus*. Gen. XXII. 18. XXVI. 4. coll. Gall. III. 16. *Patrum* autem nomina, tam apud *Ægyptios*, quam in *Sacris* aliquando *Filiis* tribuuntur, unde *Messias*, *Filius Davidis*, vocatus *David*. Ezech. XXXIV. 23, 24. Hos. III. 5. &c.

4. *Mercurius* nominatur CASMILUS, CADMILUS, CAMILLUS i. e. *Hetruscorum* Linguâ, SERVUS; qui aliàs τῶν Θεῶν 'ΥΠΗΡΕΤΗΣ & MINISTRATOR cluit: *Christus* est SERVUS *Jehovæ*. Jes. XLII. 1. LIII. 11. Zach. III. 8. &c. SERVUS *Dominantium & Deorum dictitiorum*. Jes. XLIX. 7. coll. Ps. VIII. 6.

5. *Mercurius Edessenis* (al. *Emesenis*) dictus MONIMUS, propter *suavitatem Sermonis*, quasi מנעום sec. *Bochartum*, qui Hebræam vocem נעם ad Orationis delicias & elegantiam sæpe pertinere docet ex Prov. XVI. 24. &c. Hinc *Homero* est ΑΙΜΥΛΟΜΗΤΗΣ, *blandiloquus*, quem ideo finxerunt aurea catena *auribus* hominum annexa eos, quocunque voluerit, traxisse.

Eodem modo *Labiis Messiæ infusa est* GRATIA. Ps. XLV. 3. dum *ad cor loquitur* Hos. II. 15. & *ad Sermones Oris sui aures jubet inclinari*. Ps. LXXVIII. 1, 2.

6. *Mercurius* fuit JOVIS *Filius*: *Messias* JEHOVÆ.

JOVÆ. Pf. II. 7. Prov. XXX. 4.

7. *Mercurium* honorarunt ut unum *Deorum* CABIRORUM, de quibus legi meretur peculiaris *Tobiae Guthberlethi* Differtatio: *Chriftus* eft una ex *Deitatis* Perfonis verè כבורים ΔΥΝΑ-ΤΟΙΣ & POTENTIBUS, *Deus* FORTIS Jef. IX. 6. &c.

8. *Mercurius*, qui *Horatio* Carm. I. Ode X. *Magni Jovis & Deorum* NUNTIUS, & *Ovidio* Met. Lib. II. Fab. 12.

Juffa per auras
Verba Patris portat.

Homero eft ʼΑΓΓΕΛΟΣ *ἀθανάτων*, ʼΑΓΓΕΛΟΣ *τῶν μακάρων*, *Hefiodo* ΚΗΡΥΞ *Θεῶν*, *Virgilio* Æneid. IV. 356. INTERPRES *Divûm.*

Chriftus eft ANGELUS *Jehovae* Gen. XVI. 7. &c. ANGELUS *Dei.* Exod. XIV. 19. ANGELUS *faciei* Jef. LXIII. 9. ANGELUS מליץ & INTERPRES Job. XXXIII. 23. *miffus* ΚΗ-ΡΥΞΑΙ &c. Jef. LXI. 1.

9. *Mercurius* dictus FATALIS, quod *Decreta Jovis* hominumque FATA patefecerit: Uti & *Chriftus Nomen Dei manifeftavit fratribus* Pf. XXII. 23. & *Juftitiam ejus annuntiavit* Pf. XL. 10. 11. ut *Juftitiae Doctor.* Joël II. 23. & *Propheta aequalis Mofi* Deut. XVIII. 15. 18.

10. *Mercurius* ORACULUM apud *Pharenfes* habuiffe dicitur: *Angelus Jehovae* Hierofolymis in Sancto Sanctorum inter Cherubinos è Nube refpondit & verè divina fudit ORACULA.

11. *Mercurius* fuit *Legatus* in *Bellis* ad FOEDUS faciendum, unde PACIFERI titulum gerit: *Chriftus* eft *Angelus* FOEDERIS. Mal. III. 1. *datus in* FOEDUS *populi.* Jef. XLII. 6. *Princeps* PACIS. Jef. IX, 6.

12. NUNTIORUM *Deus* fuit *Mercurius*, qui & ipse homines *bonis* afficit *nuntiis*, atque apud *Plautum* in Amphitruonis Prologo se NUNTIIS *praeesse* gloriatur.

Christus missus est ad *bonum* afferendum NUNTIUM Jes. LXI. 1. ablegando *Exercitum* EVANGELIZANTIUM. Ps. LXVIII. 12. Conf. Jes. XL. 9. LII. 7.

13. *Mercurio* tanquam CONSILIARIO & *Scriba* usus dicitur *Saturnus*: *Messias*, in *Sibyllae* foliis ΣΥΜΒΟΥΛΟΣ, vocatur CONSILIARIUS Jes. IX. 6. apud quem est CONSILIUM. Prov. VIII. 14. *quiescente super ipso Spiritu* CONSILII Jes. XI. 2.

14. *Mercurius* pingebatur ALATUS, unde *Statio* ALIGER & VOLUCER: Nec minus præter *Jehovam* Ps. XXXVI. 8. XCI. *Christo*, *Soli Justitiae*, ALÆ annectuntur. Mal. IV. 2.

15. *Gallus*, *Ales* ille *Excubitor*, in Signum *Vigilantiae* affedit *Mercurio*, cui ob negotiorum pondera neque per noctem DORMIRE licuit: *Custos Israëlis*, *Messias*, *non* DORMITAT *neque* DORMIT, Ps. CXXI. 4. quare etiam vocatur VIGIL. Dan. IV. 13.

16. *Mercurius* ob occisum ANGUEM dictus ΟΦΙΟΚΤΟΝΟΣ: Revera *Semen Mulieris*, *Christus*, ΟΦΙΝ & SERPENTEM *antiquum*, *Satanam* conculcavit Gen. III. 15. Et *Leviathanem*, *rectum & tortuosum* ANGUEM, *interfecit* Jes. XXVII. 1.

17. *Mercurius* eodem die natus *Cupidinem* Palæstra superasse dicitur: quo summus omnem humanam *charitatem* vincens *Christi* AMOR indigitari potest, dum AMAT *populos* Deut. XXXIII. 3. & *amantes se* AMAT. Prov. VIII. 17. Jes. XLIII. 4. nam, ut *Jehovah*, AMAT *justos* Ps. CXLVI. 8.

18.

18. *Mercurius* effictus ut JUVENIS FORMOSUS, *acribus* OCULIS: *Messias* & PUER *natus*. Jes. IX. 6. FILIUS *hominis* Ps. VIII. 5. Dan. VII. 13. VIR Gen. XXXII. 24. PULCHER *præ filiis hominum* Ps. XLV. 3. OCULIS *columbinis* Cant. V. 11. & *vino rubicundis* Gen. XLIX. 12.

Ægyptii Simulacrum partim ATRA, partim AUREA & CLARA *facie* statuerunt *Mercurio*: *Christus* dilectus Ecclesiæ Sponsus est FULGIDUS & RUBER, *Caput* ipsius est AURUM solidum, & *Capilli* crispi NIGRI ut *Corvus*. Cant. V. 9. 10.

20. ARIES pictus prope *Mercurium*, qui & Penelopen deperiens in HIRCUM mutatus fingitur, respicere potest ad ARIETEM, typum *Christi*, loco Isaaci & Ecclesiæ mactatum Gen. XXII. 13. uti & alias ARIETES & HIRCI in V. T. oblati *Messiam* adumbrarunt.

21. *Mercurius* SCEPTRUM *Jovi* sustulit: *Messiæ* æquè ac *Patri* tribuitur SCEPTRUM. Ps. II. 9. XLV. 7. CX. 2.

22. *Mercurius* OVES PAVIT, unde ΝΟΜΙΟΣ dictus: *Christus* est PASTOR, populum suum PASCENS, instar OVIUM. Ps. XXIII. 1. LXXX. 1. Ezech. XXXIV. 23.

23. Hinc habitus est *Deus* PASTORUM: Quo pacto *Angelus Fœderis* est *Deus Israelitarum*, qui PASTORITIAM transegerunt vitam. Gen. XLVI. 34. XXVII. 3. &c.

24. *Mercurius* fuit *Deus* FURUM, unde *Homerus* in Hymno:

Ἀρχὸς ΦΗΛΗΤΕΩΝ *κεκλήσεαι ἤματα πάντα.*

Tu FURUM *Princeps diceris tempus in omne.* Quia *Angelus Jehovæ* per Mosen populo fuit auctor, sumendi ab Ægyptiis mutuo vasa aurea &

argentea, Exod. XI. 2. quæ etiam Iſraëlitæ cum veſtibus pretioſis, Ægyptum *ſpoliando*, ſecum *abſtulerunt*. Cap. XII. 35, 36.

25. PISCATORUM *Deus* cenſebatur *Mercurius* & LITTORUM *Praeſes*: Quia *Angelus Domini* Iſraëlem manu Moſis per MARE duxit *Erythraeum* & per JORDANEM manu Joſuæ.

26. MERCATORUM *Deus* putabatur *Mercurius*, cui hinc *Romani* Cognomina NEGOTIATORIS & NUNDINATORIS, *Athenienſes* ἈΓΟΡΑΙΟΥ, ΠΑΛΙΓΚΑΠΕΛΟΥ, ἘΜΠΟΛΑΙΟΥ dederunt. Vide *Rous* Archæol. Atticæ Lib. II. Cap. 11. Nam *Angelus Fœderis* ponderis & menſurarum leges in *emtionibus* & *venditionibus* obſervandas præfixit Lev. XIX. 35, 36. XXV. 14.

27. *Mercurius Dux* fuit VIARUM, unde vocatus ὉΔΙΟΣ, ἘΝΟΔΙΟΣ, ἩΓΕΜΟΝΙΟΣ, ἈΓΗΤΩΡ. VIACUS &c. Conf. Cl. *Ottonis* Diſſert. de Diis Vialibus Cap. VII. p. 98. &c. *Jehovæ Angelus* Iſraëli per deſerta ad Canaanem iter inſtituendi VIAM in Columna Nubis & Ignis, *Ducis* inſtar præcedens, commonſtravit. Exod. XIII. 21. Deut. I. 33. Neh. IX. 12, 19.

28. Et ab hac COLUMNA *Hermas Statuasque Mercuriales* præ foribus & in Viis poſitas, unde Ἑρμῆς ΣΤΡΟΦΑΙΟΣ & ΠΡΟΠΥΛΑΙΟΣ, prognatas eſſe, mihi, cum aliis, veroſimillimum eſt.

29. *Mercurius Deus* ELOQUENTIÆ *Martiali* aliisque eſt FACUNDUS: Nam *Chriſtus* in V. T. maximè locutus fuit, ut OS *Jehovae*. Jeſ. XL. 5. המדבר *Ille* LOQUENS. Jeſ. LII. 6. VERBUM Pſ. XXXIII, 6. &c. LXX, ΛΟΓΟΣ quod nomen *Ethnici Scriptores* quoque adoptarunt, quorum teſtimonia videri poſſunt apud *El.*

Sche-

Schedium de Diis Germanorum &c. Syngr. I. Cap. XII. p. m. 221. &c.

30. Et quia *Jehovah Messiæ* Doctorum dedit LINGUAM. Jes. L. 4. LINGUÆ Victimarum *Mercurio* in Sacris offerri solebant.

31. *Mercurium* ajunt *Ægyptiis* LEGES fixisse: *Fœderis Angelus* Israëlitis ex Ægypto liberatis, quos Gentiles cum Ægyptiis confuderunt, LEGES tulit.

32. Unde & *Mercurius Deorum* CULTUM & *Sacra* eorumque ritum introduxisse traditur: Quod inprimis spectat ad *Leges Ceremoniales* in CULTU veri *Dei* ab Israële respiciendas.

33. De *Mercurio Virgilius* Æneid. Lib. IV.

Animas ille evocat Orco,
Pallentes alias sub tristia Tartara mittit.

Christus de se: *Occido & Vivifico.* Deut. XXXII. 39. qui ut *Jehovah ducit in* שאול *& educit.* 1. Sam. II. 6. *Convertit hominem ad contritionem* (in morte) & *dicit: Revertimini Filii hominum* (in resurrectione) Ps. XC. 3.

34. *Mercurium* artem PRÆSTIGIATORIAM excogitasse quidam voluerunt: Fortè inde, quia *Angelus Jehovæ* Mosen ad Pharaonem misit, coram quo ille, baculo in Serpentem mutato &c. ipsis *Magis* superior multa patravit miracula.

35. SOMNIA *Mercurio* fuerunt consecrata, quare *Homero* ἡγήτωρ ᾽ΟΝΕΙΡΩΝ, *Dux* SOMNIORUM audit: Quomodo *Legatus Dei*, ut ipse *Deus*, in SOMNIIS suam sæpissimè aperuit voluntatem, Abimelecho Gen. XX. 3. Labani Gen. XXXI. 24. Salomoni. 1. Reg. III. 5. &c. Maximè ipsum *Angelum Dei* Jacobum in SOMNIO allocutum fuisse, expressè memoratur Gen. XXXI. 11.

36. *Mercurius Palæstris*, utpote *certantibus* Præfectus, adstitit: *Christus* est *Dux Exercitus Jehovæ*. Jos. V. 14.

37. CONCIONIBUS adfuit *Mercurius*: *Messias* est *Deus terribilis in Magno Sanctorum* CONCILIO. Ps. LXXXIX. 8. COETUI *magno annuntiat justitiam*. Ps. XL. 10. 11.

38. *Mercurio* Sacri fuerunt MONTES: Vel quia *Angelus Jehovæ* cum Abrahamo filium immolaturo in MONTE *Moriah*, cui postea Templum superædificatum, verba fecit; Vel quia è MONTE *Sinai* legem dedit.

39. *Mercurius Lycophroni* est ΤΡΙΚΕΦΑΛΟΣ, TRICEPS, quod *Cœlestis*, *Terrestris* & *Marinus Deus*.

Christus, *verus Deus*, es! Omnipræsens in *Cœlo*, *Inferno* & *Extremo Maris*. Ps. CXXXIX. 8, 9, 10. facitque omnia pro voluntate in *Cœlo*, *Terra*, *Mari* & *Abysso*. Ps. CXXXV. 6.

40. TRISMEGISTI Cognomen additur *Mercurio*, quod sit ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΣ, *Philosophus Maximus*, *Sacerdos Maximus* & *Rex Maximus*: Ex quo fonte *Messias* est ΤΡΙΣΑΓΙΟΣ Jes. VI. 3. *Propheta*, *Sacerdos* & *Rex*, ut notissimum.

41. FONTES *Mercurio* Sacri, dum *Angelus Jehovæ* apud FONTEM invenit Hagarem Gen. XVI. 7. ejusque oculos ad videndum FONTEM aperuit Gen. XXI. 19. qui ipse est FONS *Vitæ*. Ps. XXXVI. 10. FONS *Salutis* Jes. XII. 3.

42. *Mercurio* VITULUS mactabatur, quo alluditur ad *Sacrificia*, inter quæ VITULI Exod. XXIV. 5. Lev. IX. 2. &c.

43. HORTORUM *Deus* statuitur *Mercurius*: *Angelus* enim *Jehovae* in *Paradiso*, HORTO *Dei*, cum Adamo Sermones miscuit.

44. LAC & MEL offerri solitum *Mercurio*:

Messias

Messias erat BUTYRUM & MEL manducaturus. Jes. VII. 14. in terra fluente LACTE & MELLE. Exod. III. 8. XIII. 5. &c.

45. Eâ de causâ *Mercurius* dicitur ARCAS & *Deus* ARCADIÆ, quia in ARCADIA educatus, quæ *Mythicis Scriptoribus* est Terra Canaan, *Terra Immanuelis*. Jes. VIII. 8.

46. *Mercurius* ad Exemplum aliorum *Deorum* multos genuit FILIOS: *Christo* generantur FILII *roris instar matutini* Psal. CX. 3 unde Jes. VIII. 18. inquit: *Ecce Ego & FILII mei* &c.

47. *Mercurii* NOMEN proprium ob reverentiam vulgo & temere pronuntiare non licebat; Quomodo & *Diphilus* Comicus de *Deo* omnium Domino:

Οὐ τ' ὄνομα φοβερὸν ἐδ' ἂν ὀνομάσει μ' ἐγώ.

Cujus nomen formidabile nec ego nominaverim. Quod respectu *Angeli Fœderis* haustum videtur ex Gen. XXXII. 29. Jud. XIII. 18. Prov. XXX. 4. qui etiam præcepto tertio *Nomen Dei in vanum sumere* prohibuit.

48. *Mercurium* PRECES *hominum ad Deum allegare*, memoriæ proditum est. *Christus* est *Mediator Dei & hominum*, pro suis intercedens, apud *Deum, ne in foveam descendant* Job. XXXIII. 24. in cujus nomine orandum, quo pacto Daniel PRECUM suarum exauditionem à *Deo* propter *Jehovam* & *Messiam* flagitat: Dan. IX. 17.

49. Utrumque Sexum *Mercurium* habuisse, MAREMque & FOEMINAM fuisse dicunt, *Dum jam* (Verba sunt Cl. *Hulsii* Melchis. p. 215.) *tanquam* ANGELUS, *jam tanquam Sapientia Essentialis ac* MINERVA (de quâ aliàs) *agit ac prodit*.

50. *Mercurius Homero* est ΔΩΤΟΡ ἘΑΩΝ: DATOR BONORUM:

A CHRISTO veniunt omnia DONA bona. In quo verſiculo, calamo præter opinionem excidente, brevitati ſtudens, opportune deſino.

III.

JOH. LAUR. MOSHEIM, (a)

A D

Virum Ampliſſimum & Conſultiſſimum

CHRISTFRIDUM WAECHTLERUM, JCtum,

pro

Diſſertatione ſua de Teleſticis APOLLONII TYANÆI imaginibus

Epiſtola Critica.

§. 1.

NOn eſt, quod dubites, WAECHTLERE, *Vir Ampliſſime*, magni a me beneficii loco eſſe habitum, quod doctiſſimis litteris, ad Illuſtrem

(a) Ad *Joh. Laur.* MOSHEMIUM, valde ſuum
EPIGRAMMA.
MOSHEMI, noſtri certiſſima gloria ſæcli,
Digna cedro viridi cum tua ſcripta lego:
Sive manu tractas oracula Dîa trementi,
Ceu priſcos criticâ corrigis arte libros.
Dogmata ceu veterum monimentaque culta Sophorum,

Sedulus

ſtrem MENCKENIUM datis, (*a*) quæ *de telesticis APOLLONII figuris* (*b*) commentatus ſum, examinare volueris. Semper mihi ridiculi viſi ſunt, qui, ſi in adverſarios incidant, moleſtias ſibi naſci conqueruntur. Quis enim ſapiens umquam ægre tulit, ſibi in rerum veritatem diligentius inquirendi, ſe ipſum emendandi, mentem ſuam dilucidius explicandi occaſionem exortam fuiſſe? Certe ut obtrectationes & calumniæ id ſæpius efficiunt, ut majorem vitæ noſtræ curam geramus, ſic ſecus ſentientium diſputationes, ut lux veritatis, qua nihil viro bono dulcius eſſe poteſt, illuſtrior fiat, etiam quando pungunt, faciunt. Quidni ergo TE mihi adverſarium obtigiſſe non modo non doleam, verum etiam læter, quo nec eruditiorem, nec honeſtiorem adipiſci me potuiſſe, variis documentis conſtat? Neque

Sedulus immenſo diſcutis ingenio.
Ceu vani explodis commenta profana *Tolandi*,
Tot dotes animi divitis obſtupeo.
Miror tot vigili tibi lecta volumina nocte,
Admiror terſi deliciasque ſtyli.
Tunc mecum; *ſapiunt annos ea ſcripta ſeniles*,
Dudum Auctor Pylios adtigit ille dies.
At cum ſollicitus quæro, quot vixeris annos?
Nuper, ais, *quintam tranſii Olympiadem.*
Hoc tibi vis credi? Credat Judæus Apella,
Vix cadit in canum copia tanta ſenem.
Aut ergo dignos Sene deſine ſcribere libros,
LAURENTI, aut noli dicere te Juvenem,
Si tamen es Juvenis; *MOSHEMI* culte, licebit
Annorum centum dicere te Juvenem!

T. d. H.

(*a*) Prodiit ea nuper in Actis Erud. hujus anni menſe Aprili p. 177. ſ.
(*b*) In hujus Biblioth. Cl. III. Faſc. I. p. 1. ſqq.

que vero Tibi grave futurum, qua es humanitate, arbitror, quod viciſſim quæ Tibi in meis a veritate adhorrere viſa ſunt, jam paullo plenius explicare ſuſceperim. Idem quod Te commovit, ut Te mihi opponeres, veritatis ſtudium, hanc a me operam flagitavit. Non igitur dubium eſt, quin jam idem illud hanc meam epiſtolam, ſi minus gratam & jucundam, certe non moleſtam Tibi redditurum ſit.

§. II. Ante vero quam ad ea accedam, quæ in Tuam incurrerunt reprehenſionem, nihil erit utilius, quam ſi & mentem meam, & argumentorum pondera, quibus eam confirmavi, brevibus repetam. Non omni artium, quas arcanas vocare ſolent, notitia APOLLONIUM caruiſſe, negavi. Non extitiſſe ejus generis imagines, quibus maximam plebs virtutem adſcripſerit, quasve ab APOLLONIO profectas eſſe putaverit, diſputavi. Sed id tantum volui oſtendere, APOLLONIUM harum nugarum præcipuum inter Græcos magiſtrum haud fuiſſe, nec ea quæ Antiochiæ & Byzantii collocaſſe dicebatur admirandæ efficacitatis opera ibi poſuiſſe. (*c*) Id ut demonſtrarem, hoc argumentandi genus adhibui. DAMIS, MAXIMUS & MOERAGENES nihil ejus generis de eo retulerunt, qui tamen res ab eo geſtas omnium optime noſſe potuerunt. PHILOSTRATUS, Hiſtoricus ejus, licet nihil prætermitteret, quod herois ſui gloriam aliqua ratione amplificare poſſet, hæc monumenta plane ignoravit. HIEROCLES, vir & maxima illuſtris dignitate, & APOLLONII ſtudioſiſſimus, nihil de illis acceperat. Sæculo quidem quarto rumor erat, inventa

(*c*) Ita mentem meam aperte expoſui p. 5. & p. 30.

inventa ejus generis monumenta fuisse, ab APOLLONIO constructa. Verum neminem unum ea vidisse, ISIDORUS scriptor ejus ævi memoriæ prodidit. Sæculo denique septimo Græci quidam, quos nugarum cupidissimos & mendaciis amicos fuisse, nullus ignorat, repente existunt, qui Antiochiam & Byzantium plurimis istiusmodi operibus ab hoc viro exornatas esse perhibent, & ea simul narrant, quæ nulli antiquiorum in mentem venerant. Quin si omnia circumspicias, unus tantum est, non plures, a quo hæ narrationes ad ceteros manarunt. Igitur neque hanc disciplinam discipulis suis in primis tradidisse APOLLONIUM, nec Antiochiæ & Byzantii tantæ virtutis opera condidisse, credi potest; sed hæc omnia ad eas sedes pertinent, quas innumeris recentiorum Græcorum commentis viri docti dudum concesserunt, imaginaria nimirum spatia; Vide, *vir Amplissime*, quid sentiam, & cur ita sentiam. Jam quid Tibi in meis cogitationibus displicuerit, ordine considerabo. Vellem equidem, totam hanc demonstrationem, omnesque ejus locos excussisses. Nec enim ignoras, quorum magna vis est, si suo loco constituta sint, eorum si ex eo, relictis aliis, detrudantur, summam interdum imbecillitatem videri. Verum quum hinc inde tantum nonnulla decerpere, quæ impugnares, TIBI visum sit, TUA mihi vestigia sequi, etiam non molestum erit.

§. III. Principio, male me fecisse existimas, quod APOLLONIUM *praecipuum arcanarum figurarum magistrum apud Graecos fuisse*, cum incomparabili viro, OLEARIO, dicere noluerim. Ac primo quidem eamdem tenuisse cum illo sententiam JO. SELDENUM, mones, quem

quem ego tamen meis rationibus favere ſcripſerim. Hunc enim verborum TUORUM ſenſum eſſe arbitror, quæ, neſcio cujus vitio, obſcuriora mihi viſa ſunt: *Ferre non potuit*, inquis, *quod Olearius dixerat, praecipuum illarum inter Graecos magiſtrum eundem fuiſſe. Seldenus autem dixerat ſimiliter*, ante Apollonii Tyanæi tempora nunquam in Græcia has artes telesmaticas fuiſſe notas, a Zabiis autem habuiſſe originem. *Mosheimius hic adſtipulari Seldeno noluiſſe videtur: Apollonii tempore τελεστικὴν non admodum fuiſſe notam. Sed nullam plane hic pugnam cernas.* (*d*) Forte loco *noluiſſe* in his vocibus tuis *voluiſſe* legendum eſt: quod eum, quem expreſſi, ſenſum illis conciliat. Id ergo vis, idem SELDENUM, quod OLEARIUM, dixiſſe. Ego vero, licet ingenue fatear, SELDENUM, quod olim exiſtimavi, non in eadem mecum opinione eſſe, eum tamen OLEARII ſententiam illis verbis proponere voluiſſe, non arbitror. *Primum* harum nugarum *magiſtrum* APOLLONIUM apud Græcos fuiſſe, ni fallor, dicit, quando *ante APOLLONII tempora has artes in Graecia non fuiſſe notas*, ſcribit. Quantum vero inter *primum* & inter *praecipuum magiſtrum*, quæ OLEARII eſt ſententia, interſit, nullus ignorare poteſt. Quod me porro male OLEARIUM accuſaſſe exiſtimas, quod, quæ miranda Philoſophus noſter Antiochiæ feciſſe & Byzantii dicitur, ab eo perfecta eſſe, crediderit, in eo pariter paullo æquiorem TE magni hominis famæ fuiſſe, opinor. *Eundem autem Apollonium*, ita ſcribis, (*e*) *ea feciſſe, quae Antiochiae & Byzantii miranda feciſſe putatur*

(*d*) Acta Erud. l. c. p. 177.
(*e*) Loco jam indic.

tur aliis, haud scripsit D. Olearius. Nam illa commemorantur à recentioribus quibusdam. Scripsit vero, *Vir doctissime*, nec ullam ego summo viro injuriam intuli. Lege, si placet, hæc ejus verba. (*f*) *Hujusmodi ἀποτροπαῖα vero sive τελεσικα, plura ab Apollonio confecta ex Domnino memorat Joannes Antiochenus Chronogr. p. 342. s. & Cedren. p. 197. 246. Byzantii nempe contra ciconias, Lycum fluvium & aquas ferocientes: Antiochiae adversus ventum aquilonarem & scorpios culicesque*, & quæ sequuntur his adhuc disertiora. (*g*) Sunt & alii operis ejus in PHILOSTRATUM loci, quibus has narrationes a se non in dubium vocatas esse, luculenter prodit. Ceterum a mea TE non abhorrere sententia, atque adeo præcipuam commentationis meæ partem, Atiochensibus his & Byzantinis prodigiis oppositam, probatam TIBI esse, gaudeo. Hæc ergo tantum inter nos controversia restat: *An praecipuus artis, quam telesticam vocant, magister APOLLONIUS in Graecia fuerit?* Tu post OLEARIUM adfirmas: Negavi ego. Videamus, quibus rationibus, ut à me dissentires, commotus sis.

§. 4. Ante omnia, ne cum larvis pugnemus, quæ vis loquutionis illius sit: *praecipuum artis cujusdam magistrum esse*, dispiciendum erit. Mihi *praecipuus* is *magister* dicitur, qui rem quandam studiose tradit & inculcat, ac præ ceteris omnibus id sibi datum credit, ut eam plurimorum

(*f*) Notis ad Philostrati Lib. IV. c. X. p. 147.

(*g*) Nimirum, qui refert aliquid, pluriumque testium fide illud inniti multis docet, quod hic OLEARIUS facit, nec sibi illud suspectum videri vel vocula indicat, is profecto illud credidisse dicendus est.

rum animis inſtillando ad poſteritatem transmittat: quin etiam ipſe peritiſſimum ſe illius eſſe, plurimis exemplis oſtendit. Non alio ſenſu hæc verba OLEARIUM cepiſſe, ex eo evidens eſt, quod, ut jam docui, Græcorum narrationibus de figuris & ſtatuis Antiochiæ & Byzantii ab eo collocatis, fidem habuerit. Et quis ei *praecipui magiſtri* in hac arte nomen tribuere nollet, ſi hæc omnia vere ab eo profecta eſſe, extra dubium foret? Quod ſi ergo teleſticæ doctrinæ *praecipuus magiſter* vocari debet APOLLONIUS, diſcipulos eum ſuos hac diſciplina in primis imbuiſſe, multis monumentis, quam in ea verſatus ſit, declaraſſe, nec ullum hac arte clariorem inter Græcos extitiſſe, oſtendendum eſt. Jam ego vero, hoc ex PHILOSTRATO, & antiquioribus aliis demonſtrari haud poſſe, intelligebam: PHILOSTRATUM virtutum potius præcepta & cultum Deorum APOLLONIUM docuiſſe, quam has nugas, perhibere videbam: Græcos recentiores, examine inſtituto, fucum nobis feciſſe, animadvertebam. Concludebam igitur, erraſſe adhuc, qui hanc artem teleſticam inprimis ab eo propagatam & propoſitam eſſe, dixerant. Tu quum fabulas eſſe, quæ de Antiochenis & Byzantinis monumentis feruntur, mecum agnoſcas, in quibus tamen maximum ac pæne unicum opinionis hujus præſidium collocatum eſt, nihilo minus in errore me verſari contendis & laudem hanc a me injuſte APOLLONIO ereptam eſſe, putas. Meum eſt, vi vocum explicata, num male calculos poſuerim, diſquirere?

§. 5. Primo loco ἄγαλμα ἀποτρόπαιον ab eo Epheſi poſitum objicis. *An credat*, inquis, (*h*) *Moshemius Philoſtrato, Apollonium ſtruxiſſe Epheſi*

(*h*) l. c. p. 178.

si adversus pestem ἄγαλμα ἀποτροπαῖον lib. 4. c. 10. *non liquet. Videntur autem imagines telesticæ, ἀγάλματα talia, statuæ telesticæ, & quocunque nomine veniant artes Apollonii, in eundem censum cadere, & a vaferrima Magia istorum temporum ortum habere.* Liquet vero, *vir doctissime*, me, licet summo jure negare potuerim, hoc ἄγαλμα admisisse. Vide quæ scripsi: (*i*) *Non enim cum Indiæ sapientibus, celeberrimis somniorum horum magistris, versatum esse, ignoro, & ἄγαλμα ἀποτροπαῖον Ephesi adversus pestem dedicasse, ex PHILOSTRATO didici.* Qua vero ratione ope hujus monumenti effici possit, præcipuum artis telesticæ magistrum in Græcia, & quidem talem eum fuisse, qualem Græculi nobis fingunt, id est, quod neque tum, neque hodie perspicere potui, APOLLONIUS arcanum contra pestem monumentum ponit. Ergo multa posuit alia ejus generis, ergo artem ejusmodi statuas construendi publice docuit, ergo præcipuus ejus magister fuit. Certe hoc se TIBI disputandi genus non probabit. Nihil aliud, quod in mea *Dissertatione* jam monui, quam hoc, sequitur, aliquam *doctrinæ* hujus, *si quidem doctrinæ nomine nugarum cumulus appellandus est, eum notitiam habuisse.* (*k*) Certe diversa sunt, disciplinam quamdam callere, & eam ore & opere tradere. *Revera tamen*, pergis, *primum illum apud Græcos ab imaginibus istis celebrem factum esse, asserit etiam Stanlejus, & Joh. Clericus.* (*l*) Patere, ut in his verbis primarium controversiæ momentum negligi dicam. Non quæritur, an *primus* hujus artis magister fuerit, sed an *praecipuus*? Illud vero,

 ro,

(*i*) Diff. de fig. telest. p. 5. 6.
(*k*) Hæc mea verba sunt l. c. p. 5.
(*l*) l. c. p. 178.

ro, non hoc adſtruis, quando *primum celebrem iſtis imaginibus factum eſſe*, dicis. Magna mihi deinceps eſt magnorum hominum auctoritas, eorum præcipue, quos nominas; ſed tamen non ea, ut ſine rationibus, quod dicunt, ratum habeam. Sed has fruſtra in verbis eorum quæro. Quamquam quid quæro? Certe non defendunt illud ſummi viri, de quo diſputamus. STANLEIUS primum has fabricandi imagines artem eum Græcis tradidiſſe, contendit. Neque mihi hæc ejus ſententia, quum ſcriberem, ignota fuit. (*m*) At de hoc nulla nunc quidem inter nos lis eſt. CLERICUS *Magicis artibus eum celebrem* fuiſſe, adfirmat. (*n*) Neque hoc in controverſiam vocavi, qui generatim non de *Magia*, ſed *de figuris teleſticis* ſcripſi. Et quod ad hunc ſeparatim adtinet, non obſcure nuper, ſe a meis rationibus non abhorrere, indicavit. Quo loco enim opuſculorum meorum, quæ hæc *Bibliotheca* continet, honorificam plane mentionem facit, *demonſtraſſe me*, aperte inquit, *fabulas eſſe, quae de Apollonii figuris teleſticis ferrentur*. Quamquam, quod addit vir eximius, *oſtendiſſe me, fraudes hujus generis Apollonii aetate nondum fuiſſe notas*, niſi paullo arctiori ſenſu capiatur, de labore meo prædicari nequit. (*o*) Inter ipſas laudes, quas vir eruditiſſimus commentationibus meis *de die Chriſti ab Abrahamo viſa* & *de aetate Apologiae ATHENAGORÆ*, neſcio quo jure, tri-

(*m*) Quin ipſa ejus verba exſcripſi l. c. p. 30. Not.
(*n*) Hiſtor. Eccleſ. Sec. I. p. 500.
(*o*) Biblioth. ancienne & moderne Tom. XIII. P. II. p. 342. *L'Auteur fait voir que ce qu'on dit des Talismans faits par Apollonius de Tyane, eſt une pure fable, & que cette ſorte d'impoſtures n'etoit pas encore connue de ſon tems.*

tribuit, tamen se mecum non sentire, significat. (*p*) Quare ergo non idem de hac lucubratione mea professus esset, nisi in meam concessisset sententiam?

§. 6. Quæ his argumentis subjungis ORIGENIS & CELSI testimonia eâ mihi vix virtute videntur, ut cum illis comparari possint. MOERAGENEM scio in commentariis de APOLLONIO, retulisse, non ignobiles etiam Philosophos præstigiis ejus delusos atque captos esse; nam ORIGENES, quem laudas, ex illis hoc commemorat. (*q*) Sed quod huic loco respondere possum, hoc est, nihil in eo de figuris telesticis occurrere. Fuerit Magus APOLLONIUS: fuerit versutissimus nebulo: nos an artem statuas averruncas fabricandi studiose tradiderit, ejusque generis monumentis Græciam impleverit, quærimus. CELSUM etiam apud eumdem ORIGENEM in artibus Magorum numerare, quod ἀλεξιφάρμακα depellendis morbis confecerit, non ignoro. (*q*) At quoniam APOLLONIUM id fecisse, in ejus verbis non invenio, parum iis me commoveri fateor. Tu quidem: *Quumque* (CELSUS nimirum) *vixerit seculo secundo, notasque habuerit artes Apollonii omnes, videtur easdem recensere apud Origenem.* Verum hanc esse conjecturam, cui tum demum

 locus

(*p*) En verba ejus l. c. Ita de priori Differt. *Il faut avouer que le passage est difficile* (Joh. VIII. 56.) *mais, quoique je ne sois pas tout a fait de son sentiment, j'ai lu ce qu'il en dit avec plaisir.* De posteriori: *Je regarde cette question comme problematique, & quoique j'aye suivi un autre sentiment, je n'ai pas laisse de la lire avec satisfaction.*

(*q*) (*q*) Vid. Origenes contra Celsum L. VI. p. 299. & 300.

locus esse queat, præter APOLLONIUM, nec ante CELSUM, nec ejus tempore alios vixisse ejus generis impostores, demonstratum sit, sine me intelligis.

§. 7. Atque hæ quatuor illæ rationes sunt, ut opinor, quibus, ut a me dissentires, inductus es. Quibus quidem excussis, reliquum est, ut telum quoddam TUUM contra meam demonstrationem depellam, Silentium ego DAMIDIS, MAXIMI & MOERAGENIS meam confirmare opinionem, monueram: qui, si ejusmodi quid scivissent, non præteriissent. Duo sunt, quibus hanc argumentationem meam impugnas. Primum hoc: *Sane vero nihil extat horum omnium: neque nostrûm est adeo definire, quid sciverint vel ignoraverint de prodigiis istis.* Verum est, nihil horum extare: nec tamen temerarium est, ut existimas, quid de his rebus illi habuerint, definire. Vide, ut calculos ponam: Legit hos homines PHILOSTRATUS, quem nihil præteriisse, quod heroem suum exornare posset, omnes sciunt. Nec dubium est, quin ejus generis facta ad laudem APOLLONII trahere potuerit, ut multi post eum traxerunt. At ignorat ea. Nonne ergo summo jure nihil in illis auctoribus eum reperisse de his rebus, concludere possum? Ex his illud etiam, quod excipere videris, refellitur: *Quia Mœragenes non adulabatur Apollonio, non putabat esse ad eum attendendum Philostratus.* Recte se haberet hæc ratiocinatio, si ad ignominiam APOLLONII augendam monumenta ejusmodi pertinerent. Quæ quum gloriam ejus potius amplificare possent, nihil video, quare non PHILOSTRATUS quæ apud MOERAGENEM narrata vidisset, resectis odiosis, in suum opus transferre potuisset. Sed videamus & secundum,

quod

quod opponis: *Et praestabat dicere, tres istos nihil omnino consignasse literis, sed figmenta esse omnia & a Philostrato primum excogitata.* Mihi vero, an hoc satius fuerit dicere, dubitare liceat. Qua fronte MOERAGENEM umquam extitisse negarem, quem ORIGENES etiam legit, quamve PHILOSTRATUS non confingere potuit, quoniam reprehendit? Quare MAXIMUM, *Aegiensem*, nihil de eo in litteras retulisse adfirmarem, cujus HIEROCLES quoque meminit? (*r*) Aut num satis aptum hoc argumentandi genus putas: MAXIMUS confictus scriptor est. Nam PHILOSTRATUS eum de APOLLONIO commentatum esse, retulit? Mihi illud omnium videtur frigidissimum, nec tamen aliud reperire queo. De DAMIDE doctissimos homines ita dudum sensisse novi, PHILOSTRATUM hominis hujus nomen, cujus nihil umquam extiterit, e cerebro suo produxisse. At circumspicienti, quid eos, ut hoc adfirmarent, impulerit, nihil præter hoc sese offert, quod multa eum scriptorem prodigia de APOLLONIO narrasse, PHILOSTRATUS perhibeat. Istis vero armis certare non possum, quamdiu innumera mendacia ab innumeris memoriæ mandata esse constat. A JULIA, SEVERI conjuge, opus hoc se accepisse tradit PHILOSTRATUS, cui alius, familiaris DAMIDIS, illud obtulerit. Jam si PHILOSTRATUM illud ementitum esse dixero, aut impudentissimum eum fuisse, qui Augustam volumen sibi tradidisse, quod numquam tradiderit, ea nondum defuncta, scribere ausus sit, aut Augustam, ut ejusmodi nomen & opus ex

(*r*) Vid. Eusebii liber contra Hieroclem. c. II. p. 429. Quin ipse EUSEBIUS c. III. p. 430. MAXIMI opus lectum esse, non obscure indicat.

ex ingenio fingeret, jussisse, mihi dicendum est. At quis ita rerum ignarus est, ut utrumque multas difficultates adjunctas habere, non intelligat? Nugatorem interea & insignis amentiæ hominem, qualiscumque fuerit, DAMIDEM istum fuisse, & fateor & alio loco evidenter, ut opinor, demonstravi. (*s*)

§. 8. Hæc de primo accusationis TUÆ capite sufficiant, *Vir Amplissime.* Ad aliam nunc quæstionem venio paullo spinosiorem. Recte factum putas, quod sub DOMITIANO bis APOLLONIUM Romæ fuisse, docuerim: sed temporum ordinem a me recte dispositum esse, negas. Appono ipsa verba TUA: *Factum hoc conjicit Mosheimius Anno Christi XCII. accusatum autem fuisse anno XCIII. Sed dubium reddit hunc calculum, quod in Apologia Apollonii L. 8. c. 7. Sect. XI. dicitur*, his triginta & octo annis non accessisse eum limina imperatorum. *Ita recurrimus ad annum Neronis X. quo Apollonius prima vice fuit Romæ. - - Volebat ergo is Domitiano persuadere, se per hos XVIII. annos, & usque ad Domitiani annum XII. Romam non advenisse, vel ad limen imperatoris. Quod erat ambigue dictum. Sub initium imperii Domitiani erat Nerva adhuc Romae, sed quia idoneus videbatur, qui imperaret, jubebatur habitare Tarentum. Apollonius igitur, qui bene sperabat de Nerva, forte tunc erat adhuc Romae, & una cum Nerva discessit. Cumque accusaretur ex urbe in agrum egressus esse noctu ad Nervam, ut eum sacrificato puero erigeret ad spem imperii, in exitium Domitiani: dicendum erit, cadere eam accusationem in annum primum statim Domitiani & Christi XXCI.*

Diu

(*s*) Animadversion. SS. & Historico Crit. Lib. I. c. VI. *de Existimatione Apollonii Tyanæi.*

Diu enim praesentem pati Nervam non potuisse Domitianum, nemo dubitat. Ita vero recte respondit per hos XVIII. annos ad limen Imperatoris se non accessisse, Romae tamen apud Nervam fuisse, sed noctu tunc non egressum in agrum, nec sacrificasse. Quid ad hæc mihi respondendum sit, parum abest, quin reperire nequeam. Licet enim omnes ingenii nervos intenderim, ut mentem TUAM plane adsequerer, meo tamen vitio sine dubio accidit, ut rationum Tuarum momenta haud satis perceperim. Ignosce ergo, *Vir amplissime*, si forte non satis dilucide dubia TUA expediturus sum. Id quidem præclare intelligo, TE meam computationem improbare, ac in annum DOMITIANI primum accusationem APOLLONII cadere, qui annus Christi est XXCI., contendere. At pondus argumentorum, quæ, ut sic sentires, Te coëgerunt, non omni ex parte video. Duo sunt, quantum existimare possum, quae meis rationibus obstare censes. Alterum est locus APOLLONII, qui in defensione *triginta & octo annis non accessisse se limina Imperatoris*, perhibet. Alterum, quod probabile sit, DOMITIANUM non anno duodecimo imperii, sed primo statim anno, NERVAM, cui favere dicebatur APOLLONIUS, Tarentum in exilium misisse. De utroque separatim dispiciemus. Locum APOLLONII, quo triginta octo annis se ad limen Imperatorum non accessisse affirmat, ante omnia aut corruptum esse pronunciandum moneo, aut sic explicandum, ut significare tantum voluerit, se per istud tempus, licet Romam adierit, aulam tamen non visitasse. (*t*) Nam si per limen Imperatorum Roma intelligatur,

(*t*) Qui locum attentius inspiciens, de hac explicatione non dubitare poterunt.

APOLLONIUSque triginta octo annis Romæ se non fuisse, dicere velit, sive Tua, sive mea, sive OLEARII, sive TILLEMONTII computatio valeat, semper mendax reperietur. Fuit consule TELESINO Romæ A. C. LXVI. Ab hujus consulatu usque ad primum DOMITIANI annum, quem Tu præfers, quindecim tantum anni numerantur, ad annum duodecimum, quem ego indicavi, viginti septem prope. Nemo unus ita tempora APOLLONII disponere potest, ut triginta octo anni illi emergant. Quare quod jam dixi, aut locus emendandus, aut eo, quem docui, sensu explicandus, aut denique PHILOSTRATUS cum APOLLONIO ad mendaces ablegandi sunt. Vel ex his jam perspicis, quare scripserim, rationum me Tuarum vim non potuisse comprehendere. Vis A. C. LXXXI. APOLLONIUM accusatum esse. Hoc ex eo probas, quod in defensione dicat, triginta & octo annis Roma se abfuisse. Nec tamen negas, decimo Neronis anno illum Romæ fuisse. Calculos, si placet, collige, & ab hoc decimo anno non triginta octo, sed septendecim tantum aut octodecim annos, ad A. LXXXI. effluxisse percipies. Vicisses, si ab eo tempore, quo sub NERONE Romæ fuit, usque ad annum LXXXI., quo Tu eum capitis dixisse causam putas, triginta & octo anni numerarentur. At hoc plane fieri non posse, jam vidimus. Alia sunt adhuc, quæ me male habent. Quum ipsemet locum APOLLONII adferas, quo diserte triginta & octo annis limen Imperatoris se non salutasse adseverat, paullo tamen post, & quidem bis, eum DOMITIANO persuadere voluisse, quod XVIII. annis Romam non viderit, commemoras: nec commemoras modo, verum etiam, quod

quod extra dubium eſt, huic opinioni novam Tuam computationem imponis. Quid dicam, *Vir ampliſſime*? Multum differentiæ inter duodeviginti & triginta & octo annos intercedere, nullus ignorat. APOLLONIUM de triginta octo annis loqui, non de duodeviginti, pariter evidens eſt. Te tamen ſenſiſſe, duodeviginti eum annos tantum indicaſſe, ex eo luculenter patet, quod à decimo NERONIS anno ad primum DOMITIANI, quem pro anno accuſationis APOLLONII habes, octodecim fere anni numerentur. Quid dicam, inquam? Te locum corruptum judicaſſe, ac pro triginta octo duodeviginti eſſe legendum putaſſe? Id vero nulla vocula indicas. Te feſtinantem fortaſſis verba non ſatis attente conſideraſſe? Vix id adfirmare audeo. Tu ipſe optimus mentis Tuæ interpres eris. Mihi id tantum adhuc ſubjungendum eſſe opinor, etiamſi concederem, APOLLONIVM dixiſſe, ſe XVIII. annis Romam non adiiſſe, Tuam tamen computationem haud ſalvam fore. Memoria enim Te fefellit, quum ſcriberes, anno decimo NERONIS APOLLONIVM Romæ verſatum fuiſſe: à quo XVIII. anni ſunt fere ad A. LXXXI. Fuit Romæ APOLLONIVS conſule TELESINO. TELESINVS A. C. LXVI. qui duodecimus NERONIS eſt, conſulatum adminiſtravit. At ab anno LXVI. ad A. LXXXI. quindecim tantum, non duodeviginti, anni ſunt.

§. 9. Non ergo rebus meis locus APOLLONII, quem laudas, ullo modo, ſed Tibi potius nocet. De altera ratione reſtat ut dicamus. Probabile eſſe putas, NERVAM ſtatim ſub initium imperii à DOMITIANO Tarentum eſſe relegatum, quippe quem ſuſpectum Imperator exiſtima-

maverit. Quod si ergo, ut ex PHILOSTRATO constat, conjurationis NERVÆ particeps habitus est APOLLONIUS, accusatio ejus ad A. LXXXI. primum DOMITIANI, revocanda foret. Non est, quod moneam, si hæc omnia dubio carerent, satius tamen fore, si pro A. LXXXI. annus LXXXII. poneretur: Rem ipsam potius aggrediar. Certum esse censes, NERVAM primo anno DOMITIANI exilio adfectum esse. Unde vero hoc factum esse doces? Non sufficit dicere, *diu Nervam praesentem non potuisse Domitianum ferre*. Nam id, statim NERVAM in suspicionem adfectati imperii incidisse, fundamenti loco habet. Quemadmodum vero & hoc planum fiet? Quid obstat, quo minus credam ultimis DOMITIANI annis eum tyranni in se derivasse odium, non primis? At quid verbis opus? PHILOSTRATUS non modo huic computationi plane repugnat, sed & eruditissimi Viri ANTONIUS PAGIUS & GUIL. LOYDIUS non conjecturis, sed argumentis ex TACITO & PLINIO. A. XCIII. NERVAM in exilium esse missum, demonstrarunt. (*u*) Meam igitur argumentationem mihi repetere integrum erit: NERVA A. XCIII. exul factus est. NERVÆ caussa APOLLONIUS in jus vocatus est, teste PHILOSTRATO. Probabile ergo est, accusationem ejus A. XCIII. contigisse.

§. 10. Quæstione hac paullo subtiliori explicata, ad ea, quæ de HIEROCLE tertio loco mones, progredior. Duo sunt: Primo moleste fers, quod scripserim, OLEARIUM non exi-

sti-

(*u*) Vid. *Anton. Pagi* Critica in Baron. ad A. C. XC. n. IV. p. 85. 86. conf. epistol. mea p. 11. Not.

ſtimaſſe, HIEROCLEM Bythiniæ præſidem fuiſſe, ſed tantum judicem Nicomedienſem & deinde præfectum Alexandrinum. Accipe reſponſionis loco ipſa OLEARII verba: (*x*) *Nempe Nicomedienſis in Bithynia index Hierocles primum extitit, ut ex Lactantio notum, inde praefectus Alexandriae factus.* Num quid clarius eſſe poteſt? Num perperam adfirmavi, OLEARIUM putaſſe, HIEROCLEM ex judice Nicomedienſi ſtatim præfectum Alexandrinum factum eſſe? Sed *obſervavit*, inquis, *Olearius apud Euſebium exprimi δικαστηρια τα ανωτατω και καθόλȣ, & adeo per totam provinciam.* Obſervavit, fateor. Sed num hoc errorem viri ſummi minuit? Auget, niſi me omnia fallunt. Intellexit OLEARIUS ex EUSEBIO, HIEROCLIS auctoritatem omnia provinciæ judicia agnoſcere debuiſſe. Nec tamen præſidem eum fuiſſe Bythiniæ, ſed judicem tantum Nicomedienſem fuiſſe, putavit, quod ex verbis ejus liquet. Igitur quum id ſcriberet, vim vocum EUSEBII non rite perſpexit. Reprehendis deinde, quod illum Chriſtianorum hoſtem, cujus LACTANTIUS, in *divinis Inſtitutionibus* meminit, eundem eſſe cum maximis hominibus VALESIO, BALUZIO, aliisque putaverim, quem HIEROCLEM illum, cujus idem *Libro de Mortibus perſecutorum* mentionem facit. Incertum enim hoc eſſe judicas, quin prope falſum. Qua felicitate hoc ab aliis oſtenſum ſit, nunc non diſquiro; rationes tantum Tibi aperiam quæ mihi nihil eſſe probabilius, quam hoc, perſuaſerunt. I.) LACTANTIUS illum Chriſtianorum adverſarium, cujus nomen *in divinis inſtitutionibus* reticet, è numero fuiſſe judicum

(z) Notis ad Euſebium contra Hieroclem p. 432.

dicum in Chriſtianos conſtitutorum tradit. (*y*) Idem de HIEROCLE in Libro *de Mortibus perſequut.* perhibet. (*z*) II.) De illo adverſario, eum *auctorem inprimis faciendæ perſecutionis fuisſe* memorat. Pariter de HIEROCLE iisdem prope verbis eum *auctorem & conſiliarium ad faciendam perſecutionem* fuiſſe narrat. (*a*) III.) Hoſtem illum, cujus nomen non detegit, Apollonium cum Chriſto contuliſſe, refert, in libro ſuo contra Chriſtianos. (*b*) Quis HIEROCLEM idem, & quidem ſolum fuiſſe auſum, ignorat? Certe præter hunc alium extitiſſe, cui eadem ſomnia in mentem venerint, nec veterum quisquam tradidit, nec veritati conſentaneum eſſe poteſt. IV.) Duos tantum adverſarios, fervente adflictione, Nicomediae Chriſtianos habuiſſe, qui libris doctrinam eorum impugnarint, LACTANTIUS auctor eſt. Alter Philoſophus fuit: alter judex. Tertius accedet, ſi hunc ipſum judicem HIEROCLEM fuiſſe neges, isque HIEROCLIS adeo ſimilis, ut corvus corvo ſimilior eſſe non poſſit. Si plures extitiſſent è judicum numero, qui id laboris ſuſcepiſſent, quare non indicaſſet LACTANTIUS? Scire potuit. Silere noluit. Tacendi cauſſas nullas habuit: non tacendi rationes potius erant, quoniam in multorum manibus liber verſabatur, auctorque maximæ dignitatis erat. Nonne ergo, quum omnia in hunc judicem egregie præſertim conveniant, quæ de HIEROCLE feruntur, eum hunc ipſum fuiſſe judicem jure contendo? Ratio,

(*y*) Divin. Inſtit. L. V. c. II. p. 538.
(*x*) C. XVI. p. 1081.
(*a*) C. XVI. de Mort. perſ. p. 1081.
(*b*) Div. Inſtit. L. V. c. III. p. 540.

tio, quæ Te movet, ut aliter sentias, nulla plane est. Observas ex LACTANTIO, judicem illum *adeo multa capita Scripturæ, adeo intima enumerasse, ut aliquando ex Christiana disciplina fuisse videatur.* Nihil ejus notæ inveniri in EUSEBII animadversionibus ad HIEROCLIS librum, subjungis. Et hac quidem de caussa & libros & homines fuisse diversos conjicis. Cederem huic TVÆ argumentationi, si EVSEBIVM totum HIEROCLIS librum confutare voluisse constaret. At lege caput primum Libri ejus contra HIEROCLEM, & intelliges, eum ex universo opere nihil aliud, quod refelleret, delegisse, quam comparationem APOLLONII cum Christo, cetera intacta dimisisse. Non dubium est, quin in illis, quæ præteriit, ea fuerint *Scripturae capita enarrata*, quæ LACTANTIUS commemorat.

§. II. Venio nunc ad locum ISIDORI PELUSIOTÆ, quem meam caussam nullo modo adjuvare, putas. Ut hic ipsa verba viri repetam, quum in epistola mea extent, haud necessarium est. Summam tamen eorum & quid hujus ope effici posse putem, brevibus indicabo. ISIDORUS sermonibus quibusdam suo tempore natis de arcanae virtutis monumentis ab APOLLONIO positis fidem habere recusat. Hujus dubitationis duplicem adfert rationem: I.) Quoniam à nemine ostendi possint hæc APOLLONII opera. II.) Quoniam PHILOSTRATUS, accuratus & diligens vitæ ejus scriptor, una cum reliquis, qui res ab eo gestas enarrarint, nihil earum rerum commemorent. Concludit igitur famam hanc ab inimicis viri, cui ISIDORUM favisse constat, excitatam esse. Certe multum fallor, aut ex his perspicuum est,

vagos

vagos fuiſſe rumores ab obſcuris quibusdam hominibus editos, qui tempore ISIDORI de his figuris ferebantur; nec ullum recentiorem id ſibi ſumere poſſe, puto ut, quod ſcriptor APOLLONII temporibus vicinus & graviſſimus ab eo factum eſſe negat, tamen ab eo factum eſſe contendat. Si tum, quum ISIDORVS ſcriberet, nulla extiterunt tantorum beneficiorum, ab APOLLONIO præſtitorum, teſtimonia, quis dubitet, quæ hoc longe juniores de illis narrant, ſine ullis auctoritatibus & argumentis memoriae prodita eſſe? Quis dubitet, falſa eſſe, quæ de illis ferantur, plane omnia? Nolo latius hanc argumentationem diducere, cujus vim nulli obſcuram eſſe poſſe, arbitror. Proferam potius, quibus Tu eam enervare conaris. Quae quidem ea mihi prope videntur, ut nec ſatis ſibi conſtent, nec meam mentem feriant. *Iſidorus*, inquit, *Apollonium non liberat a ſuſpicione illorum telesmatum: ſed urget tantum, non poſſe illa exhiberi, conſiderari & inſpici. Erant enim haud dubie defoſſa multis in locis, neque facile eruenda & examinanda.* Cogita vero, *Vir Ampliſſime*, non dicam, quos hic circuitus elegeris, ſed, annon, id quod ego contendo, dum deſtruere ſtudes, confirmes? Negas ISIDORVM à ſuſpicione telesmatum Apollonium liberaſſe: & ipſemet eum urſiſſe, ut ea exhiberentur, fateris. Nonne hoc poſterius argumento eſt, ISIDORVM liberaſſe APOLLONIVM? ISIDORVS nusquam ejusmodi figuras reperiri poſſe, adfirmat; atque hæc, praeter ſilentium PHILOSTRATI, ratio ejus eſt, quare APOLLONIVM eas poſuiſſe negat. Non conqueritur profecto, quod abdita lateant haec monumenta, ſed nusquam terrarum ea exſtare contendit. Et

quid?

quid ? Nonne liberat APOLLONIUM is, qui inimicos ejus invidiæ concitandae caussa hæc confinxisse putat. Id ipsemet agnoscis: *Haec*, pergis, *cum comperta haberet Isidorus*, *recte respondit*, *ante omnia ostendi debere locum telesmatum fide dignum*. Quænam, quæso, comperta habuit? Defossa esse haec monumenta? Unde illud nosti? Ipse ISIDORUS nihil ejus generis tradit. Et ubi, sodes, locum ostendi vult telesmatum? Ex verbis ejus mihi id haurire non licet. Id intelligo, quod nusquam ea inveniri putet. *Omisisse autem*, recito verba Tua, *hæc Philostratum*, *qui tamen vitam Apollonii cum cura scripserit*. *Calumniam ergo esse*, *ab hostibus illius concinnatam*. Nescio sane, quo pacto haec cum iis conciliari possint, quae superius scripsisti. Non liberavit, inquis, Apollonium à suspicione telesmatum ISIDORUS. Et hic eum liberasse illum fateris. Nam qui aliquid odii caussa ab inimicis alicujus confictum esse opinatur, is factum illud ab eo esse negat. Percurram & breviter reliqua, quibus me oppugnas, verba: *Egregium profecto locum*, *ait Moshemius*, *cujus initia multi arripiant*, *sed reliqua non considerarint*. *Inverto totum hoc argumentum*. *Mosheimius enim videbit hic*, *Isidorum rem tanti momenti noluisse hactenus approbare*, *ob silentium Philostrati*, *qui non expresserit*, *iis locis defossa esse ab Apollonio telesmata*. Quodnam in his verbis meis argumentum, quænam in Tuis argumenti inversio lateat, haud facile dixerim. Id vero aperte perspicio, ISIDORUM quod Tu vis, numquam scripsisse. Negat is averruncas statuas ab APOLLONIO esse positas, quoniam nusquam ejus generis aliquid extet, & quoniam Historici ejus ejusmodi quid ab eo factum esse, non commemorent.

Non

Non vero ideo, quod PHILOSTRATUS loca ubi recondita haec monumenta ſint, non indicaverit. Certe nec ipſas figuras, nec earum locum PHILOSTRATVS novit, ſed plane de illis ſilet. Et quam frigide, quaeſo, ut alia taceam, ISIDORVS diſputaſſet: Nolo credere, APOLLONIVM arcanæ monumenta virtutis poſuiſſe. Nam PHILOSTRATVS loca, ubi defoſſa ſint, non nominavit. Sed ſubjungam reliqua: *Si omnem fidem hiſtoricam ei ademiſſet Iſidorus, reſpuiſſet hunc autorem plane, quo non ſit ineptior.* Quaſi vero vel cogitaverim umquam, ISIDORVM omnem PHILOSTRATO fidem denegaſſe. Contrarium volo, ideoque ISIDORVM admittere noluiſſe figuras APOLLONII contendo, quoniam fidem PHILOSTRATO habuerit. *Perit igitur etiam alterum Mosheimii argumentum, non confeciſſe Apollonium imagines teleſticas, nec alia admiranda Antiochiae & Byzantii, ob idem ſilentium Philoſtrati. Totam is enim ejus enarrationem explodit, ut Apollonio ſervetur fama viri boni.* Si hæc omnia eſſent veriſſima, argumentum tamen meum a ſilentio PHILOSTRATI fortiſſimum foret. Præterit me plane vis hujus connexi: Perit argumentum a ſilentio PHILOSTRATI. Nam ISIDORUS narrationes ejus explodit. Sed, ſi quid judicare poſſum, hic nihil eſt, quod ulla ratione ſe ſuſtentare poſſit. Falſum eſt, ISIDORUM PHILOSTRATI enarrationem explodere. Silentio ejus utitur ad deſtruendam fabulam de figuris APOLLONII teleſticis. Et qua ratione hic dicere potes, ISIDORVM PHILOSTRATI enarrationem explodere, qui paullo ante ſcripſeras, eum PHILOSTRATO fidem non ademiſſe? Quî potes concedere, PHILO-

STRA-

STRATVM ab ISIDORO rejectum esse, ut v boni fama APOLLONIO servaretur, qui ISIDORVM a suspicione telesmatum hunc liberasse negas? Aut ego, quid velis, prorsus non capio, aut mira est in iis, quæ de hoc ISIDORI loco disputas, pugna & confusio. Concludis: *Ipse autem Isidorus scripsit librum, qui non extat, adversus gentiles, quod omnes illorum divinationes sint nugae. Itaque & telesmata Apollonii damnavit eo modo, sicut Origenes.* Neque hic, quid demonstrare velis intelligo. Scripsit librum ISIDORVS contra μαντικὴν: Igitur APOLLONII telesmata damnavit. Nonne vero, an is fecerit telesmata, primo quæritur? Nonne eum telesmata collocasse, ISIDORVS aperte negat? Quî ergo ejus statuas damnare potest? Et ubi, quæso, ORIGENES APOLLONII telesmata damnavit? Ego profecto nescio. Sufficiant hæc de iis, quæ circa locum ISIDORI monuisti. In quibus si minus dextre mentem Tuam cepi, ingenii mei imbecillitati veniam dabis.

§. 12. Jam nova in me tela torques & ORIGENIS, PORPHYRIIque loca meis rationibus obstare mones. Quorum ille *Lib.* 4. *contra Celsum* de divinatione ex avibus verba faciat, quam APOLLONIUM percalluisse PHILOSTRATUS referat; hic *de Abstin. lib.* 3. §. 3. adfirmasse APOLLONIUM, se hirundinem garrientem audivisse, tradat. Sed quemadmodum his testimoniis refelli queam, prorsus ignoro. ORIGENES *Libro quarto* ne vocula quidem APOLLONII meminit. Quod de divinatione ex avibus contra CELSUM agit, ad me minime omnium pertinet. PORPHYRIUS an APOLLONII mentionem indicato loco faciat, nunc, quum libro ejus caream, certo scire nequeo. Credo tamen

Q men

men Tibi, rem ita se habere: concedam etiam, quod secus tamen est, ORIGENEM harum ineptiarum meminisse. Sed quid jam damni capiet sententia mea? Aut omnis me ratio fugit, aut nihil. APOLLONIUS dixit, teste PORPHYRIO, PHILOSTRATO, ORIGENE, se avium sermonem intelligere & quid hirundo aviculis significaverit, percepisse. Ergo figuras innumeras telesticas fecit: Ergo Byzantii & Antiochiæ arcanæ virtutis monumenta posuit. Iniquissimus rerum Tuarum existimator essem, si hoc ratiocinationis genus Tibi se probare posse, mihi persuaderem. Verum cum ex initio, tum ex fine hujus demonstrationis Tuæ Te, quid vere sentiam, oblitum esse, evidens est. Initium hoc est: *Demonstrasse autem opinabatur Mosheimius, usque ad tertium saeculum, quo vixit Philostratus sub Severo, nihil extare apud veteres contra Apollonium.* Quam ab hac sententia alienus sim, *Observationum* mearum *Sacrarum & Historico-Criticarum Libri I. cap. VI.* quod est, *de existimatione APOLLONII*, & ipsa *de figuris telesticis* epistola luculenter docent. Id tantum contendi, ante tertium, imo quartum sæculum, figurarum telesticarum ab APOLLONIO tanto numero profectarum nullum vestigium occurrere. At tu me defensorem APOLLONII existimare videris, cujus patrocinium & semper recusavi & recusabo. Ultima Tua verba hæc sunt: *Apollonium ergo docuere daemones omnia illa magica Philostrati, quae Mosheimius habet pro fabulis.* Ego vero magica, quæ PHILOSTRATUS narrat, nec in fabulis, nec in Historiis numeravi, sed *de telesticis* tantum *figuris*, ea, qua dixi, ratione egi. Porro, si vera essent, quæ ex PHILOSTRATO audio, num a dæmonibus spurcus homo ea accepisset,

pisset, nescirem. Dubito etiam, an Tu; qui malos genios magistros ejus fuisse adfirmas, certiora, quam ego, proferre possis. Sed, quæso Te: Num censes, APOLLONIUM hirundinum linguam sese intelligere perhibentem vera narrasse? Num has aves sermonis quodam genere uti putas? Si putas, tot fere adversarios habebis, quot hodie sapientes. Si non putas, quo pacto ex hac ejus gloriatione probetur; Magum eum fuisse a geniis malignis eruditum, me plane præterit?

§. 13. Pari plane virtute prædita esse opinor, quæ de testimoniis EUSEBII ex libro contra HIEROCLEM & *Autoris Quaestionum & responsionum ad orthodoxos*, quem JUSTINUM quidam esse volunt, disputas. EUSEBIUS extitisse quosdam suo ævo, qui se magicas machinas hujus viri reperisse perhibuerint, memorat: at se parum hos rumores curare subjungit. (c) Ex his ego verbis EUSEBII tempore tenues sermones de his monumentis primum natos esse, probavi. Quod tum primum nati fuerint, tum omnium superiorum ignoratio harum rerum, tum ipsa EUSEBII verba indicant, qui reperta suo demum ævo hæc monumenta esse tradit. Nam certe quod obscurum antea fuerat, antequam erueretur, illustre & notum esse non potuit. Quod tenues fuerint, facile hinc perspicitur, quod EVSEBIVS de iis, tamquam de fabula quadam vulgi, loquitur, cui discutiendæ temporis nonnihil impendere, non opus sit. *Tenuis* mihi *rumor* dicitur incertis auctoribus natus nec rerum documentis confirmatus. *At vero*, sic Tu respondes, *is non est rumor tenuis, si qui affirment, sese deprehendisse ac reperisse etiam hodie machinas similes, easque posse*

(c) Vid. epistol. meam p. 19. ubi verba EUSEBII.

posse ostendi. Quid dicam? *Vir Amplissime!* Idne a me postulas, ut nullum rumorem tenuem ac falsum esse credam, si qui adsint, qui se aliquid vidisse testentur? Absit a me, ut hanc Tibi mentem esse putem, cui omnis adversatur experientia? Quis hominum ignorat temeritatem, quando e re sua esse putant, ut orbi terrarum hoc vel illud persuadeatur? Quod addis, dixisse illos homines, *ostendi posse* ista monumenta, id sine dubio de Tuo adjectum est: nam apud EVSEBIVM illud non reperio. Fac vero, non tenuem fuisse rumorem, fac digitis demonstrasse homines opera, quæ APOLLONII esse dixerint, num idcirco caussa cecidi? Minime profecto. Quæritur jam an homines illi vera dixerint, aut mentiti sint? quæritur, an APOLLONIUS falso dictus fuerit, aut vere parens earum rerum extiterit? Me quidem silentium PHILOSTRATI, totque aliorum, ratioque temporum, quibus vivebant, facile tum inducerent, ut homines illos, quo aut invidiam, aut existimationem APOLLONIO excitarent, falso ei tribuisse, quæ aliorum fuerint, crederem. Sed audiamus & reliqua Tua: *Et quanquam Eusebius ibi his non immoretur, fecit id tamen de præparat. Euang. L. 5. c. 7. ubi disputat non modo contra Porphyrium, sed & ipsum Apollonium.* Quod pace Tua dixerim, doctissime WAECHTLERE, in toto hoc EVSEBII opere ne Syllaba quidem de his APOLLONII operibus extat, licet non ignorem librum ejus *de sacrificiis* ibi laudari. Nihil etiam loco *Auctoris quaestionum ad orthodoxos* in hac caussa efficitur. (*d*) Quærit is, cuinam caussæ tribuendum sit, quod opera ab APOLLONIO collocata tantum in depellendis malis valeant? *Utique probat*, inquis, *locus his Apol-*

(*d*) Vid. verba in epistola mea p. 22.

pollonii telesmata adhuc illo seculo dubitationem non contemnendam injecisse Christianis. Recte quidem ex parte. Nec enim ullo modo negavi, quod ex hisce verbis fluit, tum sermones de ejusmodi monumentis inter Christianos disseminatos esse. At præter hoc nihil locus hicce probat, nec adeo caussæ meæ officit. Incertum enim primo est, an omnino ejusmodi figuræ extiterint, qualia hic scriptor extitisse fingit. Cur non potius ISIDORO PELUSIOTÆ credam, qui usquam terrarum ejusmodi statuas ostendi posse negat, quam huic homini, cujus ætatem nescio, quemve illo recentiorem esse scio? Quonam etiam pacto ab animo meo impetravero, ut, si talia extitissent monumenta, effectus istos quos memorat, ea produxisse sibi persuadeat? Centies licet dicat bonus ille vir, se, quod hæ statuæ murium & bestiarum incursiones prohibuerint, impetumque ventorum & maris sedaverint, oculis suis vidisse, quod tamen non dicit, mihi tamen id ipsum, quod refert, justa satis de auctoritate ejus dubitandi caussa videbitur. Deinde, si concederem, monstrasse homines talium statuarum vestigia, nova orietur quæstio: An ab APOLLONIO profectæ fuerint? aut potius more hominum ob celebritatem nominis isti adscriptæ fuerint? Quam quidem fictus ille JUSTINUS nunquam nobis solvet, nostræ tamen rationes facile sic expedient, ut posterius priori longe verisimilius videatur. Omisissem pæne, quod ex eodem auctore objicis de statua APOLLONII, quæ responsa initio dederit, sed deinceps obmutuerit. Non ignoro hæc apud eum legi, qui alias uberius, quid de illis sentiam, exposui. Neque etiam, licet possem, ea nunc in dubium vocare placet, quæ præter hunc recentiorem nemo unus memo-

riæ prodidit. Id vero nullo modo consequi fateor, quo pacto hujus ope narrationis defendi possit, APOLLONIVM & ore & factis artem monumenta telestica fabricandi in Græcia in primis docuisse: Fuere, teste ATHENAGORA (*e*) Troade statua *Neryllini*, Parii statuæ *Alexandri* & PEREGRINI, quæ consulentibus responderunt. Anne ergo & NERYLLINVS & ALEXANDER & PEREGRINVS idcirco præcipui artis telesticæ magistri inter Græcos extiterant?

§. 14. Postremo injuste erroris a me postulatum esse, incomparabilem OLEARIVM existimas, quando THONIM, cujus HOMERVS meminit, ab eo in numerum discipulorum APOLLONII male relatum esse scripserim. Id enim ab eo factum esse negas. *Neque vero*, inquit, *asseverabat hoc D. Olearius.* Forte *inquit & ni* tamen. *Utique etiam occurrit ibi* (apud LUCIANUM) *discipulus aliquis Apollonii, medicus scil. & præceptor Alexandri, sed anonymus.* Summa sine dubio erga tantum virum voluntas Tua, quam ego laudandam puto, obstitit, quominus eum hic minime excusari posse intelligeres. Ipse interea caussam meam agat vir eximius, ac nullam a me sibi injuriam esse factam, testetur. PHILOSTRATVS, quum in Græcia versaretur APOLLONIVS, DIOSCORIDES & PHÆDIMVM eum jam sequutos esse narrat. (*f*) Ad hæc verba OLEARIVS ita: *Forte autem in illa* ὁμιλίᾳ, *ut loquitur paullo post PHILOSTRATUS*, Θῶνος *quoque mentio erat facienda, Ægyptii, quem inter Apollonii discipulos refert Lucian. in Pseudomant. p. 663. Nisi tamen eum ille in*

(*e*) Legatione pro Christian. c. XXIII. p. 107.
(*f*) Vit. Apoll. L. IV. c. IX. p. 148.

in Ægypto demum sequi cœpit. Jam vide, quæso, num voces *forte*, & *ni tamen* quicquam virum doctissimum juvent. Certe non dubitat, an in discipulis APOLLONII THONIS fuerit, quod ex LVCIANO patere arbitratur. Sed de hoc sibi non constare ait, an jam in Græcia, an vero postea in Ægypto demum, ejus sese disciplinæ tradiderit. Ad tempus, non ad rem ipsam voces illæ *forte*, *ni tamen*, pertinent.

§. 15. Nullum igitur mihi dubium est, *Vir Amplissime*, quin ita mentem meam declaraverim, ita motis a Te dubiis satisfecerim, ut lis nostra componi, sententiæque conjungi possint. Nugæ sunt recentiorum Græcorum, quæ de hisce rebus commemorantur, nec ullo antiquioris scriptoris testimonio probari queunt. Quos quidem Græcos tam vesano erga Astrologiam studio captos fuisse non ignoras, ut vix ullum in universa Græcia ædificium, columna aut monumentum extiterit, quod non arcana quadam virtute præditum & ad regulas scientiæ illius conditum existimaverint. Quid mirum tanta vanitate homines hic etiam fingendi libidinem, qua flagrabant, exercuisse? Licet vero sic satis defensam esse meam putem epistolam, veritatis tamen amor, alium ejus errorem, a Te non animadversum, hac occasione data corrigere, jubet. Scripsi, AVRELIANO fasces imperii tenente, STESICHORVM quemdam de rebus ab *Apollonio* gestis scripsisse. (g) Sed memoriæ vitio duplex hoc pacto peccatum admisi. SOTERICHVM debui dicere, pro STESICHORO: quem SVIDAS non sub AVRELIANO, sed sub DIOCLETIANO vixisse perhibet. Hanc ipsam ceterum controversiam, *Vir Eruditissime*, & defensionem meam

 non

(g) p. 13.

non modo non animum TUUM minime offensuram, verum etiam, qua comitate es, ad amicitiam & benevolentiam TVAM aditum mihi patefacturam, & spero, & confido. Ego quidem, etsi suo loco meam adhuc stare sententiam censeo, publice tamen TIBI gratias ago, quod mihi Tecum differendi materiam suppeditare volueris. A Te vicissim exspecto, ut æquo animo responsionem ab homine æquitatis & pacis, si quis alius, studiosissimo, excipias. Et quidni illud a Te exspectem, qui, quam eximia sit modestia, abunde eo demonstrasti, quod sub finem epistolæ Illustrem MENCKENIVM ad egregia ISIDORI PELVSIOTÆ verba quædam, animi TVI videlicet interpretes, respicere jubes? Quæ quidem digna puto, quibus & meam epistolam claudam, animique indolem exprimam. Ἴσως γὰρ, ita Græcorum doctorum profecto doctissimus, (b) εἰ καὶ ἐν τούτῳ πλεονεκτοῦνται, ἐν ἄλλοις πλεονεκτοῦσι, καὶ τινα ἐνόησαν, ὧν αὐτος οὐδ᾽ εἰς ἔννοιαν ἀφικόμεν. *Fortassis enim, quamvis hac in re superentur a me, in aliis tamen me longe superant, & aliqua intellexerunt, quorum ego cognitionem non sum assequutus.* Ita vale, vir præstantissime, communi meliorum litterarum & jurisprudentiæ bono, mihique fave. Kiliæ Holsat. Idib. Jul. M D CC XXI.

(b) Epistolar. Lib. IV. ep. LX. p. 446. ed. Paris.

IV.

HADRIANI RELANDI
DE
BARBARIS & SCYTHIS,

ad locum Coloss. III: 11.

Ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, ΒΑΡΒΑΡΟΣ, ΣΚΥΘΗΣ, δοῦλος, ἐλεύθερος.

DISSERTATIO, (*a*)

ARGUMENTUM.

Omnes nationes diſtinguebantur in *Græcos* & *Barbaros:* Judæi ſe ipſos à *Barbaris* diſtinguebant. Et ipſos Græcos accenſebant Barbaris §. 1. *Scythæ* quoque inter Barbaros §. 2. An in hoc loco hi inter ſe opponantur. Cur omittatur particula καὶ? §. 3. Eleganter id fit per ἀσύνδετον §. 4. Diſtinguuntur Barbari a Scythis (α) quod hi eſſent numeroſiſſimi §. 5. (β) Quod extra imperium Romanum ſint. §. 6. Quod (γ) parum crederentur habere humanitatis. §. 7. Syriaca verſio confertur. Aromæi vocantur Ἕλληνες. Regio *Rum.* §. 8. *Roumi* & *Jounani.* §. 9. Epiphanii verſio. §. 10.

(*a*) Hæc non diu ante peracerbum hujus Viri obitum ſub forma diſſertationis Academicæ a. d. XV. Dec. a. 1717. prodiit. Confeſtim autem ejus exemplaria ita evanuerunt, ut non ſine ſummo labore vel unius potuerim fieri compos. Quamobrem haud invitis lectoribus eam heic legi poſſe con-

§. I.

VEteres Græcos universi orbis terrarum incolas in Ἕλληνας & Βαρβάρους distinxisse, ita ut quicunque *Græcus* non erat, *Barbarus* nuncuparetur, notissimum est; quare id confirmatum non imus. Judæi Græco sermone scribentes & ipsi hanc consuetudinem secuti sunt, sic ut frequenter in illorum scriptis Ἕλληνες & Βάρβαροι opponantur; sed in eo a Græcis recedebant, quod se ipsos *Barbarorum* nomine a Græcis distingui nollent, sed uti Ἕλληνες oppositi erant τοῖς Βαρβάροις, ita & se ipsos una cum Græcis distinxerunt a Barbaris. Indignum rebatur gens ab ipso Deo prælata reliquis, & secreta ab omnibus populis, quos Sol videt, barbaris nationibus adnumerari, & Græcis par non esse. Atque ita jus suum sibi a Græcis ereptum recuperare, & a contemtu quo Gentes reliquæ eos prosequebantur, se vindicare aliquo modo visa est. Quapropter, uti & in hoc ipso loco Apostoli, apud Josephum & Philonem legas Judæos & Græcos a Barbaris distingui. Josephus lib. VI. de Bello cap. 1. de altari hæc habet. Τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν ὀργάνων βέλη μέχρι τοῦ βωμοῦ καὶ τοῦ νεὼ διὰ τὴν βίαν ὑπερφερόμενα τοῖς τε ἱερεῦσι καὶ τοῖς ἱερουρ-

confido. Respondentis tum partes in se susceperat *Hieronymus van ALPHEN*, H. F. Τοῦ Πατρὸς τὸ παιδίον, cujus elegans dissertatio de *Sacerdote Castrensi Veterum Hebræorum* ad locum Deut. XX: 1. ante biennium in Academia Ultrajectina ventilata, spem haud vanam nobis excitavit, imposterum præclara omnia ab eo exspectari posse. Potest interea conferri Henr. *Trierenbergii* de *oppositione Barbarorum & Scytharum Apostolica ex Col. III:* 11. diss. quæ Wittenbergæ a. 1676. in 4. prodiit. T. d. H.

ἱερουργοῦσιν ἐνέπιπτε. καὶ πολλοὶ σπεύσαντες ἀπὸ γῆς περάτων περὶ τὸν διώνυμον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις χῶρον ἅγιον πρὸ τῆς θυμάτων ἔπεσον αὐτοὶ, καὶ τοῖς Ἕλλησι πᾶσι καὶ Βαρβάροις σεβάσμιον βῶμον κατέσπεισαν ἰδίῳ φόνῳ. *Ab machinis missilia jacta, usque ad altare & ædem sacram vi perlata, in sacerdotes & alios ministros cultus divini incidebant. Multi etiam, qui ab ultimis terrarum finibus ad celebratum hunc & sanctum omnibus hominibus locum venerant, ante victimas procubuerunt ipsi, & propria cæde imbuerunt altare venerandum cunctis Græcis ac Barbaris.* Idem in libr. I. contra Apionem. Δεῖ δὲ ἄρα καὶ τῶν ἀπιστούντων τῶν ἐν τοῖς ΒΑΡΒΑ'ΡΟΙΣ ἀναγραφαῖς, μένοις δὲ ἝΛΛΗΣΙ πιστεύειν ἀξιούντων, ἀποπληρῶσαι τὴν ἐπιζήτησιν, καὶ παρασχεῖν πολλοὺς καὶ τούτων ἐπισταμένους ΤΟ ΕΘΝΟΣ ΗΜΩΝ, καὶ καθ' ὁ καιρὸς ἦν αὐτοῖς μνημονεύοντας παραθέσθαι ἐν ἰδίοις αὐτῶν συγγράμμασιν. *Convenit autem illorum quoque desiderio satisfacere qui scriptis Barbarorum,* (id est, *Ægyptiorum, Chaldæorum &c.*) *fidem non habentes, solis Græcis credendum autumant, atque adeo multos proferre, qui Gentis nostræ haud ignari memoriam ejus libris suis, quum occasio dabatur, inseruerunt.* Secreverat jam antea Judæos a Phœnicibus, quum vulgo Gentes illos Φοινίκων & Σύρων nomine comprehenderent. Ἐῶ γὰρ νῦν ἡμᾶς ἐκείνοις (Φοίνιξιν) συγκαταλέγειν, *desino nunc nos illis (Phœnicibus videlicet) adnumerare*, scripserat initio libri prioris contra Apionem. Et in fine libri posterioris Judæos ab Grajis & Barbaris ita distinguit: Οὐδ' ἔστιν οὐ πόλις ἙΛΛΗΝΩΝ οὐδητισοῦν οὐδὲ ΒΑΡΒΑΡΟΣ, οὐδὲ ἓν ἔθνος ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος ἣν ἀργοῦμεν ἩΜΕΙΣ, τὸ ἔθος οὐ διαπεφοίτηκεν. *Nec ulla civitas est aut Græcorum aut Barbarorum, nec vel una gens, in qua diei septimi, quo nos quiescimus, consuetudo non percrebuerit.* Philonem addimus,

cu-

cujus in libro *de Cherubinis* hæc verba ſunt: Ἴθι γὰρ εἰ θέλεις συνεπισκέψασθαι τὰς ἀοιδίμους πανηγύρεις ἡμῶν. Ὅσαι μὲν δὴ κατ' ἔθνη Βαρβαρικά τε καὶ Ἑλληνικὰ ἐκ μυθικῶν πλασμάτων συνέστησαν ἄλλαι παρ' ἄλλοις κενὸν τῦφον ἔχουσαι τὸ τέλος, ἀφείσθωσαν. *Age contemplare, ſi lubet, ſolennitates noſtras celeberrimas. Quotquot autem aliæ apud Gentes tum Barbaras tum Græcas ex fabuloſis commentis originem habent & nullum finem, niſi vanam oſtentationem, omittantur.* (*b*) Ex his ſatis opinor liquere, qua ratione Scriptores Judæi, valere juſſa veterum Græcorum diſtinctione hominum in Grajos & Barbaros, ſuam gentem a Barbaris æque ac Græcis diſtinxerint. Quod tamen non effecit ut a Romanis aut Græcis deſinerent Barbaris adnumerari, præcipue exſtincta haud ita diu, poſtquam Romanis innotuerant Hebræorum republica, quando ne gentis quidem nomen fere merebantur. Hæc ſufficiunt, ut intelligatur quo modo Βάρβαροι in ſcriptis Apoſtolorum, & hoc ipſo loco, a Judæis & Græcis diſtinguantur: quamvis exempla non deſint in ſcriptis Judæorum, quæ oſtendunt nomen Barbarorum ipſis Græcis ab iis datum fuiſſe; quando videlicet Græci nimium graves iis erant, extorquente hoc nomen ſenſu vel memoria jugi ipſis impoſiti & tyrannidis: quod ceteroquin ipſis dare non ſolebant. Ita *lib.* 2. *Chaſmonæorum*, *cap.* 10: 4. leguntur Deum rogaſſe μὴ βλασφήμοις καὶ Βαρβάροις ἔθνεσι παραδίδοσθαι, *ne eos, ſi peccarent, blaſphemis & barbaris gentibus ſubjiceret*, ſine dubio ac Macedonici ſive Syriaci imperii jugum reſpi-

(*b*) Iterum id fit à Philone L. II. de Vita Moſis P. m. 656. Των κατα την Ελλαδα, και Βαρβαρονι ὡς Επος ειπειν, ουδεμια πολις εστιν. *Neque in Græcia, neque in Barbaria, ut vulgo dicitur*, i. e. nusquam, *urbs aliqua eſt*, &c. T. d. H.

espicientes. Quod confirmatur ex 2. *Chasmon.* : 22. ubi Βάρβαρα πλήθη dicuntur copiæ Syrorum, id est, Græcorum, uti Judæi loquuntur, quibus reges Syriæ מלכי יון *reges Graeci* audiunt.

§. 7. De SCYTHIS autem, quos Apostolus heic a *Barbaris* distinguit, quid dicendum est? Constat enim vero *Scythas* non minus ac alias gentes, quæ Græcæ non essent, *Barbaros* dici. Κάλει μοι τοὺς μάρτυρας, dicet aliquis veteri formula. En Isocratem in Panegyrico. Δοκεῖ δέ μοι καὶ περὶ τῶν πρότερον τῶν πρὸς τοὺς Βαρβάρους τῇ πόλει πεπραγμένων προσήκειν εἰπεῖν, *videtur mihi prius de iis quæ urbs nostra contra Barbaros præstitit, dicendum.* Quinam illi? Mox indicat, ἀρχικώτατα τῶν ἐθνῶν καὶ μεγίστας δυναστείας ἔχοντα, ΣΚΥΘΑΙ, καὶ Θρᾶκες καὶ Πέρσαι, *Gentes primariæ & maximos principatus habentes, Scythæ, Thraces & Persæ.* Demosthenes, quod esse Scythes diceretur, ea de causa Barbarus nuncupatus est, quo quid est evidentius quam Scythas Barbarorum nomine fuisse comprehensos? Æschines oratione contra Ctesiphontem, τὰ ἀπὸ τῆς μητρὸς ΣΚΥΘΗΣ, ΒΑΡΒΑΡΟΣ, Ἑλληνίζων τῇ φωνῇ, *quod ad maternum genus attinet (Demosthenes) Scythes, barbarus est, Graeco sermone utens.* Themistius oratione XI. pag. 148. edit. nuper. Διὰ τί Σκύθαις μὲν ξυγχωρεῖ τὴν εἰρήνην, Περσῶν δὲ ἀφαιρεῖται; Βάρβαρα μὲν γὰρ τὰ φῦλα ἄμφω. *Quam ob rem Scythis quidem pacem concedit, Persis autem non: quamvis utraque gens sit barbara?* Lucianus in Scytha μόνος Βαρβάρων Ἀνάχαρσις, *solus ex Barbaris Anacharsis.* At quis ignorat Scytham Anacharsin fuisse? Mox ibidem καὶ οὗτος Βάρβαρος ὁ Τόξαρις, *barbarus ille Toxaris.* Ipse gentiles suos Toxaris Barbaros vocat apud eundem Lucianum in Toxari. ἡμεῖς οἱ Βάρβαροι εὐγνωμονέστερον ὑμῶν περὶ τῶν ἀγα-

ἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίνομεν , nos Barbari aequo magis animo ac vos de viris bonis judicamus. Medea , Σκυθὶς & ipſa, barbara paſſim audit apud Poëtas. Ovidius in epiſtola Hypſipyles.

Argolicas timui. Nocuit mihi Barbara pellex.

Valerius Flaccus Argonauticôn *lib.* VIII. *v.* 148.

Quis locus Inachias inter tibi, barbara, natas ? (*c*)

§. 3. Quum ergo Scythæ ipſi Barbari fuerint appellati, quomodo *Scythen* & *Barbarum* opponit Apoſtolus, uti Judæum & Græcum, ſervum ac liberum; quæ non modo diverſa ſunt ſed contraria? Ut hæc planiora evadant, puto prius eſſe diſquirendum, an eodem modo heic loci opponantur ſibi mutuo Scythes & Barbarus, ac Judæus & Græcus, aut ſervus & liber. Prima fronte id quidem ita videtur, quum in quatuor partes videantur hæc dividi oportere, ſic ut primam conſtituant Judæus & Græcus, alteram circumciſi & non circumciſi, tertiam Scythæ & Barbari, quartam denique liberi & ſervi. Verum nihil eſt quod nos credere jubeat eodem modo hæc quatuor, aut tria verius (quoniam circumciſi & incircumciſi notare videntur illos quos Judæos & Græcos appellaverat) ſe habere ad ſe invicem, & oppoſitionem vocum manifeſtam eſſe quærendam. Abſentia particulæ καὶ, quæ inter Βάρβαρος, Σκύθης, non interjecta eſt; ſuſpicari ferme facit, non innui oppoſitionem inter Scythas & Barbaros. Non enim ſine cauſa hic illa omiſſa eſt. Si par fuiſſet in omnibus oppoſitio, Βάρβαρος καὶ Σκύθης, uti Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, ſcripſiſſe potuiſſet apoſtolus? Quum ergo ſtylum variet, aliquid ſubeſſe videtur. Alia memoratu-

(*c*) Confer Diſſ. ſequentis §. 4.

noraturus erat, five oppofita five non, diftincta nim vero, quæ tamen refpectu Chrifti idem foent, five quis fit Barbarus, five Scythes, five ervus, five liber, nullo difcrimine haberetur: uæ & ipfa 1. Cor. 12. 13. & Gal. 3. 28. fere iisem verbis leguntur, Barbarorum tamen & Scyharum mentione neglecta, qui hic inferuntur. a enim libertate Spiritus Sanctus uti folet, ut non adftringat iisdem vocibus, fed rem defigans modo has modo alias, vel diverfum ordiem, ufurpet. Non eft quod quis dicat, in quiusdam codicibus καὶ inveniri inter *Barbarus* & *cythes*, adeoque idem effe oppofitionis genus, uæ inter Judæum & Græcum eft. Secundum anones enim Criticos probabile eft eos codices, n quibus καὶ deeft, præferri oportere. Si enim ibrarii καὶ inveniffent in codice, quem defcriebant, id eft, fi Apoftolus ipfe ita fcripfiffet, ion eft ratio quam ob rem librarius in vocibus ofterioribus non æque καὶ retinuiffet ac in prioibus. Uti enim illi fæpe fua ignorantia permoi, quod aliquid infueti eos offenderet, mutaionem in libros defcribendos induxerunt, & noiora pro ignotioribus, facilia intellectu pro dificilibus, fubftituerunt, ita credibile eft quosdam, uum putarent eandem effe rationem Barbari & cythæ, quæ eft Judæi & Græci, ubique illud καὶ interferuiffe.

§. 4. Omiffio particulæ καὶ in pofterioribus nembris hujus commatis aliquid etiam ad elegantiam fententiæ & ornatum fermonis facere videtur, quando συναθροισμὸς hic eft, & non prolixa repetitione perfonarum diverfæ conditionis lector offendi ulla ratione poteft; fed primum quidem Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, proponitur, deinde variato genere coacervatim jun-

junguntur βάρβαρος, Σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθερος. Finge ita orationem institui; sive quis Græcus sit sive Judæus, circumcisus sive non circumcisus, Barbarus, Scytha, servus, liber, quiscunque tandem, omnes eodem numero habentur. Nascitur videlicet ex ea vocum dispositione quæ in Βάρβαρος, Σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθερος cernitur, schema illud Rhetoricum, quod ἀσύνδετον Græci vocant, *solutum* Aquilæ Romano dictum in libro *de figuris sententiarum*, quando conjunctiones aut præpositiones, quibus verba aut nomina connectuntur, absunt. Julius Rufinianus *de schematis lexeos pag.* 32. duas hujus figuræ species facit: quarum una est quæ per singula verba fit, uti apud Virgilium, *Æneid.* XI. 329.

- - - *nos aera, manus, navalia, demus.*

Sexcenta hujus rei exempla sunt in orationibus Ciceronis, quem præ aliis delectatum frequentia asyndetorum, quæ δεινότητα sermoni addunt, ipsi quoque veteres notarunt. Donatus *lib. de schematibus* ἀσύνδετον idem esse quod διάλυτον scribit, de quo Demetrius Phalereus, *lib.* περὶ ἑρμηνείας §. 64. 283. & alii rhetores consuli queunt, qui ostendunt τῇ ἐξαιρέσει τοῦ καὶ συνδέσμου, *ablatione particulae* καὶ, *quae conjunctio est*, sæpe elegantiorem fieri orationem. Quapropter videas, quum plura enumerantur, aliquando priora per copulam conjungi, reliqua vero non, a scriptoribus profanis, qui pro re nata πολυσύνδετον aut ἀσύνδετον adhibent; nonnunquam & voces sine copula aliquas usurpant, mox alias omnino copulant, rursus postremis copulam auferunt. Ipse non idem ubique servatus tenor, & mixtura diversae dispositionis vocum ornatum parit, grataque varietate delectat.

§. 5. Oppositio itaque nulla est inter Barbarum & Scy-

& Scytham: diſtinctio tamen. Difficultas ergo imminuta quidem, ſed non penitus ſublata eſt. Si Scythæ barbari fuerint, qua ratione a Barbaris diſtinguuntur? Non dicam Barbarorum nomine ſolos *Perſas* aliquando intelligi: id enim ad illa tempora ſpectat, quando Græcis præcipue res erat cum Perſis. Huc illud nihil facit. Sed ad varia puto attendendum eſſe, in quibus Scythæ a reliquis Barbaris erant diverſi. *Primo* numeroſiſſima gens erat, quæ non, uti reliqui Barbari Græcis & Romanis noti, exiguis terrarum ſpatiis continebatur, ſed ſola quaſi par ceteris Barbaris illis cenſeri potuit, latiſſime diffuſa per ingentia terrarum ſpatia, quae nunc ſeptentrionalis tractus Aſiae atque Europæ audiunt. (*d*) Τὰ πρὸς βοῤῥᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν. *Regiones ſeptentrionales notas uno Scytharum nomine dixerunt* veteres, uti Strabo ſcribit lib. I. Alexander Macedo, qui orbem terrarum victoriis peragraſſe cenſebatur, in omni itinere, quod inſtituit ad ſiniſtram, gentes Scythicas habuit. Quapropter magnum erat nomen Scythicum, & dignum, quod ab aliis gentibus barbaris ſecerneretur: magna erat eorum potentia; & ipſi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut invicti manſere, teſte Juſtino lib. II. Lubet in hanc rem adſcribere verba Thucydidis lib. II. Ἰσχύι δὲ μάχης καὶ στρατοῦ πλήθει πολὺ

(*d*) De latitudine Scythiæ per Europam omnem, magnamque Aſiæ partem ſe longe lateque diffundentis vide Cluver. Germ. Ant. L. I. c. 2. Matth. *Prætori.* Orbem Goth. L. I. c. 7. Ol. *Rudbeckii* Atl. L. X. c. 10. Vitr. Obſ. ſ. L. I. diſſ. I. c. 8. Gurtl. Origg. M. L. I. c. 18. L. II. c. 9. Barth. Adverſ. L. LVI. c. 15. T. d. H.

δευτέρα μετὰ τὴν Σκυθῶν. Ταύτῃ δὲ ἀδύνατα ἐξιτῦσθαι ὐχ᾽ ὅτι τὰ ἐν τῇ Ευρώπῃ ἀλλ᾽ ὐδ᾽ ἐν Ἀσίᾳ ἔθνος ἓν πρὸς ἓν ὐκ ἔςιν ὅ τι δυνατὸν Σκύθαις ὁμογνωμονῦσι πᾶσιν ἀντιςῆναι. *Viribus bellicis, & multitudine copiarum, longe minor fuit Scythis. His enim nulla ex gentibus Europae atque Asiae, si una gens cum altera conferatur, par esse potest. Quid? quod nulla ex iis resistere possit Scythis, si simul se jungant.*

§. 6. *Praeterea* situs nationum Scythicarum talis erat, ut quum pleraeque gentes barbarae hujus orbis habitabilis, sive τῆς οἰκυμένης, censerentur esse sub imperio Romanorum, Scythae quasi extra orbem illum remoti haberentur. Verbis Philonis Judaei, quod aetas ejus haud multum abfuerit ab illo tempore, quo Paulus hæc scripsit, utar eo lubentius, ut hoc illustrem, in libro de legatione ad Cajum pag. 993. Ἀρχὴν τῶν πλείςων καὶ ἀναγκαιοτάτων μερῶν τῆς οἰκυμένης, ἃ δὴ καὶ κυρίως ἄν τις οἰκυμένην εἴποι, δυσὶ ποταμοῖς ὁριζομένην, Εὐφράτῃ τε καὶ Ῥήνῳ, τῷ μὲν ἀποτεμνομένῳ Γερμανίαν καὶ ὅσα θηριωδέςερα ἔθνη, Εὐφράτῃ δὲ Παρθύην καὶ τὰ Σαρματῶν γένη καὶ Σκυθῶν, ἅπερ ὐχ ἧττον ἐξηγρίωται τῶν Γερμανικῶν. *Imperium partium orbis habitabilis plurimarum & necessariarum, quæque adeo nomen orbis habitabilis proprie ferre merentur; illarum nempe quæ hinc Rheno, illinc Euphrate continentur, illo quidem excludente Germaniam & alias efferas gentes, hoc Parthiam & Sarmaticos Scythicosque populos, non mitiores Germanicis.* Habiti ergo Scythae, quasi ultra limites gentium barbararum, quae Romanis parebant, quid mirum si a Barbaris aliis distinguantur? Quum porro situm Scythicarum gentium dico extra orbem Romanis subditum, simul eo ipso à reliquis Barbaris possunt distingui, quod indo-

indomiti essent expertesque Romani jugi. Ideo Seneca consolatione ad Helviam hæc jungit, *Scythia & totus ille ferarum indomitarumque gentium tractus.*

§. 7. His addo *tertium*, agrestem immanitatem, (*e*) qua ita efferati habebantur ut βραχὺ τῶν θηρίων διαφέροντες, *haud multum à belluis diversi* appellentur à Josepho lib. II. contra Apionem. Qui à Judæis ita describuntur, quid mirum si ab aliis Barbaris segregentur? Hippocrates libro de [illegible], Locis, & Aquis, sect. 3. pag. 291. Πολὺ ἀπήλλακται τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὸ Σκυθικὸν γένος. *Gens Scythica multum diversa est à reliquis hominibus.* Themistius oratione XXX. Scythas appellat gentem ἄξενον καὶ ἀνήμερον. quæ δίαιταν θηρίων, morem vivendi belluinum, habeat, χαλεπώτατον sit ac ἀγριώτατον τῶν ἐθνῶν, vivens sine ædibus at-

 que

(*e*) Egregie hæc confirmat Ovid. Trist. L. V. & 7. vs. 43. qui ita de Scythis.

Sive locum specto, locus est inamabilis, & quo
Esse nihil toto tristius orbe potest.
Sive homines; VIX SUNT HOMINES
HOC NOMINE DIGNI,
Quamque lupi, sævæ plus feritatis habent.

Ita Mysos, non minimos inter Scythas Florus L. IV. c. 2. vocat *feros*, *truces*, & *ipsorum etiam BARBARORUM BARBAROS.* His quoque νόμιμα θηριώδη καὶ βάρβαρα, *instituta ferina & barbara* adscribit Eus. de Præp. Ev. L. I. c. 4. De illis Jul. Firmicus Mat. de Err. prof. relig. ita scribit. *Estne aliquid apud Scythas humana ratione compositum? & illa effera gens & crudeli atque inhumana semper atrocitate grassata in constituendis religionibus rectum aliquid potuit invenire?* Sic Thraces, Scythiæ gentem Τριβαρβάρους appellat Plutarchus de Educ. liber. c. 20. n. 7. T. d. H.

que agrorum cultu. Libanius quoque declamatione xxx. Scythas vocat δίκην θηρίων φερομένους *more ferarum vagantes*, καὶ μήτε θεσμοὺς ἀνθρωπίνους εἰδότας μήδ' ὁμονοοῦντας τῇ φύσει· συζῶντας δ' ἀγρίῳ τόπῳ καὶ βιαίῳ, *nec jura nec statuta humana scientes nec naturæ consentaneos, sed agresti & violento modo viventes.*

§. 8. Syri interpretis mentionem non facerem, nisi ita in hoc loco à contextu Græco recederet, ut mirari quis debeat qui eum confert cum codicibus Græcis. ܝܗܘܕܝܐ ܘܐܪܡܝܐ ܘܠܐ ܓܙܘܪܬܐ ܘܥܘܪܠܘܬܐ ܘܠܐ ܝܘܢܝܐ ܘܒܪܒܪܝܐ *Judæus atque Armaeus, nec circumcisio nec praeputium, nec Graecus nec Barbarus.* Hic Scythes plane exulat; Græci & Barbari opponuntur, uti frequentissime fieri solet, Armæus, vel Aromæus (ita enim quidam codices habent) inseritur, ordoque verborum prorsus invertitur. Credo & Arabem Erpenianum iisdem codicibus usum, quibus Syrum, aut hunc ducem esse secutum; adeo cum ipso convenit & pro Barbaris ac Scythis substituit Græcos & Barbaros. Sed non est quod de rivis admodum simus soliciti ubi fontes ad manum sunt. Tantum hæc noto, ut si forsitan similis scriptura in codicibus manuscriptis, quos futura ætas in lucem protrahet, inveniatur, conferri hæc queant, & inde aliquid eruatur pro ætate qua versio Syriaca confecta est. Observa Aromæi nomine Syrum uti pro Ἕλλην, Act. 16:1 Gal. 3:28. & aliis locis, illudque distinguere ab *Oromoio*, quod est *Aramæus*, *Syrus*, Luc. 4: 27. Ortum videtur illud *Aromaeus*, pro *Graeco* posi-

poſitum, ex رومي *Roumi*, quod Arabibus *Graecum* notat, (unde الرومي *Erroumi*) uti & Græcia à Turcis hoc ipſo tempore ولايت روم *regio Roum* nuncupatur, in ipſis titulis Imperatoris Turcici, & alibi. Scriptoribus hiſtoriæ Byzantinæ conſuetum quoque eſt Græcos Ῥωμαίους dicere. Arabas autem diſtinxiſſe Græcos, qui Romano imperio parebant, ab illis Græcis, qui Romanis non parebant, & uti illos à روم *Roum*, ſic hos a *Javan*, & يونان *Jounan* dixiſſe jam alii obſervarunt. Anatolia aliquando etiam nomen الروم Ῥωμαίας tulit, quando ſub Imperatoribus Græcis, i. e. Conſtantinopolitanis fuit. Adeo pro ratione diverſorum temporum uſus vocis *Roum* ſe aut latius aut minus late extendit, circa Græciam tamen.

§. 9. Verum, dicet aliquis, ſi *Roumi* & *Jounani* ita diſtinguenda ſunt, ut illud Græcos, qui imperio Romano paruerunt, notet, hoc Græcos veteres, qui ante illa tempora vixerunt, quomodo hic Syrus jungit illos quos nomine *Jounani* dicit, quique non amplius ſupererant, iis qui *Romaei* nuncupantur? Reſpondeo, Orientales populos hæc duo *Roumi* & *Jounani* non ſemper ita ſolicite diſtinguere. Ipſe Alexander Macedo *Roumi* quibusdam dicitur, quum tamen perperam id fieri alii obſervent. Adeoque aliud eſt quid factum ſit; aliud quid factum oportuerit. Præterea interpretem Syrum vocem *Jounani* non tribuere Græcis illis ſolum, qui ante Romanorum

dominatum vixere, conſtat ex Rom. 1: 14. ubi ܝܘܢܝܐ Ε῞λληνας notat eo tempore viventes. Obiter nota inconſtantiam hujus interpretis (vel interpretum, ſi per patronos hodiernæ verſionis Syriacæ id ſuſpicari liceat) qui vocem eandem modo pro Ε῞λλην, modo pro Σκύθης ſubſtituit. Non ſapiunt hæc tempora Apoſtolica aut Apoſtolicis proxima, quibus nonnulli verſionem hanc attribuere conantur, quod nobis nunquam perſuadebunt.

§. 10. Ex Epiphanio hoc unum adjungam, antequam finem ſcribendi faciam, illum libro. 1. adverſus hæreſes pag. 5. hæc verba Apoſtoli ita citare, Φησὶ γὰρ, ἐν γὰρ Χριςῷ Ἰησȣ̃ ȣ̓ Βάρβαρος, ȣ̓ Σκύθης, ȣ̓χὶ Ἕλλην, ȣ̓κ Ἰȣδαῖος. *Inquit enim (Apoſtolus) in Chriſto Jeſu non eſt Barbarus, non Scythes, non Grajus, non Judaeus.* Itane in ſuis codicibus legit Epiphanius? Non putem. Priſci eccleſiæ Chriſtianæ doctores ſolebant aliquando verba ſacri codicis memoriter citare, ſenſum reddere contenti. Quae porro is addit, oſtendunt ex his verbis Apoſtoli natam eſſe diſtinctionem temporum in periodos dictas Βαρβαρισμȣ̃, Σκυθισμȣ̃, Ἑλληνισμȣ̃, & Ἰȣδαισμȣ̃, ſic ut Βαρβαρισμὸς complectatur tempus quod effluxit ab Adamo ad Noachum, Σκυθισμὸς inde usque ad turrim Babylonicam, Ἑλληνισμὸς usque ad Abrahamum, & quod ultra eſt Ἰȣδαισμὸς appelletur. (*f*) Verum haec non merentur ut iis immoremur: poſſumus enim hac eleganti temporum diſtinctione carere absque ingenti rei chronologicæ diſpendio.

V.

(*f*) Gemina his habet J. Damascenus in libro de hæreſibus. T. d. H.

V.

THEODORI HASÆI,

ad præcedentem dissertationem

ANALECTA,

in quibus præcipue Syriaca loci Col. III: 11. versio defenditur, *Scythasque* ARAMÆOS dici potuisse ostenditur.

SYNOPSIS.

Autores, qui de voce *Barbarus* commentati sunt §. 1. Ita dicti Germani, Galli, Latini, Judæi. Vocis verum ἔτυμον §. 2. Philo Judæos quoque vocat Barbaros §. 3. *Scythæ* dicti Barbari. Idque ab ipsis Judæis §. 4. Atque hoc nomen diu postea iis adhæsit. Locus mortis Imp. Decii. Anna Daceria notatur. §. 5. 6. Quomodo itaque Scythæ Barbaris opponuntur. Salmasii sententia excutitur. An Scythæ sapientiae laude inclyti §. 7. *Barbari* habiti sapientes. §. 8. Barbaria quando ita dicta. Non opus est, ut dicas à Paulo Scythas opponi Barbaris §. 9. Syri versio examinatur, qui Scythas appellat ARAMAEOS. §. 10. Ita quoque eos appellat Plinius. Idque recte, contra Bochartum §. 11. Scythæ enim sunt *Sagittarii*. Id ex lingua Germanicâ ostenditur §. 12. Et Ebraica & Latina §. 13. Et Græca. Apud Græcos enim Scythæ & Τοξόται sunt synonyma §. 14. Dicti autem

autem ita ob singularem tela emittendi peritiam §. 15. Et ita dicti, *Aramæi*, quæ vox quoque notat jaculatores. רומי §. 16. א præmittitur vocibus ab ר incipientibus §. 17. Hinc forte populi Scythiæ Arimaspi, vel Αριμασαι dicti §. 18. Sed & Aramæus hic notare potest gentilem. A sua enim religione alienos ita appellabant Judæi §. 19.

§. I.

UT recte hic Paulinus locus intelligatur, id præcipue curandum, ut recta vocis Βαρβαρος significatio, ejusque historia tibi innotescat. Indagata ea autem est à quàm plurimis. Horum bene longum catalogum nuper admodum S. R. J. DIECMANNUS, νυν εν μακαριοις in *specimine Glossarii*, quod Rhabano Mauro tribuitur, p. 49. 50. exhibuit. Liceat alios ab eo prætermissos adjungere, si fortassis ita occasionem præbuero humaniorum literarum studiosis, ut quis specimen aliquod Academicum editurus, ad conscribendam de historia vocis hujus dissertationem adjiciat animum. Consulantur itaque præter Lexicographos Leonh. COQUEUS ad August. de C. D. L. I. c. 1. p. 6. J. MEURSIUS ad Lycophr. ad vs. 150. Fr. HOTTOMANNUS de Ritu nupt. p. 469. Christ. BECMANNUS de Origg. L. Lat. p. 280. Hier. MAGIUS Miscell. L. III. c. 13. J. DRUSIUS in Obs. L. III. c. 3. & Quæst. L. II. qst. 17. & Præter. L. VI. p. 238. J. RHODIUS ad Scribonium Largum comp. 171. J. J. CHIFLETIUS in Anast. Childer. c. V. p. 81. 82. R. KEUCHENIUS ad Corn. Nep. Milt. p. 14. G. J. VOSSIUS de Vit. Serm. L. I. cap. 1. L. de la CERDA in Advers. C. CXLII. §. 6. J. C. SUICERUS in Thes. p. 660.

o. Matth. PRÆTORIUS in orbe Goth. L
. c. 1. §. 6. Joh. de HISPANIA in Opusc.
m. 367. Joh. FAES ad Gyr. de sep. p. 141. A.
EIFFERUS in Ebr. & ex N. T. Voc. L. 41.
ıeoph. GALE phil. gener. P. I. L. I. c. 2. Sect.
§. 1. Joh. PERINGERUS sive PERINGSKI-
LD (*a*) in notis ad Joh. Cochlæi vitam Theo-
rici regis editam Holmiæ, a. 1699. in 4. pag.
ɔ. C. A. HEUMANNUS Act. Phil. Germ.
sc. VIII. diss. 2. Jac. Fr. REIMANNUS in
t. liter. T. II. p. 59. sqq. C. VITRINGA Ob-
v. S. L. I. c. 9. §. 16. &, *Grazianus Agricola*
letes, i. e. Johannes Georgius PFEIFFER
tiner. in loca incognita, (qui liber nuper ad-
ıdum heic Bremæ prodire cœpit) P. I. p. 130.
|. Barbaros aliàs pro hominibus insipidis atque
ητοις sumi ostendit L. *Bos* in animadvers. ad
. Lat. p. 12. quibus addo Jul. Imp. Or. II. p.
ed. Spanh. cui Βαρβαριζων και ανοηταινων idem

§. 2. *Germanos* κατ᾽ ἐξοχὴν ita dictos docent Joh.
.VARO ad Sidon. Apoll. L. V. ep. 5. & L.
II. ep. 3. GOLDASTUS in Notis ad script.
Alemannic. T. I. p. 113. & ad Eginh. p. 132. &
2. M. BERNEGGERUS in quæst. ad
.c. c. 91. *Gallos* sic appellatos observat C. BAR-
HIUS ad Claud. epigr. p. 1012. De *Latinis* s.
ımanis idem docuere *Drusius* Obs. L. III. c. 3.

R 5 BER-

(*a*) Obiit ille diem suum superiori anno d. 7. Kal.
r. ætatis LVI. Stregnesiæ enim quæ Sudermanlan-
e urbs est d. 6. Oct. a. 1656. natus est ex Familia
æ Culmbaci in Franconia floruit. Vita ejus &
ipta recensentur in trimestri tertio Actorum lite-
:riorum Sueciæ, quæ anno superiori Upsaliæ edi
:perunt. T. d. H.

BERNEGGERUS l. c. Jac. EMMENI-SIUS ad Virg. Ecl. I. vſ. 71. Th. BANGE-TUS Obſ. Phil. p. 1396. ſqq. quem conſulu-ante alios, non pœnitebit. Is enim omnium time, meo quidem judicio, rem tetigiſſe videt quando vocem noſtram à בר & בור, quæ ap Chaldæos, (*b*) Rabbinos, Syros, Perſas, A-bes notionem rei, aut loci, *alieni*, *peregrini*, *culti*, *deſerti*, *horridi* habent, derivandam ce-ſet. Barbariam olim dictam omnem terram, qu extra ditionis Romanæ limites poſita erat Iſ. C-SAUBONUS ad Lampr. Alex. Sev. c. 58. d-cuit. Judæos quoque à Græcis nominatos Barb-ros, eorumque linguam Barbaram ex Jamblic Chalcidenſi, Amelio, philoſopho Platonic (quem minus recte Druſius Aurelium vocat) Cyrillo contra Julianum jam pridem tradidit H-dr. JUNIUS, &, qui ex Junio ſua hauſit Dr-ſius Præt. L. VI. pag. 238.

§. 3. Philonem Judæum populares ſuos à Gr-cis Barbarisque diſtinxiſſe monet Relandus §. Videri tamen poſſet ille Judæos quoque Barbar-ru

(*b*) Barbarum vix melius deſcribas, quam i verbis quibus Elias in Thisbi hominem בור deſcr-bit quod ſit אדם שאין בו תורה ולא דרך ארץ *homo quo neque eſt cognitio legis*, *neque civilis converſ-tio*; Confer cum his quae Buxtorfius in Le-Talm. Rad. בור, & ברא, בר habet. Iisque ad Rabbinos formula aliquando uti בר מנן, quand malum aliquod fauſto omine à ſe amovere vo-lunt ut Latine dicunt, *quod abſit*. Alias aju חס, vel חס ושלים vel חלילה. In cod. Berac fol. 43. 1. ſub finem legitur. בר מיניה דרב יהודה i. e. Apage cum R. Jehudae ſententia, ne aff-ras mihi argumentum verbis ipſius. T. d. H.

ım adſcripſiſſe numero. Ita non ſolum in li- ɛro de Confuſione lingg. p. m. 321. omnes ter- æ nationes in Græcos & Barbaros diſtinguit, tque ita his includit cives ſuos, ſed & in L. I. de Vita Moſis p. m. 658. Judæos vocat Bar- aros. Cum enim de legibus Moſis & divinis ocutus eſſet, ait, *indigne quosdam tuliſſe has parti antum humani generis innotuiſſe, nempe ſolis Bar- aris* (τμηματι Βαρβαρικῳ) *Graecos vero nullum orum guſtum habuiſſe*, hinc de interpretatione ogitaſſe Ptolomæum Philadelphum porro narrat. Jbi clare vides non ſolum Judæos Græcis oppo- ıi tamquam Barbaros, ſed & tales conſiderari 3arbaros, præter quos vix alii Barbari eſſent in nundo. Cogitandum tamen, Philonem haec ıon ſuo nomine, ſed ex aliorum ſententia ad- lucere.

§. 4. Scythas in Barbarorum fuiſſe numero ɔene Relandus obſervat. Addimus iis, quæ ad d probandum ille adduxit, Curtium qui L. VII. :. 8. *Scythis*, ait, *non ut ceteris BARBARIS udis & inconditus ſenſus eſt.* Galenus in Pro- :r. ad artes; Ὁρας ὡς ȣδεν κωλυει τον Σκυθην Ανα- ;αρσιν και θαυμαζεσθαι τε και σοφον ὀνομαζεσθαι, και τοι Βαρβαρος ἠν το γενος, ȣτος ποτε προς τινος ὀνειδι- ζομενος, ὁτι Βαρβαρος εἰη και Σκυθης; Εμοι μεν ἡ πα- τρις ὀνειδος, συ δε τῃ πατριδι; *Vides quod nihil im- pediverit, quo minus Anacharſis SCYTHES ad- miratione fuerit dignus habitus, & ſapiens voca- tus, etſi BARBARUS erat genere, cui quippe non erat dedecori, quod BARBARUS eſſet & SCYTHA; Mihi enim*, inquiebat, *patria eſt probro, tu autem patriae.* Julius Firmicus de Er- rore profan. relig. p. 31. *Hoc Avarus* (lege Aba- ris) *Scytha feciſſe perhibetur, jam quale ſit conſi- derate, quod SCYTHA BARBARUS conſe-*

cra-

cravit. Clemens Alex. in pæd. L. III. c. 3. de Scythis loquens, πλȣτος, inquit, εἶναι δοκει τῳ ΒΑΡΒΑΡΩ το μεγεθος της ἀμαξης, & rurſus cum de eorum comis locutus eſſet, ἐχει τι, addit, φοϐερον τε ἐντριχον τȣ ΒΑΒΑΡΟΥ. *Denſa* Barbari *coma prae ſe fert aliquid terribile.* Hieronymus in nota Epiſtola ad Suniam & Tretelam, quos perperam A. Rivetus, R. Simonius, & Michael Le Quien feminas putarunt, cum eſſent exercitus Gothici Duces, *Quis*, inquit, *hoc crederet, ut BARBARA GETARUM lingua Hebraicam veritatem quaereret.* Diodorus Siculus hiſt. L. IV. c. 4. p. m. 245. ſcribit Pontum circumhabitari ὑπο ἐθνων ΒΑΡΒΑΡΩΝ και παντελως ἀγριων. Et L. XIV. p. 714. de Bello Lyſimachi cum Scythis loquens hos appellat Βαρϐαρȣς. Juſtinus L. II. c. 2. ſcribit *prorſus admirabile videri cultos Graecorum mores incultae BARBARIÆ* (Scythiae) *collatione ſuperari.* Sæpiſſime præſertim de illius terræ, in qua tot annos coactus eſt tranſigere, Barbarie conqueſtus eſt Ovidius. Loca tantum aliquot producam. Triſt. L. III. El. 3. vſ. 46.

Sed ſine funeribus caput hoc, ſine honore ſepulcri
Indeploratum BARBARA terra teget?

El. X. vſ. 4.

Me ſciat in media vivere BARBARIE.

El. XI. vſ. 7.

BARBARA *me tellus & inhoſpita littora Ponti,*
Cumque ſuo Borea Maenalis urſa videt.

L. V. & X. in qua ſcripſerat v. 48.

Quodque hic in SCYTHICIS finibus eſſe queror

collato vſ. 13. ſcribit vſ. 26.

-- *& tamen intus*
Miſta facit Grajis Barbara *terra metum.*

Quippe

Quippe simul nobis habitat discrimine nullo.
BARBARUS.

t de Ponto L. I. & 3. vs. 38.
Quid melius Roma? SCYTHICO quid littore pejus?
Huc tamen ex illa BARBARUS *urbe fugit.*

L. III. el. 1. vs. 5.
An mihi Barbaria vivendum semper in ista?

L. IV. ep. IX. vs. 93.
Sic ego sum longe, sic hic, ubi BARBARUS *hostis.*

)uin & ipsos Judæos Apostolorum temporibus olitos fuisse Scythas accensere Barbaris ex Philone constat, qui L. II. de Vita Mosis p. m. 56. ita scribit. Ουδε κατα την Βαρβαρον Αιγυπτιοι ȣς Σκυθων νομȣς φυλαττȣσιν, ἡ Σκυθαι τȣς Αιγυπτιων. Quæ ita vertit Gelenius; *Inter Barbaros Ægyptii non utuntur Scytharum legibus, nec Scythicae gentes institutis Ægyptiorum.*

§. 5. Immo diu postea Scythis hæc appellatio dhæsit. Patet id ex historia necis Imperatoris Decii, qua inter Barbaros confectus esse legitur. ta Eutropius L. IX. c. 4. *Cum biennio ipse & filius imperassent, uterque in* BARBARICO *interfecti sunt*; Barbarico: i. e. solo Barbarico ἐλλειψει utens illo ævo valde usitata. Unde recte vertit Pæanius, Eutropii metaphrastes, ἐν μεσοις τοις Βαρβαροις. Aur. Victor in Epitome c. 29. *In solo* BARBARICO *gurgite paludis submersus est.* Et in L. d. Caess. c. 29. *Decii* BARBAROS *trans Danubium persectantes* (c) *Bruti fraude cecidere.* Paulus Orosius L. VII. c. 21. *Decius cum*

(c) Lepidus admodum hic A. Victoris error est, quo

cum filio continuo in medio Barbarorum *sinu* *terfectus est.* Quodnam autem illud Barbaric solum? qui illi Barbari? Anna Daceria in no lis ad Victorem scribit *interiorem Germaniam* e illud Barbaricum solum. Sed hoc ærugo me est, & succus loliginis atræ. Scio quidem Ge manos habitos fuisse Barbaros, sed & id sci quidquid hujus est encomii, non minus trib tum fuisse Gallis. Eodem itaque jure qui quam diceret à Victore *interiorem* Galliam v catam *solum Barbaricum.* Et sane parum t memor fuisti, doctissima mulierum, cum ista chartam conjiceres. Quid enim? In notis tu ad eundem scriptorem de Cæs. c. 29. locum, u Decii cecidere, vocas Abrutum, Mæsiæ urben Bona verba, quæso! Mœsia ergo provincia fu interioris Germaniæ! Ergo si tuo res stabit a bitrio:

Mox Ararim Parthus bibet, aut Germania Ti grim.

Sed id accidisse tibi videtur vulgari nationis tua vitio, in qua sunt, qui ut Germanis, quos Ver

vecur

quo ex urbe Mæsiæ Abruto vel Abrito, propter quar Decios esse occisos ex citatis testimoniis videre est mira Μεταμορφώσει transmutarunt in hominem Bru tum. Persimilis ille est iis, quo Galli errarunt quando ex urbe Noricorum illustri Altdorfio Msi *Altdorfius*, ex articulis Smalcaldensibus *Articulu Alsmacaldum*, *Germanum Lutheranum*, ex Hald, Su vorum urbe, *un Eveque nommé Hallam*, ex Demo cratia & Aristocratia provincias in mappis Geogra phicis quærendas ex Ottone *Guerike*, Cos. Magde burgensi, Antliæ Pneumaticæ inventore *Msr. Mag deburg*, & quæ sunt hujus generis alia, fabricave runt. T. d. H.

um in patria, crassoque sub aëre natos cen-
t, faciant ægre, sæpius turpissime se dant,
ninibusque cordatioribus risum movent. Id-
tum præsertim, quando de rebus agitur,
e situm statumque civilem regionum, extra Gal-
limites positarum, concernunt.

§. 6. Quinam ergo, ais, Barbari illi fuerunt,
er quos & a quibus interfecti sunt Decii? Fue-
t illi SCYTHÆ. Ita Zosimus hist. L. I. c.
id contigisse ait τῃ τȣ Ταναιδος ὀχθῃ ad ripam
naidis, populos, cum quibus decretum est,
cant ΣΚΥΘΑΣ τον Ταναιν περιβαντες, eosque de-
e simul appellat BARBAROS. Jornandus
ribuit Getis, quos non alios a Scythis esse ne-
nescit, in libro de *Regn. success.* p. m. 50. *De-*
ipse bellantibus GETIS cum filio suo crudeli
rte occubuit Abrupto, & in L. de Rebus Geticis
n. 100. *Decius veniens Abrupto, Mæsiæ civita-*
i, circumseptus a Gothis ipse exstinguitur. Qui
is hodieque Decii ara dicitur. Zonaras Ann.
II. p. m. 231. vocat ΒΑΡΒΑΡΟΥΣ τον βοσφορον
ομενȣς, *Barbaros Bosphoranam regionem popu-*
tes, quis autem nescit hanc ad Scythiam per-
ere? Lactant. de Mort. Persec. c. 4. describit
rpos, qui tum Daciam Mæsiamque occupave-
t, quos notum est, ejusdem cum Scythis esse
ginis eosque pariter appellat *Barbaros*. Con-
ntinus Imp. in Or. ad sanct. cœtum c. 24. De-
objicit eum internecione deletum ἐν τοις ΣΚΥ-
ΚΟΙΣ πεδιοις, & propterea Romanorum impe-
m ludibrio objecisse τοις Γεταις, i. e. *Scythis.*
nnium plenissime autem Georgius Syncellus in
ronogr. p. m. edit. regiæ Par. 376. hæc tractat.
υθαι παραιωθεντες, οι λεγομενοι Γοτθοι, τον Ιςρον
ταμον ἐπι Δεκιȣ πλειςοις των Ρωμαιων ἐπικρατειαν
ενεμοντο. - - Επανιȣσι δε Σκυταις ἐπι τα σφετερα
ὁ ἀν

ὁ αὐτος Δεκιος ἐπιθεμενος ἀναιρεῖται ἐν Αβρυτῳ ;
λεγομενῳ, φορῳ Θεμβρωνιῳ, συν τῳ παιδι ο θεομαχ
Σκυθαι δε κ. τ. λ. *SCYTHÆ, qui & Gotth
Istro trajecto, imperium Romanum sub Decio c
populantur - - SCYTHAS porro in provinciam
referentes ad Abrytum urbem, Tembronium dictu
cum filio trucidatur Dei hostis, Decius. SC
THÆ autem; &c.* Horum verborum parte
Daceria citat, non itaque debuisset locum, in q
periit Decius, quia *Barbaricum* solum vocatu
collocare in media Germania. Saltem ex l
constat Scythiam tertio sæculo dictam esse Bar
riam.

§. 7. Quæ cum ita sint, operæ videtur pr
tium esse, ut indagetur, qua ratione Paulus Sc
thas potuerit opponere Barbaris, cum Scyt
essent Barbari. Claudius Salmasius in Ossileg
linguæ Hellenisticæ singulari hîc methodo pro
dit, putatque Paulum *vitandæ ambiguitatis
obscuritatis gratia quæsivisse inter barbaras gen
eam, quæ minime omnium esset barbara, & q
sapientia ac prudentia humana cæteris præceller
Hanc autem esse Scythicam. Ideo Scytham c
Barbaro composuisse ut sapientem cum insipien*
Idque probare nititur ex verbis cum Herodot
tum Epitomatoris Trogi. Sed nescio an ex h
sequantur, quæ inde elicere se posse putabat v
summus. Quod enim Herodotum attinet, il
nihil docet aliud, quam Scythas inter gente
quæ propter Pontum Euxinum habitabant, em
nuisse sapientia. Quod non mirum, cum hæ pr
ter formam vix aliquid humani crederentur pos
dere. Vide quæ à Relando §. 7. & ibi a me n
tata sunt. Inter illos itaque Scythæ sapientior
sint judicati. Non magis tamen inde elicies e
sapientiæ laude floruisse, quam si velles colliger
lusco

luſcos, qui inter cœcos Reges ſunt, propterea tam acutum cernere, quam Aquila, aut ſerpens Epidaurius. Tantum porro abeſt, id ex verbis Juſtini ſequi, quod colligere vult Salmaſius, ut prorſus aliquid contrarii in ejus verbis deliteſcat. Quod ea conſideranti clariſſime patebit. Scythas enim ille ob continentiam, juſtitiam atque abſtinentiam laudaverat. Atque his virtutibus eos nunc Græcos anteire docet. Id vero mirum eſſe, cum Græci aliter meliusque inſtituantur, innuit. *Prorſus*, ait, *ut admirabile videatur*, *hoc illis naturam dare quod Græci longa ſapientium doctrina, præceptisque Philoſophorum conſequi nequeant. CULTOSque mores INCULTÆ BARBARIÆ collatione ſuperari.* Vides de ſola temperantia ſermonem eſſe. Eam adtribui Scythis. Tantoque magis laudari, quod id natura duce aſſequantur, quod cultiores populi vix accurata inſtitutione, multisque præceptis aſſequuntur. In reliquis ab INCULTA BARBARIE non abſolvi. Ergo *inculti* ſunt & *barbari*. Simili plane loquendi modo utitur Antiphanes Comicus apud Athen. L. VI. p. 226.

Εἶτ' οὐ σοφοὶ δή τ' εἰσὶν οἱ Σκύθαι σφόδρα;

Annon igitur inſigniter ſapiunt Scythæ?

Quibus verbis primo intuitu ſapientiæ laude eos egregie commendari diceres, cum tamen ex toto contextu pateat eos ſolummodo ob ſingularem infantum educationem laudari. Legimus Caffares, quos Hottentottas vocant, ob caſtitatem, rarumque adulterii crimen laudari. Sæpe id noſtræ gentis hominibus exprobratum fuit, *prorſus admirabile videri*, *hoc illis naturam dare*, *quod*

Christiani longa religionis pulcherrimæ doctrina præceptisque Magistri sui consequi nequeant, cultosque mores INCULTÆ BARBARIÆ *collatione superari, tantoque plus in illis proficere vitiorum ignorationem, quam in his cognitionem virtutis.* Quisquis autem inde illos Promontorii Bonæ Spei accolas, tanquam singulare exemplum sapientiæ laudatos, & Christianis tanquam stolidis opponi, vellet conjicere, næ ille ridiculus foret. (*d*)

§. 8. Negare tamen nolim Scythis sapientiæ laudem aliquando tributam. Noti sunt eorum Philosophi Abaris, Anacharsis, Zamolxis, Toxaris. Curtius L. VII. c. 8. *Scythis non ut cæteris Barbaris rudis atque inconditus sensus est, quidam eorum sapientiam capere dicuntur; quantumcunque gens capit semper armata.* Et Origenes contra Celsum L. I. c. 14. hunc dixisse scribit *Homericos Galactophagos & Gallorum Druidas & GETAS*, i. e. Scythas, fuisse ἐθνη σοφωτατα. Nemo tamen unus Scythas in exemplum sapientissimi populi proposuit unquam, eosque ut tales cum Barbaris, tanquam fatuis & bardis, constituit adversis frontibus pugnantes, cum & Barbari ipsi sapientiae laude aliquando fuere commendati. Ita Clemens Alexandr. Strom. L. I. p. 223. φιλοσοφια παλαι μεν ΠΑΡΑ ΒΑΡΒΑΡΟΙϹ κατα τα ἐθνη διαλαμψασα, ὑστερον δε και εἰς Ελληνας κατηλθεν. *Studium sapientiae olim quidem apud* BARBAROS *per gentes resplenduit, postea autem ad Graecos transiit.* Et cui ignota sunt Diogenis Laertii verba, quibus

libros

(*d*) Confer, quæ contra hanc Salmasii conjecturam Christ. *Scotanus* de secunda mundi ætate p. 161. & Alex. *Morus* in Notis ad loca N. T. monuerunt; T. d. H.

ibros de Vit. Philof. inchoavit? Τὸ τῆς φιλοσο-
ιας ἔργον ἔνιοι φασιν ἀπὸ ΒΑΡΒΑΡΩΝ ἄρξαι. Ad
uem locum Menagius id fuffragiis Juftini Mar-
yris, Tatiani, Theophili, Eufebii, Athanafii,
heodoreti confirmari annotat. Fuerint itaque
nter Scythas fapientes, non tamen eo nomine
nter eos, & Barbaros, à quibus fapientiam ad
lios populos derivatam creditum fuit, tanquam
apientes & ftultos inftitui potuiffe ἀντιμαχίαν vi-
es. Neque tamen & illis poffum confcifcere,
ui ratione prorfus contraria incedunt, inter
uos Erafmus eft, qui in Notis ad N. T. ita fcri-
it. *Barbaro oppofuit Scytham, non quod is Bar-
arus non fit, fed quod prae hoc reliqui Barbari
on fint Barbari.*

§. 9. Subiit aliquando ea cogitatio animum
neum, cum Scythia olim quam longiffime pate-
et, & non folum vaftiffimas Afiæ feptentrioni
djacentes regiones, fed & longe maximam Eu-
opæ partem finu fuo complecteretur, Barbaria
utem vaftiffima Africae littora, quae mare me-
iterraneum alluunt, defignare foleat, annon
Apoftolus noftra phrafi voluerit defignare ὅλην
ὴν οἰκουμένην, regionesque ad meridiem & fepten-
rionem extenfas? Sed cum illico in mentem
eniret omnium primum effe Anaftafium Sinai-
am, feculi fexti fcriptorem, qui id nominis (*e*)
li Africæ parti dedit, quidquid illius conjectu-

(*e*) Herbelotius in Bibl. Orient. fcribit Arabes
radere, Afrikin filium kis, filium Safi, Homeri-
am, dediffe Africæ nomen, cumque penetraffet
n regiones, quas nunc *Barbariæ* nomine infigni-
nus, dixiffe illis populis *Ber Beratcom*, i. e. regio
eftra, vel valde deferta eft, vel abundat frugibus.
Refert

tæ erat, periit illico. Sed non opus est, ut in indaganda illius oppositionis ratione tam anxie desudemus. Saepe enim Paulus conglomerat varias voces, quarum pars invicem sibi adversatur, pars una aliam explicat. Ita Rom. VIII: 38. θανατον cum ζωη facit confligere, non autem αγγελοι, αρχαι, δυναμεις ut sibi adversantia ponuntur. Sic Col. I: 16. ορατα & αορατα consideranda sunt, ut antitheta, non autem θρονοι, κυριοτητες, και εξουσιαι, quibus vocibus indicantur angeli. Pariter 1. Cor. III: 22. Ἐιτε Παυλος, ειτε Ἀπολλως, ειτε Κηφας, ειτε κοσμος, ειτε ζωη, ειτε θανατος, non habet κοσμος, uti reliqua, quibus adversetur. Confer quoque Rom. VIII. 35. Non itaque necesse est, ut in hoc loco Scythen cum Barbaro in opposita lance collocatum dicas.

§. 10. Examinat §. 8. perinsignis Relandus versionem Syri interpretis, eumque in hoc loco à contextu Graeco ita recessisse putat, ut mirari quis debeat, qui eum conferre velit cum codicibus Graecis. Tantam tamen discrepantiam heic quidem loci mihi non licet deprehendere. Omnium enim quorum meminit Graecus, meminit quoque Syrus. Et *Graeci* & *Judaei*, & *circumcisionis* & *praeputii*, & *Scythae*, & *barbari*, & *servi*, & *liberi*. Omnis differentia in eo tantum est sita, quod *Scytha* & *Graecus* transpositus est. Ubi vero ais, Scythae hic mentio? Immo puto

Refert porro Abdalber, auctorem libri Ansab, memoriæ prodidisse Bar, filium Lakis Gailan, Regis Ægypti, cum in has terras confugisset, suos, cum interrogati essent, quid rerum novarum apportarent, respondisse *Barbar*, vel Ber Ber, hoc est, Bar vivit in deserto; atque ita regioni suum nomen dedisse. Vide illum in voce *Berber*. T. d. H.

o Syrum Scythen ſuo ſuo appellaviſſe vero & ntiquiſſimo nomine, quando illum vocavit ܐܪܡܝܐ ARAMÆUM. Aramaeos enim dictos ſſe non ſolum Scythas, ſed & hos à Syris ſua nguâ vix commodius aliter potuiſſe appellari, d vero nunc à nobis oſtendendum erit.

§. 11. Scythis *Aramaeorum* nomen datum diertiſſimis verbis nos docet Plinius H. N. L. VI. . 19. *Ultra ſunt SCYTHARUM populi. Perſae llos Sacas in univerſum appellavere à proxima ente. Antiqui* ARAMAEOS, ſive ut omnes anu exaratos habere codices Harduinus teſtatur, RAMOS. S. Bochartus in Geogr. S. L. II. 6. *turpem* hunc vocat Plinii errorem. Sed uam fidem, *Bocharte*: ſi quae ab Auctoribus arrantur, quae alibi vel non legiſti, vel te legiſſe eminiſti, eane confeſtim in numerum referre *urpium errorum* tibi erit integrum? Ecquis itaue à talibus unquam erit immunis? Ego vero utem & Scythas olim dictos Aramaeos, neque à yris ſua lingua potuiſſe appellari aliter. Neque uidquid hujus denominationis eſt, arceſſendum uto, vel ab Aramo Semi filio, vel quod Aramaeis el Ἀριμοῖς, i. e. Syris eſſent vicini, vel quod הרי montes incolerent, ſed, quod Phœnicum ngua idem Aramæorum nomine ſignificatur uod Scytharum.

§. 12. *Scythas* enim eſſe *Sagittarios*, & à peria jaciendi ſagittas ita eſſe dictos, neque alios ſſe, quam Germanorum noſtrorum, Schützen / chutten; id à viris undequaque doctiſſimis G. . Voſſio, S. Bocharto, O. Rudbeckio, H. Groo atque aliis dudum obſervatum eſt. Franciſum Foris *Otrokoksi*, fortem olim fidei confeſorem, at deinceps ejus Apoſtatam in Orig. Hunar. L. I. c. I. hoc nomen derivare ab Ebraico

סכך *texit*, operuit, unde סכה tugurium, quasi dicti essent ita, quod habitarent in tuguriis, scio. In qua sententia ei præivit Dionysii scholiastes Eustathius. Nuper quoque Vir in hoc eruditionis genere princeps, mihique amicissimus J. G. *Eccardus* in diss. de usu & præstantia studii Etymologici in historia p. 5. ab illa sententia discessit, cum putet ipsos à *Scheiden*, σχίζειν, vel huic cognata voce, quasi *avulsos & separatos à reliquis populos* potius, quam à jaculando appellatos fuisse. Sed, non vidi satis dignas adductas esse causas, propter quas à vulgari opinione abeundum sit: Quod enim Eccardus scribit. *Jaculandi quidem arte excelluerunt Scythae, sed cum alii quoque populi arcum optime tractare potuisse legantur, nec tamen inde nomen traxerint, non video, cur Scythis solis jaculatorum ex eo titulus dandus sit.* Hujus argumentationis quodnam robur sit, patebit, si hoc modo liceat invertere. *Ab aliis populis avulsi & separati fuerunt Scythæ, sed cum de omnibus terrae populis id dici possit, nec tamen illi inde nomen traxerint, non video, cur Scythis solis separatorum ex eo titulus dandus sit.* In lingua inferioris Saxoniæ, qua Cauci me utuntur, nota sunt *Scheten*, *Schutte*, *Schutters*, i. e. *jaculari*, *jaculatores*, à qua antiquissima pronuntiatione nunc, quod & alias plerumque fit, longius abeunt Germaniæ superioris incolæ, dicentes Schiessen/ Schutze. Belgæ, *Schieten*, *Schietgeweer*, *Schutter*. Anglis, *Shote*, *Shulte*, Angli Saxones *Sceotan*; Iisdem *Sceoten* est jactus, *Scytta*, Sagittarius. Italis *Scuotere*, *Scotere* est idem, quod Latinis *Excutere*. Prussis *Szythi* notare sagittam observat Prætorius in Orbe Goth. L. I. c. 7. §. 1. Eandem vocem in usu quoque esse Suecis Olaus Rudbeckius probat Atlant. p. I c. X.

.X. §. 3. f. 15. Inter alia ibi hæc habet ; *Nos* *enatores regios vulgari nomine* **Skyttar** / *& bo*-*am partem militum, quos urbes in copiarum mari*-*imarum supplementum emittunt*, **Byskse Skytters** *ppellamus. Etiam in nonnullis antiquissimorum* *legum literis* **Stadzens-Skytt och Skyttehuus** e. *urbis arma & armamentarium leguntur. Nec* *ifrequentes istae voces sunt apud Bibliorum inter*-*retem Sueonicum, uti videre est* 1. *Reg.* (vel po-us Samuelis) XXXI: 3. ubi bis occurrit **Skyt-arne**; ubi Lutherus habet **Schützen**. Neque uisquam miretur, Scytharum nomen cum vo-bus Germanis, vicinorumque populorum com-oni, cum viri docti non solum passim compro-averint, Germanos ortos esse à Scythis, sed & os locutos esse Germanice, cùm alii, tum præ-ipue Boxhornius in epistola peculiari ad Nico-ium Blancardum scriptâ conatus sit ostendere.

§. 13. In lingua Ebraica hujus derivationis su-ersunt vestigia; Eædem enim literæ occurrunt, ı קשת arcus, שקת, sagitta, uti & Græcorum ·ξον, convenit cum תקש. Sic חצץ sagitta trans-ositis literis est צחץ, sachatz. Et aut multum llor, aut huc spectat Latinorum SAGITTA, : Græcorum σαγιτα apud Suidam, unde & σα-ιτοϐολον apud Leonem in Tacticis. Tolle enim ocales, quæ à veteribus non adscribebantur, ım deprehendes utrobique easdem literas, g ıntum in cognatam c vel k mutata, quo nil est equentius. Saltim, quis non videt, aptiorem anc esse etymologiam, quam si cum aliis dicas, *ıgittam* dictam, *quod satis longe agatur, vel quod* *ıgaciter mittatur, vel quod sagax sit ictus ejus*, uibus nihil magis inficetum excogitari potest? ortassis huc quoque pertinet *Scutum*, genus ar-

morum, quod ſagittas excipit, & retundit, niſi mavelis hoc convenire cum Germanorum Schutzen / Schutten; beſchutten/ quod corpora militum ſe contra hoſtium ictus tueantur ſcutis.

§. 14. Neque ſolum convenientia literarum Scythas eſſe Sagittarios docet, ſed & veterum auctorum teſtimoniis id probari poteſt abunde Ita lictores miniſtrique Athenienſium, quod plurimi eorum gente Scythæ erant, dicebantur Scythæ; ſed & illi appellati fuere Τοξοται, i. e. *Sagittarii*, quod Scytha notaret Τοξότην. Suidas ΤΟΞΟΤΑΙ, ὁι δημοσιοι ὑπηρεται - - Εκαλȣντο δε ȣτοι καὶ ΣΚΥΘΑΙ, Jul. Pollux L. VIII. c. 10. ſcribit τῶν δικαςηριων και των ἀλλων συνοδων δημοσιȣς ὑπηρετας vocari Σκυθας και Τοξοτας, *Scytas & Sagittarios.* Etymologici magni Auctor; ΤΟΞΟΤΑΙ δε και ΣΚΥΘΑΙ, αι δημοσιοι δȣλοι Αθηνεσιν. Sic Σκυθης & Τοξοτης permutatur apud Ariſtophanem in Lyſiſtr. vſ. 434. & vſ. 450. & 452. Ejus Scholiaſtes ad Θεσμοφ. vſ. 1026. hæc habet. Τον Σκυθην): i. e. τον Τοξοτην, ὁι γαρ τοιȣτοι Τοξοται - - ὑπηρεται, και φυλακες, ὡς ἐπι τὸ πλειςον το γενος Σκυθαι ἠσαν. Et ad Acharn. vſ. 54. Εισι δε ὁι Τοξοται, δημοσιοι υπηρεται, τον ἀριθμον Χιλιοι, ἐκαλȣντο ȣτοι και ΣΚΥΘΑΙ. Huc pertinet, quod in Andocidis Or. de pace Lacedaemon. in initio legitur. Και Τοξοται τριακοσιȣς ἐπριαμεθα. Inprimis notanda verba Æliani in Tact. c. 2. p. m. (edit. omnium primae Venetae 1552. in 4.) Οι δε των ἱππεων τοξεις χρωμενοι, ἱπποτοξοται λεγονται, ὑπ' ενιων δε ΣΚΥΘΑΙ: *Qui in equis ſedentes, Sagittis utuntur, dicuntur* ἱπποτοξοται *ab aliis SCYTHÆ.*

§. 15. Scythas itaque notat *Sagittarium.* Hoc autem nomen Scytharum populi datum, quod ja-

jaculandi arte excellerent. Id quondam à τῳ πα-υ Bocharto in Phaleg. L. III. c. 13. observatum est, ubi id agit ut Gogum & Magogum in loco Ezech. XXXIX. 3. ubi eorum arma arcus & sagittae commemorantur, denotare Scythas ostendat. Addamus nonnulla loca, quæ ille non adtigit. Orpheus in Argon. vs. 1072.

ΤΟΞΟΦΟΡΟΥΣ ΤΕ ΣΚΥΘΑΣ Αρεος πιϛȣς θερα-πουτας,

Teliferosque Scythas, genuinos Martis alumnos.

Plutarchus in L. de tuenda valetudine & in Demetrio Scythas inter potandum contrectare arcum, & cantare soluto arcu commemorat. Æschylus in Προμ. δεσμ. vs. 710. Scythas describit εκηβολοις τοξοισιν εξηρτημενȣς. Plinius L. VII. c. 56. *Arcum & Sagittam SCYTHEN Jovis Filium invenisse dicunt.* Scholiastes Lycophronis ad Cass. vs. 49. Teutarum Scythen sagittis uti docuisse Herculem testatur. Ovidius Getas i. e. Scythas vocat *Pharetratos* de Ponto L. I. ep. 8. vs. 6. Alexander M. inter milites habuit Scythas Sagittarios. Id disco ex Polyæni Stratag. L. IV. c. 3. §. 27. Αυτος ὑπερασπιϛας ἀγων, και μιαν οπλιτων φαλαγγα και το ΣΚΥΘΙΚΟΝ ΤΟΞΙΚΟΝ, ὁσον ἠν προελθων. Quæ ita vertit Justus Vultejus. *Ipse cum satellitibus & uno armatorum agmine SCYTHISQUE SAGITTARIIS omnibus progressus.* Sic Scythici arcus & sagittarum (f) meminit Theocr. Idyll. XIV. vs. 56.

(f) De peculiari forma arcuum Scythicorum vide Is. *Vossium* ad Melam. p. 102. & Spanh. de Numism. T. I. p. 326. Valesium & Gronovium ad Amm. Marcell. l. c. Lips. in Poliorc. L. IV. c. 6.

Ωχετο Μαιωτισι λαβων ἐνκαμπεα τοξα.

Ubi Scholiastes; *Μαιωτισι, ἠθοι Σκυθισι, Μαιω οι Σκυθαι περιοικȣντες την Μαιωτιν λιμνην. Εχρητο Ηρακλης τοις σκυθικοις τοξοις, διδαχθεις παρα τ. Σκυθȣ Ταςταρȣ.* Et Terent. Maurus in L. Rythmis statim ab initio.

Ceu Parthus solet aut Scythes
Arcus cornibus extimis
Levem nectere lineam.

Immo vulgare Scytharum insigne erat pharetr Hinc Himerius Sophista apud Photium Bibl. m. 1136. Abaridem Scytham scribit Athen venisse *τοξα ἐχοντα, και φαρετραν ἐμμενον ἐις ὠμ* Et hinc columnæ sepulchri Toxaris Scythæ in sculptum fuisse virum *τη λαιᾳ μεν τοξον ἐχοντα ἐ τεταμενον, τη δεξιᾳ δε βιβλιον*, *sinistra quidem a cum intensum habentem, at dextra librum* testat Luc. in Scytha T. I. p. 592. (Idem in Toxa T. II. p. 37. *τοξευειν ἀγαθȣς ἐιναι Σκυθας* scribit. Telorum quoque Scythicorum meminit Amn Marcell. L. XXII. c. 8. Plato L. IV. de Re T. II. p. 795. Curt. L. X. c. 1. Lucanus L. I Lycophron in Cass. vs. 917. ubi vide Isaacum (g Tzetzen. Strabo L. II. p. 125. Aristot. de Mira bilibus in fine.

§. 16. Vides itaque *Scythas* esse *Sagittarios* vides quoque causam hujus denominationis. Se quid hæc, quæeris, ad nomen Aramæorum, qu Syrus usus est, faciunt? Dicam; Aramæu idem est, quod Scythes sive Sagittarius. Qui enim nescit רמה Ebræis, & Chaldæis, uti ܪܡܐ Syri

(g) Aut potius Johannem, Isaaci fratrem, hun enim eorum scholiorum auctorem esse ostendit Lud Kusterus in notis ad Suidam p. 423.

yris esse jaculari, emittere sagittas? Hinc Jer. V : 29. רמה קשת, notat sagittarium, Lutherus vertit Schutzen; Belgae *Boog-schutters*, & Psal. LXXVIII : 9. רומי־קשת, ubi pariter Belgæ *Boog-schutters* habent. Sic רמח vel רומח notat spiculum, lanceam, quam ejaculantur, unde sæpissime conjungitur cum scuto רמח קשת melius vertitur arcus jaculationis vel projectionis, quam, quod vulgo fit, dolosus. Apud Samaritanos מרמיו Gen. XXVII. 3. occurrit & notat pharetram. Vix dubito hanc vocem referendam esse ad רם vel רום, quod scilicet sagittæ in *altum* projiciantur Illiusque vocis vestigia in aliis linguis vernaculis non prorsus desunt. Huc enim refero *frameam*, quæ vox teste Tacito veteribus Germanis *hastam* denotavit, quæque cum voce pfriem/ nos dicimus *preemen*, videtur esse eadem, nisi fortassis eam malis derivare à פרם scidit, discidit, & *romphæam*, vel ῥομφαίαν, quam cum framea eandem esse veteres Glossae docent. *Rumex*, teste Festo, *est genus* TELI *simile spari Gallici, cujus meminit Lucilius, Tum spara, tum rumices portantur tragula porro.* Πρόμος, jaculator occurrit apud Homerum. Il. Γ. vs. 44.

§. 17. Cum igitur רומח notet *jaculatorem* hinc factum ארומי, sive أرمى idque praefixo ה vel א. Quod mirum videri nemini debet, cum sciamus frequentissime illam literam א praeponi, & quidem in nominibus propriis, ab ר incipientibus. Sic Arimathaeam Lucae XXIII : 51. Eusebius in Onomastico vocat Ῥαμα & Αἰμα, quam alibi dicunt Ramam & quam Josephus & scriptor Libri I : Macc. II : 34. appellant Ῥαμαθα, Ῥαμαθεμ.

Ramoth

Ramoth urbem Josephus videtur vocare Αριμανοι L. IV. c. 7. & alibi Ἀραμαθα. Urbem הרמה Harama, quæ memoratur 2 Chron. XVI: 1. & 1 Reg. XV: 17. eidem est Ραμαθων. Patria Samuelis רמתא Ραμαθα Suidæ dicitur Ἀρμαθεμ. *Ragab* locum trans Jordanem Eusebius vocat Ἀργοβ, Josephus Ραγαβα, qui forte est ארגב *Argob* in Basan, cujus sacræ literæ aliquoties meminere, pro quo Samaritanus scribit רגובא *Rigoba*. Illustris ille Scythes, vulgo Abaris dictus a Scholiaste Aristoph. in Equites vs. 727. vocabatur Βαρις in veteribus editionibus, licet nunc posterior habeat Αβαρις. Mons Thabor Josepho dicitur sæpius Αταβυριος vel Ιταβυριος. אשרור est à שרר *vastare*. Ita *Ram* Ruthæ IV: 19. & 1 Par. II: 9. 10. Matthæo I: 3. & Lucæ III: 33. vocatur Ἀραμ. Vide si merentur, quæ in hanc rem annotavi in diss. de Ὀιολ. Judd. c. IV: § 7. Unde ipse Relandus noster non dubitavit vocem hanc Aramæus derivari ab Arabico رومي *Roumi*, i. e. Græcus.

§. 18. Fortassis etiam hujus vocis reliquiæ relictæ sunt, in Suecorum *Arimen*, qui iis sunt milites, qui sagittis utuntur, unde & Odinum, Martem, belli præfectum vocant *Arimader*. Inter convitia militaria, quibus Hungari, Scytharum progenies, sive per jocum, sive irati in hunc usque diem utuntur, frequentissime est τὸ *Armanyos*. Præterea inter Scythiæ populos numerantur passim, quorum nomen cum Aramæorum vel Arimæorum valde convenit. Eos Lucanus, Plinius, Solinus, Gellius, Strabo, Herodotus, Dionysius vocat *Arimaspos*, Orpheus vs. 1060. Αριμαστας, Arrianus Agriaspos. Ammianus Marcellinus Armephos, ut in plerisque codicibus legitur. Herodotus, Mela, Solinus, Plinius quoque

e mentionem inter Sc thas faciunt Arymphæo-
m. Et notandum in primis eſt, tradidiſſe ve-
es Arimaſpos illos, quos paſſim vocant Αρει-
νεας ἢ Αρειμανιες, a peritia, qua pollebant, e-
ittendi ſagittas ita dictos, licet id plane alia ra-
one inſtituant. Audiamus Euſtathium Schol.
ionyſii, ad vſ. 30. Οτι εθνος Σκυθικον οι Αριμασ-
ι, και τετες ουτος Αρειμανεας ἢ Αρειμανιες λεγει.
σχυλος δε μονωπα ςρατον ονομαζει, διοτι ΤΟΞΙΚΩ-
ΑΤΟΙ οντες επιμυετι τον ετερον οφθαλμον δια τ
ος την βολην ευςοχον. Quod autem illam deriva-
onem hujus vocis adtinet, qua cum Euſtathio
erodotus populos illos dictos ita tradit, quaſi
onoculos, à vocibus Scythicis, *arima* unum,
ſpu, oculus, vel *Ari*, unum, & *Maſpos* ocu-
s, ecquis non videt anilibus eam niti figmentis,
nihil ea eſſe ineptius? Neque illarum vocum
nificationis in veteri lingua Scytharum,
que in hodierna Hungarorum, Slavorum, Da-
rum, Germanorum, Celtarum, Tartarorum,
t Turcarum ullum reſtat veſtigium: Putem ita-
e in his nominibus antiquiſſimum Scytharum
men, quo dicti ſunt *Aramæi*, delitescere, ad-
a tantum terminatione vel Germanica *ter*,
rimaſter) unde Αριμαςαι, vel Hungarorum *fi*
l *phi* (quæ vox iis notat *filium*, *progeniem*, &
piſſime nominibus familiarum additur, ut in
lfi, Abafi, Banfi,) unde factum *Arimaſpi*,
l *Arimphæi*. Atque hoc jam ſuboluiſſe gaudeo
rokocſio in Or. Hung. L. II. c. 13.

§. 19. Si quis tamen putet ſibi rationes eſſe,
opter quas ad noſtram ſe accedere non poſſe
ntentiam putet, illi dijudicandum offero, anne
rus per Aramæos indicaverit gentiles, quos
dæis, tanquam ab eorum religione alienos vo-
erit opponere. Facit id enim alias. Sic illud
Gal.

Gal. II: 14. Ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς ita vertit ܐܪܡܐܝܬ ܚܝܐ ܐܢܬ ܘܠܐ ܝܗܘܕܐܝܬ Et Gal. III 28. Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην, transfert ܠܝܬ ܝܗܘܕܝܐ ܘܠܐ ܐܪܡܝܐ Quod enim primi qui in ſcriptura memorantur, idolorum cultore Thare, Nachor, & Laban eſſent Aramæi, ſive Syri, hinc illa appellatio deinceps ad omnes idololatras derivata eſt. Ita uſurpat Onkelos ארמאי Lev. XXX: 47. Et in Gemara Babylonica Co dicis עבודה זרה f. 26. n. 2. Cuthæus medius po nitur inter Judæum & Aramaeum, i. e. gentilem Idololatram. Ita poſterioris ævi Rabbinos ארמים Aramæos vocare non Judæos, ſive ei ethnici ſint ſive Chriſtiani, compluribus adductis teſtimonii oſtendimus in diſſ. de *Lapide fundamenti* cap. III §. 27 quando ibi conjecturam proponebamus d etymo vocis ארמלס, quo Judæi ſuum Anti-Meſ ſiam inſigniunt, qui ita dictus videtur quaſi ארמי אל Deus *Arimæorum*, i. e. gentilium. Sicu itaque Symmachus Gen. XIV: 1, 9. מלך גוים *Re gem gentium* vertit βασιλέα τῶν Σκυθῶν, *Regem Scytharum*, ita Syrus pro *Scytha* potuit ſcriber *Aramæum*, i. e. gentilem. Sed heic ſcribend nunc finem facio, poſtquam monuero, quod ſu pra §. 3. neglexi, Joſephum quoque populare ſuos *Judæos* inſignivisse *Barbarorum* nomine. Fa cit illud in prooemio L. de Bello Judaico, ubi τοὺς ὁμοφύλους ſuos Arabes, Babylonios, Parthos, A diabenos, cisque Euphratem habitantes appella τοὺς ἄνω ΒΑΡΒΑΡΟΥΣ.

VI

VI.

Vita

OH. HENRICI MAII,

Theologi *Giessensium* celebratissimi.

OH. HENRICO MAJO patriam natalesque Anno MDCLIII, die V. Febr. in Marchionatu Bado-Durlacensi *Pforzhemium*, insignis is literarum in Germania Instauratoris Joh. UCHLINI natale solum, præbuit. Patrem lem nactus est, JO. GEORGIUM MAJUM, bi divini ministrum in urbe patria; Matrem ARGARETHAM DOROTHEAM UZIAM. Quum jam inde a prima ætate prode- alacrem ad studia litterarum animum, quo em excolerentur, ab optimo parente, anno tis undecimo *Durlacum* est missus una cum re natu majore, JO. BURCHARDO, maoribus annis illustris Gymnasii Durlacensis num Professore & Bibliothecæ Præfecto, dee Historiarum & Eloquentiæ Doctore Kilonsi ordinario celeberrimo. Jam superatis inoribus scholis ad publicas in Gymnasio præiones admissus erat, quum ductu JO. FECH- in Metaphysicis, Ebraicis, Theologicis inieretur, in Physicis & Mathematicis Vir Cl. ECKHAMERUS, in Logicis, Ethicis, Po-is & Historicis Cl. JO. GERHARDUS AR-DLDI, Rector postmodum celebris Gymnasii eno-Francofurtensis, fidelibus animum prætis imbuerent. Quin etiam in hac Palæstra boratam suo marte disputationem Philosophico-

co-Theologicam, *De concursu DEI cum re creatis*, Præside modo laudato D. FECHTI publice defendit. Hinc An. MDCLXXI. Vi bergam profectus diligentissime ab ore pepen virorum fama illo tempore magna insigniu SCHURZFLEISCHII quem in eloquentia historia, STOLBERGII, quem in Græcis, BRAHAMI CALOVII, JO. GEORGII GR NII atque JO. MEISNERI, quos in Theo gicis Doctores venerabatur. Inter hæc patria b lo misere vastata, quum satis præsidii a parer bus exspectare non posset, apud exteros expe fortunam in animum induxit. Meditabatur i tur iter in Sueciæ regnum, ipsique comitem jungebat ERLANDUS DRYSELIUS, Pı positus nunc in Ostro-Gothia Jonkœpingen Hæc agitans consilia pervenit Hamburgum, in ESDRAM EDZARDUM incidit, & ex de Hafniæ ministri cujusdam aulici liberos e diendos suscepit. Transigendo proinde ibi te pus hibernum frequenter interfuit summe vene bilis Episcopi WANDALINI, & Docto Theologi WITSLEBII prælectionibus, postl bito insuper itinere Suecico Hamburgum rev tit, ubi ædibus exceptus Edzardianis, trium fil rum studia per biennium integrum est moderat quo tempore, quantum in linguis profecerit c entalibus, est perspicuum. Quamobrem m Lipsiæ, confluentibus ad ipsum auditoribus p rimis, linguas docuit orientales, inde Viteberg iterum se contulit, ubi a B. CALOVIO non lum humaniter exceptus, sed etiam ipsi cura nici filii est commissa litteratura orientali per liendi, qua occasione anno MDCLXXIX. illius præsidio *de veritate Christianæ Religio contra Judæos* potissimum disputavit. Tum

g

gentoratum profectus eit, ubi SEB. SCHMIDIUM & BALTH. BEBELIUM præ aliis assidue audivit, & virtutibus ad ipforum amicitiam aditum fibi facile aperuit. Quo factum, ut ipfi ad collegia publicam invitationem affigendi facultas concederetur, immo locus inter Profeffores offerretur, quem tamen, belli ftrepitus ibi locorum excitatos metuens, modefte declinavit. Interim Sereniffimus Princeps Palatino-Veldentianus, LEOPOLDUS LUDOVICUS, cujus tunc aula erat Argentorati, a concionibus ipfum aulicis effe voluit, cui muneri quum per annum, & quod excurrit, præfuiffet, a Sereniffimo Marchione Bado-Durlacenfi præco facrorum ad S. Stephani templum & linguæ fanctæ Profeffor Durlaci eft conftitutus. Non ita multo poft matrimonium ibi contraxit cum SABINA HELENA, illuftris viri, MICHAELIS PRAUNII, magni Cti & Confiliarii aulici filia, cum qua liberos quatuor genuit, e quibus fuperfunt nobiliffima & virtutibus decoratiffima MARIA HELENA, ministro WILHELMO BALTHAS. WAGNERO verbi divini Crumftadenfi, felici conjugio fociata, & vir Excellentiffimus JO. HENRICUS MAJUS, veftigia magni Parentis feliciter premens & exprimens, qui antiquitatibus, literaturæ Græcæ, & linguis orientalibus docendis etiam nunc in Ludoviciana multa cum laude præeft. Percrebuerat jam viri fama eruditis fcriptis, qui Durlaci vitam Jo. Reuchlini, hiftoriam animalium & notas ad Cocceji Lexicon Ebraicum typis exfcribi curaverat. Itaque ad Profesfionem Academicam in fanctioribus linguis fubeundam eft evocatus, & quum a Sereniffimo Marchione Badenfi non illico dimitteretur, repetita vocatione clementiffima anno MDCLXXXIX.

advenit. Dum hæc agerentur, coram SERENISSIMO LANDGRAVIO Darmſtadio-Hasſiaco concionem tanto applauſu habuit, ut ipſi ſupremi aulicorum ſacrorum Antiſtitis dignitas demandaretur. Quam quidem ea conditione ſuscepit, ut aula Gieſſæ (ubi tum morabatur) valedicente, ſibi pace PRINCIPIS liceret in Academia manere & munere Profeſſoris fungi. Annuente SERENISSIMO, & vix elapſo anno Darmſtadium ſe recipiente, noſter docendo partes ſuas in Academia fideliter implevit, & vitam cum meliori commutante viro celeberrimo B. KILIANO RUDRAUFFIO, locum illius & venerabile munus obtinuit. Quin etiam in muneribus hic ſibi collatis ſic adquievit, ut ſtatim poſt adventum ſibi decretam Generalis Superintendentis in Friſia orientali ſpartam, deinceps a potentiſſimo Rege Boruſſiae, Conſiliarii Eccleſiaſtici & Praepoſiti Berolinenſis, denique a Sereniſſimo Holſatiae Duce, Theologi primarii & Procancellarii Academiae Kilonienſis, oblatas dignitates illis poſtponere non dubitaret. Ceterum mortua prima conjuge duxit alteram anno MDCLXLII. præſtantiſſimam matronam, ANNAM CLARAM HOFMANNIAM, ANTONII RAUMBURGERI, J. V. Licentiati & Grammatei Francofurtenſis viduam, ex qua liberos quatuor ſuſcepit, qui pariter cum matre anno MDCCXVI. extincta, omnes ipſum morte præceſſerunt. Tandem anno MDCCXVII. tertio auſpicati conjugii vinculo vitæ ſociam elegit, virginem omni virtutum genere ornatiſſimam, SOPHIAM MARGARETHAM, viri admodum reverendi & doctiſſimi, M. JO. CHRISTOPHORI HOLTZHAUSII, Eccleſiaſtæ Francofurtenſis meritiſſimi filiam, quæ maritum tam

ma-

mature ſibi ereptum innumeris lacrimis proſequitur. Nimis longum foret de ſummo magiſtratu Academico, quo ter functus eſt, de munere Decani ordinis Theologici & Philoſophici, quod ſæpiſſime ſubiit, pluribus hic agere. Illud vero ſilentio non prætereundum, ſumme venerabilem virum in expoſito jam curſu rerum, diſcendo & docendo, ore ſcriptisque nervos omnes inten- diſſe, ut ſe atque alios, ut urbem & orbem viva fide & Chriſti cognitione bearet, ut nullum non ſtudii vitæque genus ad voluntatem & honorem Dei componeret, ut denique viam cunctis monſtraret, DEO puro corde, ſalva conſcientia, minime fucata fide ſerviendi. Quo ipſo quidem artem bene vivendi præclare complexus eſt, cum eademque artem bene moriendi conjunxit, quando ab hac vivendi & docendi conſuetudine usque ad extremum vitæ halitum non diſceſſit. Colluctatus is erat jam aliquot abhinc annis cum magna corporis imbecillitate, anno 1718. etiam inflammatione renum ingentem dolorum vim paſſus. Hujus initia mali die XXXI. Auguſti a. 1719. cœpit iterum ſentire, quod ante veſperam diei I. Septembr. ſic creverat, ut proſtratis prorſus viribus, concutiente debilitatum corpuſculum tuſſi & vomitu liquoris ſanguinei, bilioſi, purulenti, vomicam ruptam eſſe nemo dubitaret. Licet vero experientiſſimi Medici ſtrenue morbum oppugnarent, ne vitæ arcem expugnaret, omni tamen ſpe excidebant, quum, viribus collabentibus, non amplius liber exitus ejiciendis concederetur. Quo facto ad mortis ſtatum, quo vix ullum vidiſſes placidiorem, omnibus diſpoſitis die Dom. XIII. poſt. Trin. quum hora undecima meridiem inſtare indicaſſet, optimus ſenex, inter preces adſtantis Collegæ, D. JO. CHRI-

STOPH. BIELENFELDII, ſupremi ſacrorum in Eccleſia & Academia Gieſſena Antiſtitis; animam e vinculis ſuis dimiſit, poſtquam vivendo annos LXVI. & dimidium expleviſſet.

VII.

CATALOGUS OPERUM,

à

JO. HENRICO MAIO

editorum.

I. LATINE.

1.

ANimalium in ſacro cumprimis codice memoratorum Hiſtoria. Durlaci 1685. 8.

2. Vita Joh. *Reuchlini*, Phorcenſis. ibid. 1687. 8.

3. Diſſertationes Sacræ, in quibus Selectiora V. T. oracula ſecundum ſeriem Locorum Theologicorum explicantur; cum ſelectioribus Diſſertt. IV. de Scriptura S. Gieſſæ, 1690. 8.

4. Examen Hiſtoriæ Criticæ Textus Novi Teſt. P. Richardi *Simonii*, ibid. 1694. 4.

5. Synopſis Theologiæ *Symbolicæ* Eccleſiarum Lutheranarum ex omnibus libris Symbolicis eorundemque verbis propriis ordine Syſtematico adornata, ibid. 1694. 4.

6. Præfatio εἰσαγωγικὴ in Synopſin Criticorum Matthæi Poli, qua

a. Hujus Operis dignitas & utilitas ab iniqua nonnullorum cenſura vindicatur:

b. Brevis & dilucida ad ſtudium Philologicum atque Exegeticum via monſtratur, ejuſque ſubſidia e Synopſi oſtenduntur.

c. Ju-

. Judicia de singulis in Synopsi citatis Autoribus modeste feruntur, Francofurti ad Mœn. 1694. 4.

. Biblia Hebraica D. Dav. *Clodii* recognita, ibid. 1692. 8.

. Synopsis Theologiæ *moralis*, per omnes locos Theologicos, ad normam Scripturæ S. & ductum Librorum Symbolicorum adornata, Giessæ, 1697. 4.

. Synopsis Theologiæ *Judaicæ*, Veteris & Novæ, in qua illius veritas hujusque falsitas ex S. Hebræo Codice & ipsis Judaicæ Gentis Scriptoribus antiquis & novis, per omnes Locos Theologicos ostenditur, ibid. 1698. 4.

10. Introductio ad Studium Philologicum, Criticum & Exegeticum, in qua simul Jo. *Clerici* Ars Critica, & Marci *Meibomii* Novum Specimen Biblicarum emendationum & interpretationum examinatur, ibid. 1699. 4.

11. Epistolæ ad *Hebræos* Paraphrasis, sic adornata, ut justi Commentarii Locum explere queat, quum Analysin textus, Exegesin rerum & Emphasin vocum succincte exhibeat, ibid. 1700. 4.

12. Sebast. *Castellionis* Dialogorum L. IV. in usum Scholarum Christianarum recensuit, & Dialogum de fide addidit, ibid. 1699. 8.

13. Theologia *Evangelica*, ex Pericopis Evangeliorum Dominicalium & Festivalium eruta, & ita comparata, ut post Analysin, Harmoniam & Exegesin Locus Theologicus Theoretice & Practice pertractetur, ibid. 1701. 4.

Ejusdem P. II. & III. & IV. a. 1719. in 4. prodiit.

14. Hieronymi *Welleri* Methodus concionandi cum brevibus notis, ibid. 1701. 8.

15. Animadversiones & Supplementa ad Jh. *Cocceji*

ceji Lexicon & Commentarium Sermonis Hebraici atque Chaldaici; in quibus non tantum radices deperditæ in Hebr. Lingua ex Chaldaica, Syriaca, Arabica, & Æthiopica, magno numero reſtitutæ ſunt; ſed etiam Idiotismi non pauci obſervati, & obſcura loca dilucide explicata reperiuntur. Francof. 1689. Secunda editio priore auctior. Francof. 1703. f.

16. Novum Teſtamentum Græcum & Græco-Germanicum Locis vere Parallelis illuſtratum atque auctum. Gieſſæ, 1706. 12.

17. Epiſtola ad D. Joh. Frid. *Mayerum*, qua calumniæ crimen, inique ſibi impactum, modeſte abſtergit, & ſuam pariter famam & officium ab obtrectationibus aliis vindicat. ibid. 1705. 4.

18. Oeconomia Temporum Vet. Teſt. exhibens gubernationem DEI inde à mundo condito usque ad MESSIÆ adventum, per omnes antiqui Hebr. Codicis Libros, ſecundum ſeriem ſæculorum & ſimilitudinem rerum. ib. 1706. 4.

19. Synopſis Theologiæ Chriſtianæ, ex meris verbis Chriſti eruta & demonſtrata. Ib. 4. anno 1707.

20. Oeconomia Temporum Novi Teſtamenti exhibens gubernationem DEI in Eccleſia ab adventu MESSIÆ usque ad finem mundi. 1708. 4. ibid.

21. D. M. *Lutheri* Theologia pura & ſincera ex Viri divini Scriptis univerſis, maxime tamen Latinis, per omnes Articulos fidei digeſta & concinnata A. 1709. 4.

22. *Theologia Prophetica*, ex ſelectioribus Veteris Teſtamenti Oraculis ſecundum ſeriem Locorum Theolog. diſpoſitis, ita explicata, ut uſus Philologiæ in Theologia ampliſſimus, ejusque

abu

abuſus novorum Criticorum dilucide oſtendatur, & βεβαιότερος λόγος προφητικὸς ſolide firmetur. Acceſſit Theologia Davidis, Jeſaiæ, Jeremiæ & XII. Prophetarum minorum A. 1709. 4.

3. *Harmonia Evangelica* omnium dictorum & factorum J. C. usque ad paſcha Σταυρώσιμον, quinque partibus comprehenſa, itaque concinnata, ut monoteſſaron, ſ. unum continuum Evangelium ex quatuor Evangeliſtis, perpetua paraphraſi ſiſtatur ac illuſtretur, & ex ſingulis capitibus atque commatibus cognitio veritatis & praxis pietatis oſtendatur. Francof. 1707. 4.

4. *Oeconomia Judiciorum divinorum* per omnes S. Codicis libros ſecundum ſeriem ſeculorum & ſimilitudinem rerum adornata atque digeſta. Francof. P. I. 1707. P. II. 1713. P. III. 1714. P. IV. 1717. in 4.

5. *Hiſtoria Reformationis* ex D. Martini *Lutheri*, aliorumque fide dignorum ſcriptorum monumentis eruta ac digeſta, & Supplementa ad Theologiam Lutheri nuper editam. Francof. 1710. 4.

6. Hiſtoria Reformationis per V. & N. Teſt. libros digeſta & ad reformationem D. Lutheri adplicata. Francof. 1718. 4.

7. Theologiæ Symbolicæ Editio altera auctior Francof. 1719. 4.

8. Selectiorum *exercitationum* philologicarum & exegeticarum Tomi II. Præmittitur introductio in ſtudium Philologicum, exegeticum & Criticum. Francof. 1711. 4.

Continent hi tomi fere omnes diſſertationes, quarum indicem heic habes.

DISPUTATIONES

Theologicæ & Philologicæ ſub ejus præſidio habitæ.

INAUGURALES PRO LICENTIA.

De pietate Heroica, Jo. *Molin*, Suecus, nunc S. Theol. Prof. primar. in Acad. reg. Upſalienſi A. 1692.

De Δοκιμαςία fidei hominis vere Chriſtiani è 2. Cor. XIII: Jo. *Folcker*, Suecus, nunc Prof. Th. primar. A. 1695.

De Idololatria craſſa & ſubtili, M. Iſraël *Clauder*, poſtea Inſpector Darmſtadinus, mox Paſtor Halberſtad. nunc Superintendens Bilfeldenſis in Weſtphalia.

De erroribus fanaticorum quorundam, circa lumen naturæ hoc tempore exortis. M. Wolfgang Joh. *Græper*, Stasf. Magdeb. vocatus Superint. & Conſil. Eccleſ. Turckheim. in Comitatu Leiningenſi A. 1709.

PRO MAGISTERIO.

De Luſtrationibus & Purificationibus Hebræorum, contra Joh. *Spencerum*, Andreas Kempfer, Lemgou. Weſtphalus. Gieſſ. Pæd. Præceptor, nunc Paſtor Billertshuſan. A. 1692.

Poſitiones Philoſophicæ Joh. Balth. Junghans Gieſſ. nunc Præceptor Pæd. ibid. A. eod.

De Aquila Romana Cadaveri Judaico infeſta, ex Matthæi XXIV: 28. & Luc. XVII: 27. Joh. Alexander *Bichman*, Dautpha Haſſus, nunc Paſtor ibidem. A. eod.

De genuina Philoſophiæ Diſpoſitione, Joh. Andreas

reas *Bondzelt*, Gieſſa-Haſſus, nunc Med. Licen-
iatus & Practicus A. eod.

Salis uſu Symbolico apud ſacros & profanos Au-
ores, Phil. Wilhelmus *Geilfuſius*, Butisbacen-
ıs, nunc Paſtor Heuchelheimiæ prope Gieſſam
A. eod.

Ephemeriis ſive Sacerdotum Ebræorum Claſſi-
ous, ex 1. Paralip. XXIII. XXIV. & Luc. I: 5.
& 8. Phil. Georg. *Wicht*, Uſinga-Naſſovicus, nunc
Paſtor Bibesheimenſis A. eod.

purificatione mirabiliter ſingulari, & ſingula-
riter mirabili, ex Jeſ. X: 16. 55. & Pſal. LI: 6.
Henricus *Cneſelius*, Eccleſiæ Battebergenſis Pa-
ſtor & Metropolitanus A. 1639.

Linguarum Teutonicæ, Latinæ, Græcæ atque
Hebrææ, addiſcendarum facili ratione, earun-
demque ſecreta convenientia, Georg Chriſt. *Bürch-
lin*, Durlacenſis Pæd. Gieſſ. Præceptor, A. eo-
dem.

Clave cognitionis ad Luc. XI: 51. Adrianus
Preußmann Livonus 1695.

Philotheſiis veterum Hebræorum, Græcorum
& Romanorum, Georg Adamus Funck/ Erpa-
cenſis 1696.

juramento per dolum elicito, ex Joſ. IX. Ebe-
ling/ nunc Profeſſor Rintelenſis.

phia exul, Jo. Melch. *Hœlcker*, Scholæ Lich.
Conrector, 1698.

e conſuetudinis antiquatione, 1. Sam. II: 3. Ant.
Dan. Stockhauſʒen/ nunc Paſtor Gladenba-
cenſis 1706.

e Calculo albo victoriæ contra Nicolaitas, teſ-
ſera, ad Apoc. II: 14. 15. Chriſt. Ludw. *Stumpff*,
Stipendiat. Major, nunc Paſtor Niddanus, A.
1706.

e Manna triplici ex Scripturæ & Naturæ libro,
occaſione Apoc. II: 17. Joh. Frid. Mickelius, nunc
Rector Darmſtad. 1706.

Philoſophia *Jobi* Arabica, conſcripta à Joh. Juſ *Loſio.* Hildeſienſi, 1707.

Sciagraphia Scholarum Prophetarum, Maurit. Da *Soldan*, Præceptor Pæd. Gieſſ. 1707.

Specimen Philoſophiæ Moſaicæ, theſibus quibu dam ſubitariis comprehenſum à Joh. Georg *Rüdigero*, Pæd. Gieſſ. Præceptore, 1707.

De Pietate Cyri Regis Perſarum, ex Jeſ. XLV: 55. Nicol. *Kuhlmannus*, A. eod.

De cuſtodia cordis ex Prov. IV: 20. Joh. Chriſtiann *Eckhardus*, Megalindana-Haſſus A. eodem.

De Jure anni ſeptimi, ſecundum diſciplinam He bræorum, ad diverſa Codicis S. loca illuſtranda Jo. Henricus *Majus*, Fil. 1707.

Sciagraphia Philoſophiæ Abrami, Joh. Georg *Nebelius*, Paſtor Palæobuſecanus, A. eod.

De Nomine Jehova, Joh. Dan. *Vietor*, Triburic Rhenanus, A. eod.

De Ψευδονύμῳ γνώσει, ſeu falſa eruditione, ad Tim. VI: 20. Joh. Mart. *Schad*, Geravia-Rhena nus, nunc Rector & Symmyſta Alsfeldenſi eod. A.

De Archiſophia, ex Proverb. VIII: 30. Joh. Conr *Marquardus*, Wetteravus 1707.

De Kiun & Remphan, ex Amos V. & Act. VII. Joh Daniel *Sartorius*, Bibesheimenſis 1707.

De Adamo inter mortales homines primo, Joh Nicol. *Langsdorff*, Weilburgo-Naſſovicus, nun Rector Scholæ Wezlar. 1708.

ALIÆ.

De Utopia Sophiæ & Labyrintho Moriæ, Joh. Jac. Schmoll / nunc Paſtor Berſtad. A. 1670.

Conſtans & invariata Confeſſio fidei Eccleſ. Auguſt. Confeſſ. contra Jacobi Benigni *Boſſueti*, Tr. Hi- ſtoire

toire de variations des Eglises Protestantes. M. . B. Starckius, Mœno-Francof. nunc Pastor ibid. A. 1690.

ber dicto Matt. V: 21. 22. J. Justus *Lüncker*, Hamb. 1692.

heologia *Davidis*, quam ex ejus vita & præsertim Psalmis secundum seriem Locorum Communium thetice concinnavit Her. *Krochmann*, Hamb. nunc Past. Osnabr. 1693.

Ratione in rebus fidei suo modo & cæca & occulta, Joh. Casp. *Dunckerus*, Trarbaco-Mosellanus, A. 1695.

propitiatorio, Jo. Balth. *Werner*, 1695.

heologia *Jeremiana*, ex Jeremiæ vaticiniis, Lamentationibus juxta Articulorum fidei ordinem, per theses collecta à Benedicto Henrico *Thering*, Coloniensi Marchico, Anno 1703.

heologia *Jesaiana* ex toto volumine Jesaiæ vatis, eodem modo delineata à Christoph. Henr. *Dornemann*, Hamb. 1704.

cclesiæ Judaicæ, testantis de canone V. T. auctoritas atque fides, ex Rom. III: 12. Georg. Albert. *Kühnerus*, Memmingens. 1689.

ientalium Linguarum usus Catholicus, Jo. Henr. *Majus*, Fil. 1704.

e Simplicitate Christiana, Conr. Burch. **Weininger** / nunc concionator Aul. Durlac. A. 1697.

e Amicitia inter Deum & homines ad Jac. II: 23. Christoph. *Mauritius*, Pastor Havingens. prope Basileam.

e unico Theologiæ Principio, J. Conr. *Creuzer*, 1706.

pocalypsis Regni DEI in anima fideli, Georg. Matth. **Weyler** / nunc Pastor Essendens. 1696.

De Imagine veritatis fatidica & juridica, S. Ebræorum Urim & Thummim, ex Exod. XXVIII: 30. 1696. Christoph. *Mauritius*.

De

De Christo Sole justitiæ, è Mal. IV: 2. Joh. Fri
Buhl / Wimpfinensis, nunc Diaconus in P
tria 1705

Apodixis Theologica de Theosophia fidelium un
versali ex 1. Cor. II. Cap. demonstrata, Jo. Ph
Gottmann / Wiltlunga-Waldeccus, A. 169

Diss. de summa Theologiæ Christianæ, sive myst
rio magno Christo in nobis & pro nobis. R
spondente Frid. Philipp. Jo. *Mullero*, 1714.

Diss. de pietatis specie atque virtute ex 2. Tim. III
5. Respondente Gebhardo *Zangio*.

Diss. de Mysterio Conversionis Judaicæ gentis a
te mundi finem adhuc certo sperandæ, respo
dente Christ. Theoph. *Raabio*, 1716.

Disharmonia doctrinæ Protestantium & Romano
Catholicorum in Articulo de Justificatione contr
Anonymum Timotheum Philaletham. Respo
dente M. Sebastiano *Fels*, 1719.

II. GERMANICA.

1. Des Johann Arnds IV. Bucher vom wahre
Christenthum, mit Kurtzen Gebetern uber all
Capitel versehen, Ed. 2da Giessen, 1703. 12.
2. Der Christliche Pædagogicus oder Schuler i
seinen Pflichten, ibid. 1699. 12.
3. Christlicher Unterricht von der Confirmatio
der Kinder am H. Oster-und Pfingst-Montage i
3. Predigten vorgetragen, ibid. A. 1703. 1
Ed. 2da.
4. Die allerbeste Weisheit der Christen insge
mein, und insonderheit der Studirenden, i
zweijen Leich-Predigten vorgetragen, ibid
1699. 12.
5. Von der Christl. Einfalt im Glauben und Leben
Anno 1700. 12. ib.
6. Von der Gelassenheit der gläubigen Seelen, ib
A. 1701. 12.

Die sieben Buss-Psalmen aus und nach dem Haupt-Texte in Teutsche Reimen ubersetzet, ibid. 706. in 4.

Die 7. Buss-Psalmen von Wort zu Wort erklaet &c. 1713. in 8.

Geistl. Præservativ wider alle ansteckende Seuhe aus dem 90. und 91. Psalm, 1714. in 8.

Das guldene Kleinod Davids, 1715. in 8.

Davidische Fest-Andachten aus denen herrlihen Prophetischen Psalmen, die sich auff die ohe Feste schicken, 1716. in 8.

Das geistliche Bergwerck in einer Predigt uber oh. V: 39. 1717. in 12.

Johann Arnds wahres Christenthum etlichnahl, mit des seel. Hrn. D. Mayen Vorrede ind auff iedes Capitel gerichteten Gebetern.

. Martini Molleri Meditationes sanctorum parum, cum præfatione Maji 1719.

. Johann Mullers unvorgreifflicher Entwurff, wie mit den Juden freundlich umzugehen, 1716. 4.

. *Petri Lamberg* Harmonia Evangelica, cum præfatione J. H. Maji. 1719. 4.

. Neujarhs-Wunsche, in gebundener Rede, sammt vielen Leich-Predigten.

VIII.

VIII.

Gerhardi Eobani G E L D E N-
H A U R I I

Epiſtola Irenica

ad Eccleſiæ *Emdanae* Miniſtros, cum pro-
legomenis

*EILHARDI FOLCARDI HARCKE-
ROTHII,*

Eccleſiaſtae Emdenſis,

&

THEODORI HASÆI,

in quibus de illius epiſtolæ auctore, auctoris
Patre, occaſione & ſcopo diſſeritur.

§. 1.

UT hujus epiſtolæ B. L. cujus copiam ex-
hibemus, & ob rationem non unam typis
excudi deſideravimus, ratio & autor tibi con-
ſtet; brevem autoris Προσωπογραφίαν da-
mus, fontemque hujus diſſidii inter paſto-
res, ſcriptique cauſam & occaſionem aperi-
mus.

§. 2. Parens ejus fuit *Gerhardus Geldenha-
rius*, *Noviomagus* ſcriptis clarus & in epiſto-
Eraſi-

Erasmi Roterodamensis non semel *Vulturius* (*a*) *Neocomus* dictus, primum *Philippo Burgundo* principi & dioeceseos Ultrajectinae Episcopo 1522. à Secretis, Caesarique CAROLO *Quinto* à Consiliis & historiis, demum post renatum Dei gratia Evangelium in Academia Marpurgensi Theologiae Professor fuit, in qua statione X. Jan. 1542. etiam mortuus; & cujus sepulturam *Nicolaus Rodingus* his versibus ornavit:

Hic *Noviomagi* requiescunt Membra *Gerhardi*,
Juxta hunc *Andreas* conditur *Hyperius*.
Ut pia doctrinae concordia junxerat ambos;
Sic idem amborum contegit Ossa locus.
Quos sociat tumulus, sociabunt cœlica regna,
Ut capiant fidei præmia justa suae.

„ [§. 3. Fuit hic *Gerhardus* GELDENHAU-
„ RIUS,

(*a*) Quænam autem sodes illius denominationis ratio? Apparet illa ex iis, quæ ipse Erasmus ad Eleutherium scripsit L. XXXI. ep. 48. *Quam porro candide interpretaris nomen* Vulturii, *quasi illi intendam avaritiæ crimen? Sed si nesciebas* Vulturium *esse jactum talorum, saltem scire poteras me allusisse ad verum illius nomen juxta linguam Germanicum. Id eo feci, ut apud pauciores traduceretur.* Scilicet alludebat ad prænomen *Gerhardi*, quasi *Gieraerdt*, h. e. è genere *vulturum*. *Gier* enim Belgis est vultur, ut Germanis Geyer. Miror tamen hoc nomen Erasmum exprobrasse Geldenhaurio: potuisset enim ex lege talionis eum appellare *Vulturium Vulturii*, atque ita ejus verum nomen, quod fuit *Gerhardus Gerhardi*, Belgice, *Geert Geertzen*, exprimere. Ceterum idem Vulturii nomen sibi imposuit *Gerhardus Joannes Vossius*, quando se vocavit *Vulturium Gratianum Bassarium*, quibus verbis nomen ejus contineri linguarum periti facile intelligent. T. d. H.

„ RIUS, *Noviomagus*, ſub nomine *Gerhardi* (
„ NOVIOMAGI vulgo notus, Poëta, Hiſtoric
„ ac Theologus cum praeſtantiſſimis ſui ae
„ comparandus. Monachus primum ordi
„ Cruciferorum, Lovanii Philoſophiam docu
„ A Maximiliano Caeſare laurea poetarum
„ 1517. ornatus. In aulis magnorum prin
„ pum *Caroli* Auſtriaci, deinde Imperatori
„ Philippi Burgundi, Ultrajectenſium Praeſul
„ & *Maximiliani*, è Burgundiae Ducibus diu vi
„ eorumque à ſacris, à lectionibus, à ſecreti
„ ab hiſtoriis fuit. Poſtquam A. 1526. Wi-
„ bergam Saxonum migraſſet, ibi purioris re-
„ gionis guſtu imbutus eſt, atque hinc redux
„ pud Vangiones, & Argentoratenſes aliqua-
„ diu ſubſtitit. Deinde Auguſtae Vindelicor
„ rector primus ſcholae D. Annae conſtitutu
„ ibi poëticen, & quidem ſtipendio LX. flo-
„ norum, ut ex Eraſmi epiſtola 56. L. XX
„ diſco, docuit. Demum ab A. 1534. hiſtor
„ & Theologiam in Academia (*c*) Marpurge
„ profeſſus eſt, donec ſub auſpiciis anni 15
„ (*d*) peſte exſtinctus deſineret vivere. Plu

(*b*) Nomen hoc à patria, vetuſtiſſimo Batavoru oppido Neomago traxit Unde corrigendum eſt ſ- cetum celeberrimi Du Pinii ſphalma, qui nuper *Bibliotheca Auctorum Proteſtantium* verba Melchio *Adami*; *Gratiſſimus Hyperii adventus Noviomago ac- dit*, ita intellexit, quaſi narraretur Hyperium urbem Noviomagum veniſſe; Quod quidem - μάρτημα prorſus eſt ejusdem generis, cujus ſunt la, quæ ſupra p. 278. adduxi. T. d. H.

(*c*) Corrige itaque *Lexici Germanici Eruditor* p. 802. ubi *Magdeburgum* loco Marpurgi legit. T. d. H.

(*d*) Errat itaque Valerius *Andrea*, qui ſcribi *eum*,

de eo cogniturus adeat G. J. VOSSIUM de
„ hist. Lat. p. 587. Valerium ANDREAM in
„ Bibl. Belgica p. 273. Melch. ADAMUM in
„ Vitis Theoll. p. 93. sqq. Franc. SCHWEER-
„ TIUM in Ath. Belg. p. 279. Paulum FRE-
„ HERUM in theatro pag. 114. Ant. MAT-
„ THAEI in praef. Anal. quae Lug. B. a. 1698.
„ prodiere. Petrum BÆLIUM in Diction. &
„ Burch. Gotth. STRUVIUM in praef. T. III.
„ script. RR. Germ. Freheri p. 218. sqq.

„ §. 4. Non ingratum Lectori fore auguror,
„ si Catalogum illi exhibuero illorum scripto-
„ rum, quibus ad nominis celebritatem adspira-
„ vit, quod talis à nemine cum aliqua cura sit
„ consignatus. En illum! *Historia Batavica*,
„ cum appendice de *vetusta nobilitate*, *Regibus*
„ *ac gestis Germanorum*, primum edita Antw.
„ A. 1520. 4. Deinde saepius recusa Argentor.
„ 1532. 8. Marp. 1533. 4. Franc. 1572. 8. In
„ opere historico, quod prodiit Basileae a. 1541.
„ pag. 1019. Adhaeret J. *Wimphelingii* Epitomæ
„ rerum Germanicarum, Han. 1594. 12. & B.
„ *Rhenani* Germanicis editis Argent. 1610. 8.
„ Exstat pariter in P. *Scriverii* Batavia illustra-
„ tâ, editâ Lugd. B. 1609. & 1611. 4. ubi & in-

V ve-

rum, cum Wittenbergam iter institueret, à Latronibus confossum, fisso securi capite misere periisse. Neque id indicant verba, quæ adducit, Reinhardi *Lorichii* Hadamarii in schol. ad Aphthonii progymn. qui quidem narrat, in itinere ad Wittenbergenses, a. 1526. ejus *caput Latrones securi diffidisse, ipsumque apud Brunonis vicum humi stratum spoliavisse, & fugitivos mortuum credentes in silva reliquisse*, sed illo tum tempore isto vulnere exstinctum fuisse non scribit. T. d. H.

„ veniuntur ejusdem *insignium locorum ac oppi-*
„ *dorum Bataviae nomina*, *& Germaniæ inferio-*
„ *ris loca aliquot declarata*, & epiſtola de *ſitu Ze-*
„ *landiae* , & lucubratiuncula de *Batavorum in-*
„ *ſula* , quæ etiam cum in editione Argentinen-
„ ſi tum Francofurtenſi a. 1532. ubi Bilibald
„ *Pirckheimeri* Germaniae ſunt addita, legeban-
„ tur.

„ Recuſa quoque eſt Colon. 1541. 8. cum *epi-*
„ *ſtola* ad Guilielmum Geldriae principem *gra-*
„ *tulatoria de principatuum ſuorum adeptione &*
„ *admonitoria de officio boni Principis*. Hui
„ editioni acceſſere Chryſoſtomi Neapolitani d
„ ſitu & moribus Olandiæ epiſtola , & Gerh
„ *Liſtrii* ſylvulae de diœceſi Ultrajectina, &c.

„ *Vita Clariſſimi olim Principis* PHILIPPI
„ *Burgundia*, *boni Philippi Burgundionum Duci*
„ *filii* , *in qua non paucis locis Chriſtiani Princi-*
„ *pis exempla proponuntur* , *& origo belli inte*
„ *epiſcopum Ultrajectinum & Carolum Geldro-*
„ *rum inſeritur*. Argentor. a. 1529. 8. Dica-
„ tus hic libellus Margaretæ Auſtriacæ , eiqu
„ præfixa eſt Emondi *Dinteri Genealogia Ducun*
„ *Brabantiæ* , *Burgundiae*, *Flandriae & Hollan-*
„ *diae*. Antonius *Matthæi*, celeberrimus Juris i
„ Academia Lugdunenſi Anteceſſor , cum pu
„ taret *ab eo tempore nunquam recuſum* , *nequ*
„ *ullum exemplum exſtare* , iteratam editioner
„ ejus curavit, ſuisque veteris ævi *Analect.*
„ pag. 213--355. illuſtratam notis ſuis & obſer
„ vationibus inſeruit. Potuiſſet facile ſcire, Mar
„ quardum Freherum inter ſcriptores rerur
„ Germanicarum , tomi tertii voluiſſe exſtare
„ unde & in hujus operis editione Argentora
„ tenſi, quam vir de literaria re optime meritu
„ B. G. *Struvius* ante triennium curavit felic
„ ter, denuo legitur.   *Sch*

„ *Scholia in Dialecticam Georgii Trapezuntii* ;
„ Col. 1538. 8.

„ *Desiderii* ERASMI *Annotationes in leges*
„ *Pontificias & Caesareas de Haereticis, nec non*
„ *epistolae variae Gerhardi* NOVIOMAGI *de*
„ *re Evangelica & Haereticorum pœnis*, ad Ca-
„ rolum Imp. ad Germaniæ Principes in conven-
„ tu Spirensi, ad Carolum Geldrorum Ducem,
„ ad Philippum Hessorum Principem &c. Ar-
„ gent. 1527. 8. Hic liber est, qui animum Erasmi, quo alias Geldenhaurius, ut ex literis editis ultro citroque datis apparet, valde amico fuerat usus, ab eo prorsus alienavit, ansamque illi præbuit notam illam *in Pseudoevangelicos* epistolam, plenam atræ bilis & scommatum conscribendi, quæ separatim primum edita, deinde in epistolarum Erasmi volumine L. XXXI: ep. 47. locum invenit. Responderunt illi tamen Argentoratenses, Sleidano & Sculteto commemorantibus.

„ *Cometes*, Cæsari inscriptus. Hunc librum edidisse è citata modo Erasmi Epistola conjicio.

„ *Catalogus Episcoporum Ultrajectinorum*, Marpurgi, 1542, 8. Hic ab eo magis è sermone vernaculo translatus, quam scriptus videtur, & recusus est Francof. 1585. 8. adjectus Barlandi similis argumenti libro, & rursus Scriverii Bataviæ illustratæ insertus.

„ Encomium *Neomagi*, patriæ suæ citat Melchior Adami; Sed hoc nihil aliud est, quam carmen XXI. versuum, quod in Satyris ejus primum lectum, deinde Hist. Batavicæ adjectum & à Johanne Smithio Noviomago suo p. 155. insertum est.

„ Hadriani *Barlandi*, Hollandiæ Comitum hi-

„ ſtoria & Icones auctore Gerhardo NOVI(
„ MAGO, Lugd. B. 1584. f.
„ *Vita Rudolfi* AGRICOLÆ; in vitis à J
„ hanne Fichardo editis; Francof. 1536. 4.
„ Hic quoque legitur *vita Weſſelii Gansfor*
„ depromta ex *libro primo illuſtrium viror*
„ *Germaniae*, ſed horum nihil quidquam pr
„ diit.
„ Uti neque lucem adſpexit ullus *ſeptem*
„ *brorum ſuae aetatis hiſtoriarum*, quos ad
„ cudem revocaviſſe ſcribit in dedicatione pr
„ fixa Philippi Burgundi vitæ; ut nunc alia
„ aliis linguis ab eo converſa taceam, T. d. H

§. 3. Magni iſtius viri proles fuit noſter G *hardus Eobanus Geldenhaurius*, vir Venerabilis Præſtans, nec proletariæ eruditionis, & in re cramentaria exaſciatus, teſte Ubbone Emmic M. S. de vita Menſonis Altingii p. m. 1
„ Altingius communicato cum collegis co
„ lio, & ex his cum *Gerhardo Geldenhaurio*
„ tiſſimum, conjunctâ operâ, *viro inſigniter e*
„ *dito & controverſiarum Sacramentariarum in*
„ *mis gnaro*, univerſam eam rem perſpicue
„ breviter ſcripto concepit, eique nomen de
Hiſtoriſcher wahrhafftiger Bericht und Le Gottliches Wortes / von dem gantzen St und Handel des Heiligen Abendmahls etc. du die Prediger der Chriſtlichen Gemeinte zu Er den. „Hunc libellum, quem legendum cen
„ dumque ab authore acceperat Clar. Th
„ Doctor *Chriſtophorus Pezelius*, cum eum
„ quam utilem futurum non ſolum huic re
„ ni, ſed etiam toti Germaniæ, judicaret, ad
„ tium anni MDXC. typis Bremæ ſubjecit
„ que in lucem emiſit ornatum præfatione ſu
po

„ postea sæpius recusum etiam Herbornæ apud „ Christophorum Rabenium MDXC.

§. 6. Primitus noster *Geldenhaurius* per annos aliquot *Herbornae* pastor istius Ecclesiæ fuit, deinde apud *Leeranos* legatione Christi causa functus, etiam *Præses* aut *Actuarius* Cœtus Leerani, ut ex hac epistola conjicio, electus inde Emdam vocatus 1584. d. 21. Aprilis, dimissionem ab Ecclesia Leerana obtinere non potuit, nisi Emdani propriis suis sumptibus *Petrum Gellium* de *Bouma*, *Gellii Fabri* quondam Nordani & Emdani pastoris filium, ex captivitate Zutphaniensi 1583. pretio redemtum & Hagæ Comitis Ecclesiæ inservientem, exinde evocatum cum suis Leeræ sisterent, quibus fideliter peractis *Geldenhaurius* Pastorum Emdanorum ordine quintus, *Erasmo Johanni* successit, & Emdæ habitaculum suum fixit die 8. aut 9. Septembris.

§. 7. Ministerium ejus Emdæ, volente id Edzardo Comite, potissimum adstrictum fuit Templo Xenodochii, in quo singulis diebus dominicis horis antemeridianis publicè docuit per sex annorum spatium, anno autem 1590. in Palatinatum evocatus die 8. Jan. 1591. Emdâ decessit, *Eltiæ ad Nicrum* superstes 1606. die 5. Septembris quadragesimo sexto Ministerii sui anno, epistolam nuncupatoriam Ecclesiæ & Reipublicæ Emdensi inscripsit, præfixam operi ipsius in textus Dominicales, Emdæ explicatos, quod 1652. Francofurti ad Mœnum typis est editum, etiam laudatum à Clar. Burmanno in Consilio de studio Theolog. in Calce Synopseos cap. 3. p. m. 84. (*e*) Circa annum 1606. *Eltiæ ad Nicrum* mor-

V 3

(*e*) Præter duo heic notata scripta edidit quoque *Li-*

mortuum fuiſſe veriſimile eſt. Ex liberis ejus Emdam rediere cum filia, nupta cuidam Luitjen Speldemaker, tum filius *Gerhardus*, cui anno 1607. (quo tempore NB. etiam multi ex Palatinatu Emdam profecti reperiuntur,) ut exſuli, ſuadente Rotgero Biermanno Paſtore Emdenſi, XII. florenos à Diaconis Peregrinorum pauperum, donatos eſſe lego.

§. 8. Nunc fontem diſſidii & ſcripti hujus irenici cauſam & occaſionem ſimiliter brevibus aperiam.

Quum Edzardus II. Comes Friſiæ Orientalis inſtigante Johanne Ligario, tum temporis, concionatore aulico, ſub prætextibus nonnullis, cœtum Emdanum à *Johanne à Laſco* 1544. juſſ Comitiſſæ Annæ ab Oldenburg, & Friſiæ Orientalis Comitis Ennonis relictæ Biviræ inſtitutu 1583. die 27. Febr. ut eo magis concordiæ ſtudium accenderet, ſuſpendiſſet & colloquium concordiam in religione obtinendam, decin quinto Aprilis indixiſſet; dicto die & conſue loco fratres quidem in Urbem convenerunt, av dè colloquium illud exſpectantes, aſt *Ligari* cum ſuis non apparuit, hinc edocti certius, qu loco res eſſet, omiſſis iis, quæ primo in co ventu cœtuali agi ſolent, id tantum inter ſe qu ſiverunt, quid in hoc caſu (colloquio non pr cedent

Libellum Theologicum de primariis aliquot religio Chriſtianæ capitibus. Hanoniæ. 1604. in 8. Ut Klare Unterweiſung von der Lehr und Worten/ a wahren eigentlichen Verſtand des H. Nachtmahl Neuſtadt an der Hart. 1606. 8. quem tamen libr paene eundem eſſe dixerim cum illo, qui §. 5. ci tus eſt, quem ſolide & perſpicue ſcriptum ex edit ne Herbornenſi a. 1592. poſſideo. T. d. H.

cedente) sibi nunc esset faciendum? an cessante causa eâ, ob quam Comes ipse affirmaverat, Cætum suspendi se voluisse, statim ad morem pristinum redeundum, id est, in institutis Cœtibus habendis pergendum? an vero quod à paucis insusurrabatur, copiam ejus rei per libellum supplicem, à Comite ante petendum, ad avertendam omnem calumniæ causam: Quid sentirent fratres de hocce negotio à Præside Altingio rogati, magno consensu, duobus tantum, (*Johannis Petrei Pastoris* Emdani, & forsan *Gellii Regneri* Pastoris Hintani) suffragiis variantibus conclusum, optimum videri, ut omisso supplicandi consilio, auspice Deo, in instituto veteri, more solito pergatur; nec esse Comitis indignationem metuendam, siquidem Comes Emdæ praesens Pastoribus Emdanis nomine Cœtus, congregationis istius suspensionem deprecantibus die 18. Martii respondisset, **dass ihn GOtt behuten solte / eine solche Christliche Ordnung abzuschaffen.** Hinc ad solita progressum est. Cœtusque ab eo tempore continuatus.

§. 9. Ast Johannes *Ligarius*, illud divide & impera, edoctus, quibusdam in agri vicinia obrepsit insusurravitque non leviter offendi Comitem, Cœtum & Cœtus actiones continuari, & hoc sibi dolori esse, qui Cœtui bene velit, sperare tamen leniri animum Comitis & Coetui reconciliari posse, si libello supplice, quo cum deprecatione offensae, continuandi frequentandique coetus copia petatur.

§. 10. Inter hos, quos hoc modo promissis dives *Ligarius* sollicitabat, princeps erat *Wicherus Millesius* Ecclesiae Hintanae Pastor, quem authoritate valere apud caeteros noverat; hujus vero animo, spe inani conciliato, per eum aliis vicinis

cinis ejus numero paucis, facilius obrepebat, & demum die & loco indicto *Suderhusæ* in nassam eos traxit; denique impulit hos novem incautos, injecto offensæ aulicæ non levis metu, nisi ab Emdanis & eorum sectatoribus, cœtum frequentantibus mature se sejungerent, ut per libellum supplicem, qualem ipse dictabat, adeundum sibi comitem arbitrarentur. **Grundl. wahrachtige Bericht von der** Reform. **zu Emden** / p. 329. &c. Interea idem Ligarius animum *Comitis* quanto potuit odio in Pastores Emdanos & totum cœtum, testante Emmio, impense incenderat, adeo ut Comes, vocatis in arcem Symmystis Emdanis die 3. Junii negata sui copia, per Assuerum *Allingam*, Consiliarium, præmissa acri increpatione iis ediceret, ut ab habendo cœtu inposterum abstinerent, eodemque die libellus ille supplex per Ligarium Comiti est exhibitus.

§. 11. Ex dictis itaque apparet, quis fons hujus dissidii fuerit, scilicet, quod hi numero pauci, quorum nonnulli contra prius datam in cœtu sententiam, & decretum cœtus, exceptis duobus, ὁμοθυμαδὸν, imo etiam contra admonitionem ab Altingio & Joh. Petrejo, die adscensionis Christi, Wichero Millesio Hintæ datam, inani spe lactati hunc libellum supplicem subscripserint; hinc apud alios Pastores, præsertim Emdanos, male audiebant, adeo ut scriptum illorum die 22. Julii ad Consistorium Emdanum missum respuerint, non tantum eam ob causam quia negotium cœtuale erat, sed præcipue quod videri volebant, rem bene gessisse.

§. 12. Nunc denique paucis causam & occasionem hujus scripti videbimus, præmissa institutione cœtus in Leerana & Greetzylana præfectura.

Post-

Poſtquam *Edzardus* II. Comes Cœtum Emdanum abrogaſſet, ſtatim frater ejus germanus *Johannes*, Comes Friſiæ Orientalis Reformatæ religioni avitæ cum Matre addictus (cujus duo 1584 donati argentei Scyphi cum tegumentis, qui ſingulis menſibus in præbendo vino ſacræ cœnæ adhibentur, æque grati fuerunt & hodie ſunt Emdanis; ac olim Oldenburgenſibus acceptus fuit aureus ille Calix à Comite Johanne XIV. Oldenburgiaco, noſtrorum Comitum Avo, ad eundem uſum in Templo, S. Lamberto dicato, 1516. donatus, teſte Hamelmanno in Chron. Oldenb. part. III. p. 314.) in præfecturis ſuis Leerana & Greetzylana cœtum Paſtorum adornavit, ut liquet ex mandatis Comitis Præfecti Greetzylani.

Johan Graaf und Herr zu Ooſt-Frießland/etc.

Als auch in unſer Stadt Embden kein gemeiner Cœtus unter den Predikanten mehr gehalten wird. So befehlen Wir dir hiemit gnädiglich/ daß du die samptliche Pastoren in Unſerm Ampte alda/ bey einander beſcheideſt/ und ihnen bey Vermeidung Unſer Ungenad aufflegeſt/ daß ſie auff einen gelegenen Ohrt eine Beyeinkunft und Cœtum wiederum beſtimmen und halten/ damit ſie ſich unter einander uben/ und deſto beſſer Einichkeit erhalten. Datum Lehrohrt am 23. Julii, Anno 1583.

Inſcriptio

Unſerm Ambtmann zur Griedt
und lieben Getreuwen
Hilgerum von Reidt.

§. 13. Huic Mandato Comitis parendum d[...] cuit Præfectus Greetzylanus emisso ad Pastor[...] istius præfecturæ sequenti mandato.

Dieweil der Wolgebohrner Mein Gnadig[...] Herr Johan Graef und Herr zu Oost-Fries[...] land / ernstich befohlen / dat de samptliche Past[...] res Cœtum instituiren und halten sollen / so so[...] len die Pastores und ihre Mithelferen Morge[...] Mittwoch gewisslich zu Eilsum in des Pastor[...] Hauss daselbst Vormittag vor neun Uhren er[...] scheinen / und daselbst auff ihrer Gnaden Befel[...] Ordnung anstellen. Signatum Greetzyl am 30 Julii, Anno 1583.

Hilliger Reid, Ambtmann.

§. 14. Similia dubio procul mandata in præ[...] fectura Leerana ad Præfectum & Pastores emiss[...] fuerunt, ast illorum specimen fortasse, cum *Gel[...]denhaurius* in Palatinatum abiit, nec acta Leera[...]ni cœtus æque custodita ac Greetzylani, cuju[...] originalia à fratre meo Germano Pastore Larle[...]tano, ut pretiosa Κειμήλια æstimantur & conser[...]vantur.

§. 15. Huic Præfecti Greetzylani mandato Pa[...]stores lubenter, ut decet, paruerunt & die se[...]quenti 31. Julii Cœtus Greetzylanæ præfecturæ Eilshumi initium cepit, ast mortuo Johanne Co[...]mite, cœtus hujus institutore, frater ejus Edzar[...]dus II. illum abrogavit 1592. die 31. Maji cum sess. 10. esset habenda.

§. 16. Ast florente hoc cœtu 1584. die 1. Julii sess. 9. necessarium judicabatur ut una cum Lee[...]ranorum fratrum cœtu reconciliationem inter Symmystas Emdanos & nonnullos Pastores ex

præ-

præfectura Emdana tentarent, hinc die 8. Julii Johannes *Acronius*, Paſtor Eilſumanus cum epiſtola à Præſide concepta & prælecta mittitur ad Leeranos, quibus perplaeuit conſilium, & dies decimus quintus Julii indictus fuit, ut ab utroque cœtu deputati Oldershemii comparerent, dijudicantes quid in hocce negotio agendum, ex Greetzylano cœtu deputabantur *Wiardus Ludolphi* Præſes & Paſtor Eilſumanus, aſt miſerè fratribus ereptus 1588. decreſcente Aprili, & *Conradus Eberius*, Paſtor Uttumanus, qui cum Leerani cœtus deputatis dicto die & loco conſenſerunt, ut per *Gerhardum Geldenhaurium* Paſtorem Leeranum utrique parti idem ſonans ſcriptum εἰρηνικὸν transmitteretur, in quo perſuaſoriis rationibus antegreſſorum erratorum ἀμνηστία commendetur, quod conſilium non omni fructu deſtitutum fuiſſe ſperamus, ſaltem ſcriptum eum in finem ad fratres diſſidentes οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ᾽ ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως exaratum id efficere potuiſſe nullus dubitabit, qui attente perlegerit.

S. P. D.

MEmorabile eſt ac plane egregium, Reverendi ac Præſtantiſſimi Viri, Domini & fratres obſervandi, quod olim Thraſybulus ille Athenienſis, triginta Tyrannis, qui urbem diu multumque divexarant, confectis, non exules modò (in quorum & ipſe erat numero) reduxerit ac libertatem patriæ reſtituerit; Verum etiam ut ſolida porro civium eſſet concordia, omnisque ſemel renaſcituri mali evaneſceret occaſio, de injuriarum oblivione æterna, plebiſcitum populi conſtabilitum juramento interpoſuerit:

rit: quam ἀμνηστίαν tum quidem vocabant. Sed Ethnicum illud fortaſſe! at Chriſtianum hoc multoque præclarius, quum Conſtantinus Magnus Imperator in Synodo Nicæna, querelas ſibi ab Epiſcopis oblatas (partim nequid illo ordine indignum deprehenderet, partim quod publicum negotium, cujus illi cauſa convenerant, privatis anteponendum ſimultatibus exiſtimaret) ne ſemel inſpexit quidem, ſed complicatas igne exuſſit: Ipſos verò Epiſcopos oratione gravi ac prolixa, ad concordiam ſepoſitis affectibus amplexandam, cohortatus eſt.

Atque hanc eſſe proximam omniumque tutiſſimam rationem Salvator ipſè docet, nullum alium dilectionis mutuæ inter pios conſervandæ modum præſcribens, quam injuriarum condonationem, ſicuti inquit: *Remittite & Remittetur vobis.* Nec aliter divus Paulus, cum ait: *Suf-ferentes vos invicem & condonantes vobis mutuo, ſi quis adverſus aliquem habuerit querelam, quemadmodum & Chriſtus condonavit vobis, ita & vos.* Item alibi: *Invicem alii aliorum onera portate & ſic complete legem Chriſti.* Ex hisce igitur perſpicuum evadit, non quid vel Gentiles vel Chriſtiani aliquando fecerint, utrimque certe cum laude & emolumento, ſed quid fieri etiamnum (ut inter Chriſti fideles mutua dilectio, ſarta veluti tecta conſervetur) juxta regulam verbi DEI, neceſſe ſit. Nimirum ne in curſu & communi cauſa pietatis, ullis nos injuriis offenſisve alteri alteris condonantes & vinculo nexuque dilectionis ac pacis perpetuo colligati, Deo ſerviamus & Eccleſiæ. Unde Chriſtus. Præceptum novum do vobis, inquit, ut diligatis vos mutuo, ſicut ego dilexi vos.

Sed quorſum illa tandem? Exacti ſunt Menſes

ſes aliquammulti ab eo, quod non ſine gemitu (fratres) ac ſuſpiriis noſtrum diſſipari vidimus Cœtum laudatiſſimum: & quanquam rem Deo ſeriis interim precibus commendare non ceſſavimus, confiſi vos animos iterum (ſicuti ne nunc diffidimus quidem) in timore Domini ad communis cauſæ provectionem, conjuncturos: cum tamen hanc ipſam rem extrahi longius, quam vel par ſit, vel Eccleſiæ utile, vel ſine ſcandalo denique & læſione conſcientiarum fieri queat, animadverteremus, triſte hoc exemplum oculis amplius æquis adſpicere haud potuimus, noſtrorum omnino partium eſſe rati, ut pro Chriſti gloria & Eccleſiæ ædificatione & avertendo ſcandalo, nullum non moveremus lapidem, ad concordiam ut redeatis: Ad quam remotis quibuscunque obſtaculis capeſſendam, atque inter vos conſolidandam unicè hoc ſcripto noſtro qualicunque, vos exhortari, exſtimulare, compellere ſatagimus, idque auſpice ac Duce Chriſto omnis veræ pacis authore.

Ipſi etenim ſcitis, quam ſit bonum & jucundum τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, contra neque obſcurum cuiquam veſtrum eſt, cur diſcordiæ zizania inimicus inter fratres & vel in ipſo agro Domini diſſeminet: quo magis metuendum, ne abutatur & iſthac occaſione Satan, niſi in tempore occurſum fuerit. Nam ſi in aliis, concordiâ res parvæ creſcunt, diſcordiâ res magnæ dilabuntur: quid non aut ſperandum aut timendum in cauſa maximi momenti ad gloriam Dei & ſalutem Eccleſiæ pertinente? Et in illis minus forte periculi: hic vero plurimum. Si quidem hic non de rebus caducis & vulgaribus, ſed Eccleſiæ, ſed ſacri Miniſterii, ſed conſcientiarum incolumitate, agitur. Quid autem in diverſas partes

tes ſtudiique diſtracti, vel profectus vel benedictionis, vel commodi, nobis pollicebimur? Quid currus, rotis huc illuc disjectis? quid? equis in diverſum conatu ſimul curſuque ruentibus Quanto rectius, Eccleſiæ ac Miniſterii totius pingitur imago apud Ezechielem, in rotis quatuor totidemque animalibus, quæ quidem conjuncta ſuis alis, ſimul ejusdem ductu Spiritus, movebantur, ibant, ſtabant? Ibi demum conſpiciebatur forma Hasmal, ibi ſplendor, ibi ſcintillæ ignis, ibi faces ardentes, ibi fulgur, ibi curſus & recurſus inſtar fulgetri celerrimus & expeditisſimus, ibi denique aſpectus & imago gloriæ Domini: ad terrorem utique Diaboli & malevolorum & hypocritarum quorumvis, piorum vero conſolationem & robur incredibile, invictum & inexpugnabile. Ad hanc igitur in domo Dei formam nos componamus, ad hanc nos redigamus Fratres, ut in Domino unum ſimus cor & anima una, eadem præditi voluntate, eodem ſtudio, motu, inceſſu, ad eundem videlicet finem ſcopumque collimantes. Et quod Scilurus olim Scytharum Rex, tradens octoginta filiis tela totidem, quæ conjuncta nullus eorum confringere poterat, cum ſinguli ſingula frangerent alioqui facillimè, de unitatis fraternæ vi maxima ſignificare voluit: Id ipſum hodieque nos commeminiſſe decet. Nam *omne regnum in ſe diviſum corruet*, inquit Salvator. Quam vero graviter Paulus? *ſiquidem cum in vobis æmulatio ſit & contentio & factiones, nonne carnales eſtis & ſecundum hominem ambulatis?* Jam in quæ tempora nos inciderimus, etiam atque etiam, Fratres, perpendite, adſpicite rugas Eccleſiæ conſeneſcentis, conſiderate onera & difficultates maximas. Non jam otioſe ſtandum eſt, non affectibus

ıus indulgendum, non carni & ſanguini palpan-
um: Sed properandum; ſed elaborandum, ut
e quod Eccleſia detrimentum capiat. Quin
ıgnandum etiam, idque conjunctis animis, vi-
bus, precibus, contra communem hoſtem pro
hriſti gloria & Eccleſiæ defenſione. Quid ob-
cro proficeretur in bello, quando milites mu-
ıis, ante vel ſub ipſum prælium, hoſte negle-
ɫo, ſeſe vulneribus perimunt. Et Nauclerus
ıidem ſi remis velisque neglectis dimicet inte-
m cum ſociis intra navigium, quomodo à nau-
agio ſeſe eripiet? Nobis ergo quid in mentem
enit, aſperrimis hiſce temporibus, inter tot tan-
sque turbas & procellas, ut putemus, nos ad
ccleſiæ gubernacula ſedentes, rebus omiſſis ne-
eſſariis, & in his, fratrum cœtu poſthabito, hoc
t, tanto miniſterii totius nervo inciſo, dum vi-
elicet, cum umbra noſtra digladiamur, proſpe-
e adſtituros?

Neque vero hactenus diſſidia, inter noſtros,
squam & hiſce præſertim locis, fuere; ut pro-
cto anteceſſorum, qui feliciſſime res in Eccle-
ı geſſerunt, probatiſſimis inſiſtere veſtigiis, con-
eniat. Unicum in Hollandia, ſimili ferè occa-
one, diſſidium enatum, de diſciplinæ, videli-
et, Eccleſiaſticæ rigore: quod quanta illic ma-
, quantas turbas excitarit, heu, nimis notum
t, merito igitur in eo componendo optimi ſeſe
uique fatigant. At major iſthic difficultas,
ıum inſtitutio Chriſti quædam in dubium voce-
r; apud nos autem nihil tale (Dei beneficio)
ccidit: Sed fieri poteſt in ſuſpicionibus & que-
elis mutuis ad fraternam converſationem ſpe-
antibus, alii offenderint. Hoccine ergo quan-
ılum eſt, ut propterea digrediamini ab invicem,
t divellamini, ut alteri alteros vitetis & adver-

ſemi-

ſemini? Ne, per Deum (fratres) ne date l cum iracundiæ , ne ſinite exaſperari animos v ſtros, neque enim ira hominis facit juſtitiam D beati mites , beati miſericordes , beati pacific inquit Salvator. Et quidem ſi plebejis præſcril Chriſtianis Apoſtolus, *ne ſinant occidere ſolem ſ per iram ſuam, neve locum concedant calumniat ri :* quanto magis ab hac ſibi parte cavebun qui ſunt luminaria Eccleſiæ, qui toti patria qui toti mundo facem Evangelii præferunt? illis iraſci turpe? his profecto noxium eſt pro ſus & exitiale. Jam tanto tempore hæc res h ſit veluti ſuſpenſa : toties ſol occumbens redi tegrandæ vos amicitiæ admonuit: toties hanc liis cantilenam occinuiſtis: toties eandem ipſi n glexiſſe videmini? tempus eſt igitur, ad priore illam redeatis tam ſuavem, tam jucundam, ta Deo gratam & Eccleſiæ totique Patriæ utilem neceſſariam animorum conjunctionem. Q dum ſtabat, nonne cunctis eratis adverſariis fo midabiles? nonne cunctis bonis, arcis inſtar m nitiſſimæ, tutum refugium? Nunc autem quo ſum exorbitatis? Nonne ſi ſic pergetis, mox ſus ac tripudia hoſtium, at ſuorum è contra g mitus, lachrymas, dolores, vulnera conſpect ri eſtis? Nihil de infirmis interim : qui max mopere profecto offenduntur, alienantur ac m do non retroaguntur, ſi oculis in nos conjecti talia deprehenderint. Atqui non oves tantu ſed & agnos Chriſti paſcere debemus; quin & in beccillium præcipue in nos curam ſuſcipere. E quid Salvator? qui offenderit unum ex minimi hiſce qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſpen datur mola aſinaria de collo ejus, ac demerga tur in profundum maris. Item, væ mundo pro pter offendicula: væ homini per quem offendicu

lu

lum venit. Ne ergo vel ab hac parte, seu Ecclesiæ seu vobis ipsis deeste. Quid autem invocatione, in tota re divina, sublimius, quid præstantius? sine qua nec in cæteris rebus universis quicquam, nec in sacro verbi divini Ministerio rectè constitui potest. Hic vero monet Apostolus, ut omni excussa animi ægritudine, conscientia tranquilla & libera precemur. Volo, ait, orare viros in omni loco sustollentes puras manus absque ira & disceptatione. Et Matthæi 18. Dominus: *Si duo ex vobis consenserint in terra de quacunque re quam petierint, continget illis à patre meo, qui in cœlis est &c.* *Contra*, inquit, *nisi remiseritis quisque ex animo delicta fratri suo, neque remittet vobis peccata vestra pater meus cœlestis.* Itaque fratres, ne preces vestræ utrimque impediantur, utque gratæ Deo sint, in Christo dilectissimo filio, cujus fresi fiducia oramus; neque Spiritus precum contristetur in vobis. Agite, injuriam si qua illata sit, condonate: animos iterum serenate: induique viscera miserationum, benignitatem, molestiam, mansuetudinem, lenitatem, vos exornate: exornatos, coram Deo in Spiritu Sancto, fideque coram Ecclesia in charitate sincera, cum conservis conglutinate, coarctate, unite: in unum vero colligati demum cum fiducia precum, in conspectum Dei procedite. Ita fiet, ut ad precandum sitis aptiores & alacriores, ad exauditionem Deo acceptiores & in omnibus gratiores Ecclesiæ. Nam oratione aut neglecta, aut non in Spiritu & veritate præstita, aut saltem, conscientia fluctuante, turbata: quid (quæso) salvum & incolume? Quapropter, fratres, exempla priora contemplamini, τὸ καλὸν τερπνὸν fraternæ dilectionis & concordiæ perpendite, commu-

nem vocationem confiderate, damna & utilitates ponderate, nec date locum tentationibus, multo minus Diabolo hofti, fcandalum vitate, infirmis parcite, preces ne turbate, quin & ipfi noftra vota fufcipite: Et (ut Conftantini verbis utamur) ad mutuam redite amicitiam & gratiam reftituite univerfis fratribus fuos complexus & vos ipfi tanquam animis repurgati alius alium mutuo agnofcite. Fit enim fæpenumero amicitia jucundior, quando poft inimicitiæ controverfiam ad reconciliationem reducitur.

Verum enim verò non hoc fumimus nobis uti in vos cenfuram ufurpemus aliquam: prob memores illius D. Auguftini ad Hieronymum: video interdum & vitia mea, fed ea malo audire à melioribus. Nos quidem honorifice fentimus de vobis, reverenter vos colimus, exofculamur deperimus. Dona veftra præclariffima, ftudium virtutem agnofcimus ac deprædicamus. Inftitutioni veftræ nos fubjicimus, correptiones veftra admittimus, difcipulos nos profitemur. Vos quidem illa omnia multo uberius, multo rectius multo felicius: Atqui officium facere nihilominus videmur nobis, fi tanquam fideles liberi parentes noftros, nefcio quo fato commotiores placare ftudeamus, ne tota videlicet Domus turbetur, & vicini vel offendantur, vel iisdem ludibriis cuncti exponamur. Quare nihil nobis ar rogamus, veftrum duntaxat & Minifterii & Ecclefiæ & ipfius Chrifti honorem quærimus, qui fcitis ergo alioquin tum aliis tum cunctis nobis eadem vobis jam ne ignorate, nec afflictam familiam veftram & confervulorum querulas voces defpicite. Parata demum poteft orare Domus, hymnos cantare poteft, ad quasvis operas eft idonea. Hanc itaque fecuritatem nobi

bis largimini, ut in Domino vobiscum exſultemus.

Sed, ait quispiam fortaſſe? per nos non ſtetit ea res: admonenda erat pars altera: qua culpam agnoſcente ac deprecante, res omnis in vado esſet. Nos vero Fratres, neutiquam hæc moramur, neque nobis in ſtudio eſt, ut arbitrium hic noſtrum interponamus, qua parte ſit erratum, id quidem agnoſcere nolumus. Reconciliationem duntaxat quærimus: hoc agimus, huc procendemus, in hoc incumbimus, hic voti nos compotes efficite, alteri ignoſcite, ſi qua ſit offenſa, eam comprimite, conſopite, ſepelite: ut tis inter vos ipſi & nobiscum in Domino unum, cuti Pater & Chriſtus unum ſunt. Sive igitur b hac, ſive ab illa, ſeu denique ab utraque par-, intra Ilii, quod ajunt, muros & extra peccaum ſit; nequaquam tamen deterrere nos illud, ut enervare, aut ab inſtituto conatuque noſtro ebet extrahere. Vos utrinque animos compoite, dexteras iterum conjungite, ſi quid admisım eſt, oblivifcimini, remittite, ſcrupulum aimis eximite, præterita miſſa facite, ad futura roſpicite, arctiorem deinceps amicitiam colite, c ſublata erit lis omnis, omne diſſidium, omis difficultas.

Atqui dum neutra pars in ſe ipſum deſcendere c fateri culpam vult, inquis, nonne ſinguli ſeorm facere officium & cauſam communem tueri ihilominus poterunt? Minime verò. Sed memra unius ejusdemque corporis exiſtimus. Quid nembris diſcerptis, corpus? Nec ſane divulſum c lacerum Chriſti corpus, cujus ille caput eſt, onſtituere, nec diſſoluta illius eſſe membra deemus: Sed totum corpus demum ſi ex capite Chriſto coagmentetur & compingatur, per om-

nem commissuram subministrationis, juxta actur in mensura uniuscujusque partis : tunc incre mentum corporis facit, in ædificationem sui ip sius per charitatem. Nihil enim in Christo d stractum, nihil non cum capite totoque corpor nexu indissolubili, aurea veluti catena junctur & initum est. Itaque tanquam sanctificati il lius & gloriosi corporis membra cohærete, ne ulla vi disjungi vos patimini.

Sed odium forte est nullum, quamvis con versatio rarior ? Nullum plane per Dei gr tiam : at semina interim ostendit iste pravus quare festinandum, antequam illa vel spargan tur, vel sparsa vires capiant. Est autem v nunc expeditior, quam si rancor quispiam in tervenerit, qui exulceret omnia. Nam exiguu ignis quantam sæpe materiam incendit. Prin cipiis obsta, inquit ille &c. Jam vero nequ studium reconciliationis tam deest, quam c justo rei modo laboratur, atqui fratribus om nium optima jam ante ratio per ἀμνηστίαν com monstrata est, quæ omnem semel tollit sollic tudinem, omnem præcidit querelam, omnen refricandi vulneris occasionem amputat. Ne est ut objiciat quispiam : quia sit læsa fama quæ profecto negligenda nulli, ad concordian perveniri non posse, tantisper dum in solidun & integre illa restituta fuerit. Nam privatin aut seorsim inter vos nemo homo læsus est quod nos putemus, & quidem si sit, Chris gloriam famæ tamen, fortunæ ac vitæ nostr anteponendam esse, censemus : Cæterum (u quod res est dicamus) si fama vestra ex ho dissidio periclitetur, in eo certe periclitatur quod secessione interveniente, disjuncti sitis quo uno suspicionem in aliorum animis exc

ta

tri & foveri manifeſtum eſt: Quapropter ἐπὶ τὸ ἀυ-
redite famæ veſtræ conſultum usque quaque fue-
t. Scriptam porro reconciliationis formulam re-
uiritis? at quis tandem ita eam exarare, ita con-
cre poterit, ne vel in aliquibus huic illive parti
ſpliceat. Deſiſtite vos partes eſſe: unum eſto-
t, integrum eſtote, nec ulla opus formula. Ne-
ue vero arbitros, acta, teſtes, nobis dicite.
litici ordinis forique ſunt illa; ſimplicitas nos
cet. Colloquium numque expetitis? at quo
ne, optimi? ut nimirum cauſam inter vos ven-
tetis & utri plus minusve deliquerint appareat.
Atqui nihil hujus innoteſcere ſatius. Quis e-
n uſus detectæ maculæ, quis fructus, quæ
ilitas, quando contegi felicius, quin etiam elui
teſt? ah deſiſtite: infirmitas eſt, morbus eſt.
um novum quaſi Eridos pomum inter vos pro-
i flagitatis? Neque vero ſordes ventilandæ
nt, ne gravius oleant. Contegenda potius iſta
nt, Deo ſemel committenda ſunt, radicitus
animis eruenda, evellenda, exſtirpanda ſunt,
ectio multitudinem peccatorum cooperit. Ca-
ndum itaque ne per nos retegantur ac denu-
ntur pudenda Nohæ: neve rugæ ac nævi Ec-
ſiæ & ſacri Miniſterii (quos univerſos eluit,
ſterſitque ſuo Chriſtus ſanguine) in hac ejus-
m ſenecta, exagitentur. Sed hoc opus, hic la-
r eſt, ut pedes alteris alteri, exemplo Salva-
ris, lavemus. Ipſe lavit nos cunctos, lavit nos
os: at pedes, hoc eſt, qua parte terram ad-
c contingimus, lotione indigent, dum in hac
a peregrinamur quotidie. Eapropter de pe-
m ſordibus hinc inde adhærentibus, ne con-
ndamus, ne diſceptemus & rixemur fratres, ab-
amus vero eas absque mora vel tædio, ſemper
iſque alteri per mutuam dilectionem. Et pro-

bet unusquisque opus ſuum, tunc in ſemetipſo gloriationem habebit, & non in alio. Nam unusquisque onus ſuum portabit.

Atque hæc noſtra eſt, haudquaquam Ethnica, ſed verè Chriſtiana, pulchra, utilis & per quam neceſſaria illa ἀμνηστία: quam vobis fratres, in hoc rerum ſtatu, ex fonte verbi Dei omnem animi livorem emundante & expurgante, reverenter offerimus, amore inquam & obſervantia vobis debita ad hoc excitati. Placida illa eſt modeſta eſt, integra, caſta, ſincera, tota amabilis. Nihil habet ſuſpicionis, nihil rigoris, nihil timoris, nihil periculi. Hanc ergo (quod felix fauſtumque ſit) ſuſcipite, per hanc in idem redite: hanc perpetuo colite. Exaudite gemitus noſtros, minuite ſuſpiria, triſtitiam adimite. Ne ſinite in caſſum abire vota noſtra, ne ſpernite preces noſtras, ne ad lachrymas noſtras obrigeſcite. Nolite, fratres, exſpectationem noſtram fallere: neque enim vel re infecta recedere, vel ſine Jacobæa benedictione dimittere vos, in animum induximus. En quot numero ſumus, omnes veſtri amantiſſimi, ſtudioſiſſimi, obſervantiſſimi: omnes Symmyſtæ; omnes in eodem quaſi ſtadio currentes! Quantam hic partem Miniſterii per Comitatum hunc totius coram cernitis. Cavete igitur, facies noſtras pudefaciatis: cavete cum rubore nos dimittatis. Nolite conſervis augere dolorem; nolite puſillos affligere ſed facite haud gravatim, quod tantis rationibus à vobis contendimus. Faciles fuiſtis erga alios ne præbete vos vobis ipſi nobisque difficiles. Pi res eſt quam petimus: præſtitu haud magna eſt ſi creditis: Commoditates in commune plurimas adferet. Nos viciſſim quotquot ſumus, nos totos vobis, ad omnia pietatis & obſervantiæ fraterna

ernæ officia, candide promptisque animis, of-
erimus, dedicamus, conſecramus. Quod ſu-
ereſt, valete, integri eſtote, conſolationem ha-
ete, unanimes ſitis, in pace agite, & Deus cha-
itatis ac pacis erit vobiscum.

ohannes *Welling*, (*a*) Baekemoranus ſubſcripſit.
ke *Dirkes*, Paſtor te Holte.
ngelbertus *Heukelhemius*, Driveranus Paſtor.
homas *Leeranus*, (*b*) in Baekemoer.
ohannes *Normæus*, Collega Leeranus.
Ienricus *Hæpman*, Paſtor Poepshuſanus ſubſcripſ.
udovicus *Bernhardi*, Paſtor Wenigermoranus.
ergius *Brumanus*, Miniſter verbi ad Lucum D. Georgii.
ohannes *Elink*, Breinemoranus Paſtor.
eorgius *Uphof*, Filſumanus.
Iiardus *Ludolphus*, Paſtor Pilſumanus ſuo & Collegæ nomine.
)anielis *Johannis*, ſubſcripſit.
onradus *Ebenius*, Eccleſiæ Utthemæ Eccleſiaſtes ſcripſ.
)aniel *Bernhardi*, Eilshumanæ Eccleſiæ Paſtor, manu ſubſcripſi mea.
acobus *Lyborius*, Deverenſis Ecceleſ. Visquardanæ Paſtor manu propria.
ohannes *Weſſelus*, Paſtor Grethanus manu ſubſcripſit propria
Autor *Lodenius*, Eccleſ. Chriſti in Manslagt Miniſter manu ſubſcripſ. propria.

(*a*) Rhena-Weſtphalus.
(*b*) Hic Reformatus Paſtor, & digniſſimum cœtus Leerani membrum, rejectus ab officio comparuit Emdæ d. 28. Oct. a. 1596., & in ejus locum ſurrogatus a. 1597. Burchardus Theodoricus Fuſius, cujus epiſtolam ea occaſione ad Edzardum Comitem datam ſuo tempore inſeremus.

Egbertus *Staals*, Collega Paſtoris Visquardanæ Ecc clefiæ.

Elardus *Ludovicus*, Wirdumanæ Eccleſiæ Paſtc ſubſcripſit.

Joannes *Acronius*, Eilshumanus Eccleſ.

Nicolaus, *Ludimagiſter* in Ottum & Paſtoris collegæ

Johannes *Wachtendonk*, Collega Paſtoris Grethan

Lucas *Ritzius*, Grimerſumanus Paſtor manu prop

Johannes *Torrentius*, Jenlethanus, manu ſua pro

Johannes *Aſportanus*, Paſtor in Canum manu prop

Albertus *Guilhelmi*, Paſtor Woltzetanus manu prop

Johannes *Ottonius*, Paſtor in Groothuſen manu

Jacobus *Detmarſumanus*, Verbi Miniſter in Hambs werum manu propria.

Gerhardus *Huiſingius*, Riſumanæ Eccleſiæ Paſto manu propria

Joannes *Clandt*, Larlethanæ Eccleſiæ Paſtor, etiam D. Wilhelmi *Holtenii*, Collegæ ſui domo abſenti nomine ſubſcripſit.

Johannes, Eccleſiæ Betteweranæ Paſtor confirmavit.

Gerhardus Fobanus *Geldenhaurius*, Eccleſ. Lyeranæ Miniſter manu mea.

Johannes *Dammonenſis*, Eccleſiæ Borgumanæ Miniſter manu mea ſcripſi.

Ajax, Viſitator te Leer.

Gerhardus *Ten Ham*, Paſtor in Grotegaſt manu prop.

Goſinus *Dorreh*, Paſtor Amdorpianus.

Egidius *Zutphanienſis*, Paſtor in Bemerwolda ppr. m.

Johannes *Waterhuſius*, Eccleſiæ Stapelmoranæ Miniſter.

Ulferdus *Belida*, (c) Paſtor Eccleſiæ Deteranæ.

Johannes *Brommelcamdorpius*, Paſtor Eccleſ. Weneranæ.

Ludovicus *Savary*, Paſtor Eskelanus.

Johannes ab *Eert*, apud Lenganos divini verbi M.

Weſ-

Wesselus Groninganus, apud Edenmoranos divini Verbi Minister.
Johannes *Blome*, Pastor Vellinganus.
Balthasar *Honæus*, verbi Minister in Wener.
Arent van *Oldersum*, Schoolmeester in Deteren.
Rodolphus *Hardenberg*, Collega Philsumanus in Ministerio.
Hermannus *Weneranus*, Pastor Nortmoranus.
Johannes *Mercator*, Ecclesiæ Stapelmoranæ P.
Hermannus *Leidenraadt*, Eccles. Loganæ Minister.

Oldersumanæ ditionis Ministri.

Franciscus *Montanus*, Ecclesiæ Rarichumanæ Minister manu propria subscrips.
Casparus *Goldt*, Gastensis Ecclesiæ Pastor mea manu.
Georgius *Critius*, Gandersumanus subscripsit.
Eico Riords *Syrum*, Pastor Oldershum, obtestatur Fratres, ut sint per Deum exorabiles.

(*c*) Pastor ecclesiæ Deteranæ, Comiti Johanni ...rcarus, remotus ab officio a. 1591. comparuit ...ndæ, inde cum suis in Westfrisiam profectus ... Filius ejus Johannes *Belida* d. 2. Jun. a. 1597. ...holæ Appingedamensis Rector creatus, & Hen...o Houbingio successit.

Gerhardi Eobani Geldenhaurii epiſtola ad Fratres Emdanos.

S. L.

REverendi Clariſſimi ac præſtantiſſimi Viri Domini obſervandi, injunctum eſt mihi a Grethanæ & Lyranæ diæceſeôn cœtibus, uti han V. R. H. quam fratrum plurimorum ſubſcription communitam videtis epiſtolam, addita ſalutation convenienti exhiberem. Quid ea contineat, inte ligetis; & quia res pia eſt, utilis item ac neceſſaria & quam ipſius Eccleſiæ ſtatus publicè nec non pr vatim Chriſtiana dilectio requirit; Nihil equidei dubito quin R. H. V. ſeſe exorabilem ſit præbitur Simile & ejusdem tenoris exemplar ipſis etia Hintanis fratribus propediem offeretur, & forſa hoc ipſo die, qui ſane ſi & ipſi (quod exoptandum æquo nos reſponſo dignati fuerint: rem omne ſolidè compoſitum iri confidimus; Domini bene dictonem interim expoſtulantes. De veſtra quide H. R. nobis certo pollicemur, quod refragatu non ſit, verum ſponte potius hoc ipſum quod pet mus conceſſura, quam paſſura, ut vel Miniſteriu vel Eccleſiæ hujus patriæ, detrimentum capiant. E omne viciſſim V. H. R. officium ſtudiumque pro lixe deferimus. Bene valete. Lyræ 20. Aug. 158

V. H. R obſervantiſſimus
Gerhardus Eobanus Geldenhauriu

Inſcriptio.

Reverendis Clariſſimis ac Præſtantiſſimis priſtin pietate, virtute Viris, Dominis Miniſtris, puru Dei verbum in Eccleſia Emdana ſolidiſſime do centibus, Dominis ac Fautorib us perpetua obſer vantia colendis.

IX

I X.

Continuatio Catalogi Librorum à Reformatis typis excuſorum.

GERMANICE.

HOchwichtige Betrachtungen, welche zu Erlangung der Gelückſeeligkeit des zukünfftigen ebens einem Menſchen höchſt dienlieh ſeyn: Aus em Engliſchen überſetzet von Amadeo Creutzerg mit einer Vorrede J. Georg. PRITII: der H. chrifft D. und des Miniſterii zu Franckfurt Senioren; Francof.. 1720. 20. B. 8. Opuſculum hoc œleſtem unctionem redolens à Reformato ſcripum, à Lutheranis cum eleganter verſum, tum ræfatione exornatum, at Viro, eccleſiæ Romanæ adſcripto Illuſtriſſimo Comiti de *Sporck* inſcritum prodiit quoque Gallicè Amſtælodami, 1700. & memorabili lectuque digniſſimo ſcripto *de la licité de la vie à venir* tamquam ejus altera pars, nnexum eſt.

Joh. Alphonſi TURRETINI Kurtze und friedertige Unterſuchung der Grund-Articul des Glaueus; darinnen zu dem Frieden unter denen Proteierenden und zu beyderſeits Verträglichkeit der Veg gebahnet wird; ſamt einer Sammlung der eugnüſſen, in welchen ein beſcheidenes und iedſahmes Urtheil in Theologiſchen zu gebrauhen eingerathen, und zu Auffrichtung einer Eiigkeit unter denen Proteſtirenden Anleitung geeben wird; A. 1720. 4. 1. Alph. 13. B. Hic liber x Latino in ſermonem Germanicum converus eſt.

Morgenröthe oder erſtes Licht zur Erleuchtung ler dunckelen Hertzen junger Kinderen, in anfäng-

fänglicher Erkäntnüſs der Geheimnüſſen des Reich Gottes, auffgeſetzt von Rudolph FRIEDERICH Diener am Wort GOttes zu Schwartzenburg Berner Gebiets. Bern. 1720. 8½. B.

Der Morgenröthe oder erſten Lichts Fortgang zur Offenbahrung des Sinns, I. der H. zehen Geboten, II des Gebets ins gemein: Auctore & loco & tempore eodem. 7. B.

Zehen Predigten uber verſchiedene Texte der H Schrifft, gehalten von Fr. Ad. LAMPEN, Francof & Lipſ. (vel potius Baſileæ ; 1720. 8.) Sunt eædem conciones, quas ante hos undecim annos ſub titulo: Die Geſtalt der Braut Chriſti vor ihren Ausgang aus Babel, in Apoc. XIV: 1--5. aliaque nonnulla loca vulgaverat Cl. Auctor.

Gulden Kleinod der Lehre der Wahrheit nach der Gottſeeligkeit verfaſſet in dem *Heidelbergiſchen Catechiſmo*, weiter ausgeführet, erläutert und befeſtigt von Johanne D'OUTREIN, wegen ſeiner Fürtrefflichkeit ins Hochdeutſche überſetzet durch Henr. Gunth. TEGELER. N. C. P. ferner mit Fleiſs überſehen und mit verſchiedenen Anmerckungen und Zugaben vermehret von Friedr. Adolph LAMPE; Bremen, 1721. 4. 158. pl.

Ruhm der Glaubigen in dem Tode JESU gegen alle Verdamnüſs, in einer Predigt fürgeſtellet über Rom. VIII: 34. worinnen die Lehre, daſs Chriſtus allein fur die Auserwehlten geſtorben ſey, grundlich erwieſen, und das Gegentheil beſcheidentlich widerleget wird, um gemeiner Erbauung willen zum Druck befordert durch L. G. TREVIRANUS, Diener des Göttl. Worts in der Neuſtadt Bremen, Bremen. 1720. 4. B.

In his paginis ſuam & plerorumque Reformatorum ſententiam gravibus de cauſis impulſus expoſuerat S. R. Auctor, collega mihi exoptatiſſimus, idque, ut Theologum, ut Chriſtianum decet, ſine omni verborum acerbitate, atque aliter ſenti-

en-

tium injuriâ. Apparuit autem illico τȣ Δεινα, ἐπιστημȣ scriptum, de quo quid sentiendum sit, ipso titulo, tamquam ex fimbria detexto conjecturam capies. Arrige aures, Christiane Lector, ntasque animorum, sane non cœlestium iras, xta mecum & mirare & ride. SPIEGEL DES OSEN GEISTES, der sich in der höchstärgerhen Predigt reget, welche der Calvinische Præcant zu Bremen, L. G. *Treviranus*, wider unsern lgemeinen HErren und Heyland JEsum Christum offenen Druck herausgegeben &c. Papae! Satis pro nperio, quisquis es! Quis non miretur salem, qui te est? Sed heus!

O bone! dum scriptum patulas protrudis in auras,
Quod speculum pravi Dæmonis *ipse vocas*;
Hoc tantum moneo, librum ne legeris istum,
In speculo *hoc vultum ne tueare tuum.*

Aliud.

Scire cupis de te pia gens quid sentiat omnis,
Cum legit in magnos, pectora sancta! Viros,
Quæ jacis impurâ convitia tetrica pennâ,
Nil, *ait*, in libro hoc aptius est Titulo!

T. d. H.

שרש דבר, oder Hebräisches *Wörter-Buch*, welhes der eigentlichen Bedeutung der Hebräischen Vörter in der H. Schrifft, und auch dem Christchen Sinn derselben als *der Wurtzel des Worts* der öttlichen Verheissung; so Christus und sein Reich t, nachforschet. Nach der Ordnung wie die inge ihren Ursprung in der Schöpffung, und darff so wol vor dem Sünden-Fall, als auch nach emselben ihren Anfang bekommen haben, in ihre ewisse Materien zusammen getragen von *Ludwig hristoph* SCHAEFER, Diener des Worts zu Berlen-

lenburg, im Jahr unsers Erlösers J. C. da Er selbst-ständige Wort, die Wurtzel seiner Ausswehlten, ja auch der gantzen Welt, Fleisch worden, Berlenburg, 1720. Librum hunc vid nondum licuit.

Gülden Kleinod zur Himmlischen Hochzeit, oc Communion-Buch; in Frantzösischer Sprach a fangs von dem H. Drelincourt, Mestrezat und D rand beschrieben, nun ins Teutsche gebracht, E sel, 1720. 12. 16. Bogen.

Die Beherrschung der Gedancken in einem anm muthigen Discours von Georg TULLIE; Unt Dechant zu Yorck in Engelland, in Englisch Sprache gescrieben, jetzt wegen seiner Vortre lichkeit ins Teutsche übersetzt von M. Henri Engelhard POLEY; mit angehängtem Regist Lips. 1721. 8. 14. B. Eundem propediem nob ejusdem auctoris alios tractatus, v. gr. *Instrum to claeuse the Thougts*; *Rational Thoughts upon Judg ment of man*; *Reflexions upon the old Philosophers a their Philosophie* Latinè ex Anglico versos nobis d turum accepimus.

Jacobi BERNHARDS Vortrefflichkeit der Chri lichen Religion, nebst vier Discursen von den wa ren und falschen Kennzeichen der Liebe GOttes von der Beschaffenheit eines Christen gegen sei Feinde; von dem Marter-Leiden, von der Lüge aus dem Frantzösischen übersetzet, Rudolfstad 1720. 57. B. 8. Hic liber a. 1714. Gallice du bus in 8. voluminibus Amstaelodami primum pr diit.

Robert NELSON Ubung der wahren Andacht Absicht so wol auff den Endzweck als die Mittel d Religion. Aus dem Englischen übersetzet, Aug purg 1721. 19. B. 8.

Joh. Arnoldi NOLTENII Posaune des Wor und der Gerichte GOttes, vorgestellet in ein Buss-Predigt auf Anlass des zu Berlin zersprung ne

Pulver-Thurns, Berlin, 1720. 3. B. 4
- Einleitung zur Beweisung der Wahrheit der
riftlichen Religion in neun Predigten, worin-
n I. die natürliche Religion aus der Vernunfft
wiesen. II. deren Unvolkommenheit angezeigt,
d III. aus des HErren Christi Aufferstehung und
undern seine Göttliche Sendung behauptet wird;
bst einem Anhang einer Abschieds-Predigt von
nckfurt an der Oder, und einer Antritts-Pre-
t, gehalten von *Johan Arnold NOLTENIUS*,
lin, 1721. 4. 1. Alph. 9. plag. Continet hic li-
maxime venerandi Auctoris novem in aula Be-
inensi regia, de gravissimis materiis habitas con-
nes, & brevitate, & dictionis perspicuitate, &
iditate se apprime commendantes. En tibi il-
um indicem. I. Religionem Christianam esse
ionalem ex 2 Cor. IV: 2. II. Deum esse ex
m. I: 19, 20. III. de Natura & essentia divina
Rom. I: 19, 20. IV. de Providentia Dei ex
lm CXXXIX: 5. V. de Lege naturæ ex Rom.
14, 15. VI. de Remuneratione ex Actor. XVII:
VII. de Imperfectione religionis naturalis ex
or. I: 21. VIII. de Resurrectione J. C. 1 Cor.
: 1--20. IX. De Miraculis, quibus veritas re-
ionis Christianæ evincitur Ebr. II: 4. cum ap-
ndice concionis valedictoriæ ex Apoc. III: 1, 2.
ntroductoriæ ex 2 Tim. I: 7.

chrifften zwischen dem Baron von Leipzig und
Clarke über merckwürdige und besondere Ma-
ien der natürlichen Religion, nebst Ludw. Phil.
ümmigs Antwort auff die fünffte Englische
hrifft, übersetzt von Henrich Köhlern, samt
rist. Wolffs Vorrede, Jenæ, 1720. 19. B. 8.

Die Religion eines Tugend-und Wahrheitlieben-
n Menschen, samt denen Gründen auff welchen
bige beruhet, allwo die Wahrheit der Christ-
hen Religion überhaupt so wol als ihre Einfalt
wiesen, und vorläuffig zu Ausfindung deren be-
sonde-

ſonderen Geboten und Lehr-Punckten, ſo dieſel
ge in ſich begreiffet, ein und andere Regul ge
ben wird. Editio altera & tertia parte auctior,
Anglico tran lata; Baſel, 1719. 8. 17. B.

Jobi Phyſica ſacra, oder HIOBS Natur-Wiſſ
ſchafft verglichen mit der heutigen durch Joh.
cob SCHEUCHZER: Med. D. Matth. P. M
Glied der Käyſerlichen Caroliniſchen, Köni
Engliſchen und Preusſiſchen Geſellſchafften: Z
rich, 1721. 4. 2. Alph. 17. pl.

Specimen eximii hujus operis exhibuimus Cl
Faſc. III. p. 397. De auctore vide Faſc. eund
p. 973. ſqq. Eſt hic liber prodromus majoris o
ris, quod pæne confectum eſt, videlicet comm
tarii in loca totius S. Scripturæ Phyſico-Mathem
tica.

Stephani CHARNOCKS Diſcouts I. von
Geiſtes Uberzeugung der Sunde. II. Von Ungl
ben der allergröſſeſten Sünde: Berolini, 1721.
1. Alph. 8. pl. Ex Anglico liber hic translatus p
diit interprete E. G. von *Bergen*.

Das denen thierlichen Reichen dieſer Welt z
Schrecken, und gäntzlicher Vertilgung, der K
chen GOttes aber, zum Troſt und herrlicher Be
ſtigung zuhegende Gericht des Allerhöchſten, i
in den letzten der Tagen in vollem Glantz auff
richtende herrliche Reich des Meſſiæ dem hoch
leuchtetem Propheten und Mann Gottes Daniel,
einen wunderbahren Geſichte gezeuget und D
VII. beſchrieben. Nebſt einigen auserleſen
Schrifft-Stellen, die erkläret, und in ihrer Erf
lung vorgeſtellt werden von *Johann Daniel* MAN
reformirten Prediger zu Cleve, Soeſt, 1720.
Vide recenſionem hujus libri Cl. IV. faſc. I
p. 723.

Das Muſter eines rechtſchaffenen Edelmanns
den Pflichten gegen GOtt, gegen den Nechſte
und gegen ſich ſelbſt; in Engliſcher Sprach
ſchr

;hrieben, durch den Auctorem von der gantzen
flicht des Menſchen (Dyty of Man) und nun-
nehro ins Deutſche überſetzet, Nürnberg, 1721.
. 17. Bogen.

Anfang an den näheren Entwurff oder Erkläh-
ung der Lehr der Reformirten Kirch von der ewi-
en GNADEN-WAHL, und anderen aus dieſer
Quell flieſſenden Heilwürckenden Gutthaten GOt-
ts zu Beförderung des ſo billichen und nöthigen
irchen-Friedens der Proteſtirenden Kirchen durch
alomon Alethaeum, (i. e. ut accepi, Joh. Jaco-
um HOTTINGERUM) Tiguri, 1720. 4.
. plag.

Kurtze aber wahrhaffte Relation von der wun-
erbahren Erleuchtung etlicher Ehrlichen Leuten
i dem Bärenthal, und den harten, wegen An-
ehmung der Reformirt-Evangeliſchen Religion
nen zugefügten Trangſahlen, zur Bewunderung
nd Mitleiden auffgeſetzt und zum Druck befor-
ert von J. H. U. (i. e. Joh. Henr. ULRICI) P.
. 1720. Im Jahr, Da Der Herr SICh erVVleſen
ir HeIL und TheIL, Zürich, 4. plag.

Continet hoc ſcriptum narrationem memorabi-
m eorum, quæ ab aliquot annis cum nonnullis
colis *Bärenthalenſibus*, qui ditionis Hohenzolle-
næ-Siegmaringenſis vicus eſt, acta fuere. Illi
ctione Bibliorum, quorum exemplar ſtudioſus
heologiæ, quam illi homines vocant Catholi-
m, Johannes *Beck*, forte nactus erat, ad cogni-
onem veritatis Evangelicæ pervenerant, eorum-
ue numerus ad ſeptuaginta, utriusque ſexus, om-
sque ætatis homines excreverat. Hunc felicem
vangelii curſum ut ſufflaminarent ejus hoſtes,
uinque illorum ad d. 19. Febr. a. 1719. nocturno
mpore centum armatis militibus è lectis obtorto
ollo extracti, inter diras execrationes & ludibria
amellis compedibusqu e ferreis miſerabilem in mo-
um vincti, manibus pedibusque ligatis primùm

Speichingam, deinde Oenipontum, & reliquis tr
bus relictis, duo ex illis Bechius, & Johannes *Da*
aepfel, Faber lignarius, Vindobonam deducti sun
Hic inter teterrimi carceris squalores, fame ac si
pene enecti, ad Aprilem anni 1720. detenti fuere
donec infatigabili Legatorum M. Britanniæ & B
russiæ Regum, Ducisque Würtembergensis cura
atque intercessionibus, annuente Augustissimo In
peratore CAROLO VI. Magno, felice, JUSTO
iis libertas abeundi impetrata est. Dubium est
num in hujus libri lectione magis hostium veritat
rabiem ac furores, quam TIGURINORUM præ
cipue, in illis confessoribus instruendis, juvandis
tuendis promtitudinem & liberalitatem admirari d
beam. Speramus reliquis Bärenthalensibus co
fessoribus, quos etiamnum sub dira persecutio
gemere relationes publicæ docent, mox opem
plenam liberationem à DEO & CAESARE allatu
iri. ΜΙΜΝΗΣΚΕΤΕ ΤΩΝ ΔΕΣΜΙΩΝ, ΩΣ ΣΥΝ
ΔΕΔΕΜΕΝΟΙ.

Gottseelige Seelen-Ubung zu nützlichem G
brauch des H. Abendmahls, hiebevor durch H
Johann ZOLLIKOFFER, weyland Kämmere
und Pfarr-Herren zu Herisau, aus W. *Pemple*,
Simonidis und anderer Gottsgelehrten Schrifften z
sammen gezogen, nunmehro in richtigere Or
nung gebracht, verbessert und vermehret dur
Theodor. GERNLER, Diener am Wort GOttes
der Kirche zu Basel; zweyte Auflage: Basel, 172
12. 1. Alph. 1. pl.

Das ernstliche Verlangen GOttes auch nach d
grössesten Sünder Bekehrung und Seeligkeit,
dem merckwürdigen Leben einer gewissen edl
Person Privat-Standes in Engelland, welche GO
in sehr hefftige Unruhe des Gemüths und erschrec
liche Seelen-Angst gerathen, wie auch die entsetzl
che grosse Macht des Satans an sich erfahren lasse
dadurch aber endlich kräfftig zu sich gezogen u
vo

on ihrem ſündlichen Weſen bekehret hat ; Zur
Auffweckung derer vermeſſenen und ſichern , zur
Überlegung derer zweifelenden , und zur Auff-
munterung zaghaffter Seelen , ſehr erbaulich und
öſtlich vorgeſtellet, und auff Begehren einer
hriſtlichen Standes-Perſon ausm Engliſchen ins
eutſche überſetzt von M. *Georg Klein Nicolai* ,
aſtor in Zeulenroda ; Leipzig , 1721. 8. 1. Alph.
3. plag.

Die Reiſen der Gottloſigkeit , welche in einer
tigen und angenehmen Allegorie vormahls im
hr 1684. *Benjamin* KEACH , der auch die Rei-
n der wahren Gottſeeligkeit in Engliſcher Sprache
ſchrieben , nun aber aus derſelben ins Hochdeut-
he überſetzet , und zu hertzlicher Warnung vor
ler Sünde und Gottloſigkeit heraus gegeben hat
hriſtoph. Matthæus Seidel , Adj. Paſt. Præſ. & In-
ectorzu Berlin. Halle , 1721. 12. 18. pl.

Zweyter Theil der Schau-Bühne der Wunderen
Ottes , oder *Special-Phyſic* , worinnen die Lehr-
tze der Naturkunde deutlich erkläret , mit Ex-
rimenten bewieſen , durch Hiſtorien erläutert ,
m Nutz der menſchlichen Societät und Erbauung
s Gemüths appliciret werden. Eröffnet durch
HEODOR , Mitglied der Königlichen Preuſſi-
hen Societät der Wiſſenſchafften. Herſchfeld ,
21. 8. 1. Alph. Auctor hujus libri eſt S. R. J.
onr. MEL ; Inſpector Hersfeldenſis , editione
urimorum inclytus.

Gründliche Erklärung und erbauliche Zueignung
r ſo genannten *Sonntags-Evangelien* , Krafft wel-
er , nach füglichem Eingange , ordentlicher
btheilung , und richtiger Erklärung , nebſt denen
genen Anmerckungen des Autoris , alles dasjeni-
, was zur Harmonie , Calvinus , Chemnitius ,
yſerus , Gerhardus , Clericus &c. über die Para-
eln , D'Outrein , Melchioris , Groenewegen ,
eelmann &c. über die Wunderwercke Antonides,

von denen Dubiis Evangelicis, Spanhemius, zu Erklärung einiger Redens-Arten aus denen Rabbinischen Schrifften, und sonsten zur Erläuterung des buchstäblichen Sinnes Lightfoot, Grotius, van Til, Huysinga, und andere geschrieben haben kürtzlich zusammen gezogen, und zu nachdrücklicher Uberzeugung der heutigen lieblosen Namen Christen, und zu kräfftiger Stärckung der rechtgläubigen Kinder GOttes, jedesmahl in zwey Predigten, nebst denen dahin gehörigen geistreichen Gebetern, verfasset und vorgetragen, auff Approbation eines Ehrw. Bergischen Synodi heraus gegeben durch CASPARUM EBERHARDI; ehemahligen Hoff-Prediger zu Rheda, hernach Diener am Worte GOttes zur Gemarcke im Bergischen Lande, und gegenwärtigen Guarnison und Stadt-Prediger zur Lippstadt. Lemgo, 1721. 4. 9. Alph. 7. Bogen.

Christliche Predigten über verschiedene ausserlesene Sprüche H. Schrifft; neues Zehend; sonderliche Betrachtungen der Trübsahl und Todes-Gedancken in sich haltende; zu verschiedenen Zeiten gehalten, und nun heraus-gegeben [von DAN. ERNST. JABLONSKI, D. Berlin, 1720. 4. 1 Alph. 8. Bog. Hæc quinta Decas est selectissimarum S. V. Auctoris homiliarum. Vide Cl. I. p. 363. Textus, qui in hac decade pertractantur, sunt Joh. XVI: 20. Psal. XVII: 7. Rom. VIII: 18. 1 Cor. XV: 19. Ps. LXXI: 17, 18. Eccl. VII: 2. XII: 1. Luc. VII: 11. sqq. Es. LX: 20.

Die triumphirende Christliche Religion, das ist höchstnöthiger, nützlicher und erbaulicher Tractat von der Warheid und Gewissheit der Christlichen Religion, worinnen nicht nur die Exsistentz GOttes, auch dass die H. Schrifft GOttes Wort, und JEsus der wahre Messias und insgemein der gantzen Christlichen Religion Gewissheit durch ver-

nünfftig

ünfftige Gründe, und vielfältige unwiedersprech-
che Beweisthümer gantz deutlich und klar dar-
ethan, sondern auch denen Zweiffeln und Ein-
ürffen, so die Atheisten, Naturalisten, Deisten,
iden, Schwachgläubige, &c. dagegen machen,
ttsahm begegnet wird. Aus dem unvergleichlichem
antzösischem Scripto des Hrn. JACOBI ABBA-
IE, Theol. Doct. und Predigers zu Dublin in
rland, mit besondern Fleiss übersetzet, und
urch unten beygefügte, aus denen neuesten Au-
oren so diese Materie behandelt, als *Mornæo, Gro-
o, Pascal, Huetio, Clerico, Limborch, Allix, Ha-
t, Pictete, Cudworth, Jaquelot, Bentlei, S. von
l, Oleario, Martin &c.* und anderen guten
eils gezogene Anmerckungen an denen nöthigen
rten erläutert. Nebst einer Vorrede, worinnen
von dem Nutz und rechtem Gebrauch dieser und
rgleichen Schrifften gehandelt, und II. von de-
n fürnehmsten hieher gehörigen Scribenten um-
ndliche Nachricht gegeben wird; III. die haupt-
chlichste Methoden, nach welchen die Autores
e den Beweisthum geführet, insonderheit das
oject des sel. *Pascals* umständlich beschrieben,
ch IV. von gegenwärtigem Wercke, dessen Ein-
htung und nützlichen Gebrauch nöthige Mel-
ng gethan wird; Zelle und Leipzig 1721. 4.
Alph.

Ejusdem Libri zweyter und letzter Tomus nebst
er Vorrede, worinnen gezeiget wird: I. dass
in Zustand unglücklicher und unvernünfftiger
als eines, der von der Wahrheit der Christli-
en Religion nicht gewiss ist, oder gewis zu werden
cht ernstlich suchet: hingegen II. nicht glückli-
r, als der Zustand eines Gläubigen, und III. wie
zu zu gelangen? Lips. 1721. 2. Alph. 7. pl. E-
egium profecto sui erga res divinas amoris spe-
nen edidit nobilissimus consultissimusque Vir,
L. BILDERBECK, J. C. Cellensis, qui tem-

Y 3 pus,

pus, quod à publicis graviſſimisque muneribus va
civum habet, verſioni, atque illuſtrationi præ
ſtantiſſimi, neque ſatis commendandi hujus libri vo
luit impendere.

Gottſeelige Gedancken, und kurtze Gebete au
jeden Tag des Monaths, aus H. Schrifft zur from
men Seelen Erbauung vorgetragen von einem auf
richtigen Liebhaber GOttes und der Wahrhei
Ehedeſſen Chriſtlicher *Zeitmeſſer* genannt; Anitz
aber wiederum auffgelegt, und mit einer neue
Vorrede eines Leipzigſchen Theologi verſehen
Leipzig, 1721. 12. 6. B. Hic idem liber eſt, cu
jus editionem cum aliis ad pietatis praxin perti
nentibus ante biennium heic loci curavi. Deind
cognovi, auctorem pulcherrimi hujus libri eſſe am
pliſſimum Virum MARCUM PELS, Senatore
urbis Groninganæ, duasque adhuc alias ejus exſta
re partes, quas pariter; ſunt enim omnino dignæ
ut plurimorum manibus terantur, è Belgico ſermo
ne Latine loquentes, publicique fieri juris, volen
te Deo curabo.

RICHARD BAXTER wahre Kirche in alle
Secten, oder Beſchreibung der wahren Catholi
ſchen Kirche, nach ihrer eigentlichen Natur un
Beſchaffenheit: Nebſt des ſeeligen Autoris Ehre
Gedächtnüſs in einer Leichen-Rede aufgerichte
von William BAKER, und aus dem Engliſche
überſetzet von D. J. G. *Pritio*. Mit einen Ver
zeichnüſs derer Baxteriſchen Schrifften, und wel
che von denenſelben ins Teutſche überſetzet ſind
8. Leipz. 1721. 2. Alph. 4. B.

Hermanni WITSII Practyck des Chriſtenthums
oder Erklärung der vornehmſten Gründe de
Gottſeeligkeit. Vorgeſtellet in Frag und Ant
wort. Nebſt denen geiſtlichen Kennzeichen, darin
ein Unwiedergebohrner in ſeinem beſten, und ei
Wiedergebohrner in ſeinem ſchlechteſten Zuſtand
vorgeſtellet wird. Zweyte Auflage, welcher bey
gefüge

gefüget die Kenzeichen des Standes der Natur und der Gnade durch *Gualterus* BODAAN, Prediger in Amsterdam. Bremen, 1721. 17. B.

Summarischer Bericht vom Ursprung der Streitigkeiten in Religions-Sachen zwischen den Evangelischen Kirchen, und worauff dieselbe noch beruhen; Samt einem Schrifftmäsfigen Underricht von der Weise der Gegenwart und Gemeinschafft des wahren Leibes und Bluts JEsu Christi im heiligen Abendmahl, Bremen, 1721. 6. pl. Est iterata tantum editio libri saepius editi.

Petri du MOULIN oder MOLINAEI, Vaters und Sohnes, auserlesene zur Andacht und Erbauung dienliche geistreiche Schrifften, sämtlich aus denen Originalen ins Teutsche gröften theils zum erstenmahle, theils aber auffs neue mit möglichster Accuratesse übersetzt, auch mit nöthigen Anmerckungen, ausführlichem Register und glaubwürdiger Lebens-Beschreibung derer beyder Herren *du Moulin* versehen, von M. Joh. Daniel JACOBI, SS. Theol. Baccal. und Archidiacono in Pegau; Leipzig, 1721. 4. 149. pl.

Libri, qui in hoc volumine Germanice versi occurrunt, sunt sequentes.

Du combat Chretien; deux parties: avec conseil fidele & salutaire sur les mariages des personnes de religion contraire, & prieres choisies &c.

De *la paix de l'ame.*

De *cognitione Dei.*

Heraclite, ou de la vanité & misere de la vie humaine.

Theophile ou traité de l'amour divin contenant

 cinq

(*a*) Ex præfatione disco hunc auctorem esse utilissimi libri, qui nostro idiomate sub titulo: *Lexici Eruditorum* Lipsiæ a. 1715. editus est. T. d. H.

cinq degrés, cinq marques, & cinq aides de l'a-
mour de Dieu.

Le *saint Reveil spirituel.*

Meditation pour se preparer pour la *sainte cen*

A *Weeck* of *Soliloquies* and Prayers with a prep-
ration to the holy communion.

De la nature de la foi.

Familiere instruction pour consoler les malad
avec plusieurs prieres sur ce sujet, &c.

Nachlese einiger ausgesuchten Predigten, zu
Anhang derer, die ehemahls unter dem Nahmen
Die Gestalt der Braut Christi vor ihrem Ausgang a
Babel, sind ausgegeben, auff Begehren einiger gu
ten Freunde hinzugefügt von *Friederich Adol*
LAMPE, Dienern des Worts in der hohen Schu
und Kirche zu Utrecht. Bremen, 1721. 8. 2
Bogen.

Continet Conciones septem 1) ad Act. XX: 3
qua ecclesiæ Bremensi valedixerat Auctor, qui
pietatis non minus studio, quam eruditionis, præ
clare quotidie & voce & calamo mereri pergit; 2
ad Zach. VIII: 31. qua in ecclesia Ultrajectina mu
nus suum auspicatus est, 3) in Luc. X: 42. 4.) i
Ps. XCIII: 5. 5) in Ps CXIX: 175. quæ dicta e
Bremæ, cum è gravissimo morbo feliciter esset elu
ctatus. 6) in Apoc. II: 7. quæ habita est Duisburg
Clivorum in funere Pauli CHLETLE, olim Patri
societatis primicerii, per septem annos Professori
Lucernensis, & deinde electoris Coloniensis Con
siliarii in sacris, ejusque in aula Concionatoris
cum ille, posteaquam deserto Latinorum cultu e
mendatiori Religioni nomen suum dederat, pi
ac placide in Domino obdormivisset. 7) in Psal
CXXXI: 2.

X. Nova-

X.

Nova-Historico-Theologico-literaria.

GLASGOVIAE postridie Kalendarum Novembris A. superioris MDCXX. vitam ...um morte commutavit William JAMESSON (Guillielmus Jacobides) Professor historiarum ...n hac Academia. A teneris ille sensuum oculorum expers, neque unquam in re lauta atque ...ucta fuit. Magnam tamen doctrinæ copiam si...i collegit, historiarum cum sacræ, tum profa...æ callentissimus. Id colligas ex scriptis, quæ misit in lucem, ex quibus eminent *Apologia ec...lesiæ Scotiæ, prout illa legibus publicis stabilita ...st*, Anglice & Latine. *Communis causa Chri...tianismi; Gregorii Nazianzeni querela & votum ...ustum*, sive *fundamenta Hierarchiae excussa & ...ejecta*: Tractatus de *Regimine ecclesiastico quale ...ut temporibus Cypriani. Roma Racoviana*, sive *...Racovia Romana*, in quo libro demonstrare an...isus est Arianos & Socinianos, tametsi ab ecclesia ...Romana videntur diffidere, in eo tamen cum il...a convenire apprime, quod utraque pars reli...gionis Christianæ fundamenta subruere, quantum ...n se est, conetur. Libri ejus edendi sub titulo; *...Spicilegia Ægypti & vicinarum gentium*, mentio ... nobis facta est tomi superioris pag. 398. 399. ...Augebit hic Catalogum Cœcorum Eruditorum, ...qualem cum plures alii, tum nuper Henr. Aug. *...Fricke*, (a) & præstantissimus *Heumannus* (b) no...ster exhibuere:

 JA-

(a) In Differt. Academica de *Caecis eruditis*, edita ...Lipf. 1715. (b) In programmate de *Caecis videnti...bus* edito Gott, 1720.

JAMESII *Scoti radiantia luce serenâ,*
Tempore queis parvo viderat ille diem,
Nunc eheu! tristi conduntur lumina nocte,
Lumina perpetuum digna videre diem!
T. d. H:

ULTRAJECTI ad d. XIX. Martii Cl. V (c) Johannes LUYTSIUS, Philosophiæ Pr fessor anno ætatis LXVI. vitam cum mo commutavit. Celeberrimus Antecessor *Everi dus* OTTO differt. *de Jure Imperatoris circa lectionem Pontificis Romani*, & alteram *de Sta Judæorum publico* vulgavit. In edenda con nuandaque historia *Pauli* Apostoli strenue ve satur Cl. ALPHENIUS. Cl. LAMPIO, q in limando suo in D. *Johannem* Commentar versatur, promulsidis loco singularia ejus lo singularibus excutere dissertationibus, animus e Eum in finem Differtt. de *Titulo Evangelii J hannis*, de *sinu Patris* ad locum Joh. I: de *Sca Jacobæa*, ejusque *Mysterio* foras exire jussit. U quæ Viri de hac sententia sit, cognoscas, dat tibi theses illas, quibus eam commentariis su largius illustratam exhibere voluit.

A. *Jehova in gloriosa luce apparens, formaqu humana conspicuus in cœlo, repræsentavit Gloria cœlestem Messiæ secundum utramque naturam al quando occupandam & in terra revelandam.*

B. *Scala in terra fixa & ad cœlum pertinge designat semitam vitæ, per quam primo Messi thronum gloriæ conscensurus, & deinde elect suos ad beatam secum in gloria communionem in troducturus.*

C. *Gr*

(c) Vide Cl. III. fasc. I. p. 169.

C. *Gradus ex quibus ſcala conſtat, ſymbola ſunt* *ventuum ſecundum conſilium Dei per ſua inter-* *alla temporum diſtinctorum, per quos ad gloriam* *eleſtem Eccleſia poſt Chriſtum emergit.*

D. *Infima ſcalæ pars in terra defixa innuit ter-* *m habitabilem regno Meſſiæ ſubjectum iri.*

E. *Summitas ſcalæ tangens cœlum communio-* *m eccleſiæ militantis cum triumphante, ejus-* *ie ſuper omnia regna mundi excellentiam re-* *æſentat.*

F. *Jehova inſiſtens ſcalae communionis ſuae im-* *utabilis cum eccleſia in terra effigiem diverſimode* *hibet.*

G. *Per Angelos intelligimus primarios Meſſiae* *adminiſtratione regni coeleſtis Miniſtros, tam cœ-* *ſtes, quam terreſtres.*

H. *Adſcenſus & deſcenſus Angelorum in ſcala* *dicat, quomodo hi Miniſtri Meſſiae in rebus ad* *gnum ejus pertinentibus actuoſi ſint.*

I. *Haec omnia ſucceſſive gerenda & ſigillatim* *ulis fidei contemplanda eſſe, triplex ad videndum* *vitatio innuere poteſt.*

K. *Jacobus tam illuſtre viſum in ſomnio perci-* *ens typus eſt tum ipſius Filii Dei in terra peregri-* *antis, tum eccleſiae per varios caſus in coeleſtem* *itriam tendentis.*

BEROLINI Ineunte hoc vere promulgatum t edictum regium, quo omnibus, qui in am- iſſima ditione Boruſſiaca vivunt, Reformatis erbi divini Miniſtris injungitur, ut ad exem- um eccleſiarum Belgicarum horis diei dominici omeridianis Catecheſin Heidelbergenſem tra- ent, ea tamen cum moderatione, quæ ut ſem- er ita his quidem temporibus valde exoptanda t. Ita divina providentia factum eſt, ut eodem mpore quo ejus aurei libelli uſum è templis eli-

eliminare conabantur οἱ ἐξ ἐναντίας, is in long
amplissimis regionibus receptus publice ac lat
propagatus fuerit. Secunda Pentecostes feria *Jo
hannes* WARENDORPIUS, Bremensis, qu
adhuc Magdeburgi Primarii inter nostros Sacer
dotis, Consistoriique Assessoris munere functu
est, à Serenissimo Rege M. R. *Claessenii*, quem
ad Cathedram promotum esse Francofurtensem
Cl. IV. indicavimus, Successor nomina
tus, officii ecclesiastici in templo Cathedrali Be
rolinensi initium fecit, explicatis verbis ex Jer. I
8, 9, 10. deinde ab eodem Rege Concionatori
aulici dignitate auctus.

FRANCOFURTI *ad Viadrum*, Paulus Er
nestus JABLONSKI, magni Parentis, quem
non degeneraturus est, natu major filius, Liben
berga, in qua Marchiæ urbe Evangelium aliquo
annis docuit, die sexto Kal. Jul. Professionem
Philologiæ Sacræ, morte Viri Cl. Friederic
Siegfridi RINGII vacuefactam, Oratione dict
de *Linguis sacris*, *Hebraica*, *Graecaque conjun
gendis* bonis avibus exorsus est. Accessit huic
muneri extraordinaria Theologiæ Professio, jux
ta cum ordinariâ Ministerii sacri in ecclesia Re
formata provinciâ. Insignis animi ejus dotes,
quas dissertatione erudita de *lingua Lycaonica* e
dita prodidit, præclara omnia de illo nos exspe
ctare jubent. Vir doctissimus *Joh. Georgius* MIC
HAELIS, cujus opera hæc quoque Bibliotheca
ornata est, porroque ornabitur, Rectoratum
Scholæ Servestanæ cum hujus urbis Scholæ re
ctoratu nuper felicibus auspiciis commutavit.

LONDINI Supplementa ad Rogerii *Dodswor
thi* & Gul. *Dugdale* (*a*) Monasticon Anglica-
num,

(*a*) Vide quæ de hoc opere notavi in supplem. ad Introd. Sagitt. ad hist. eccl. p. 537. T. d. H.

m, quod tribus Vol. in folio a. 1655. & 1672
odiit, rarissimeque occurrit, sub titulo *Two
dditional Volumes to Sir William Dugdale's Mo-
sticon Anglicanum* praelo tradidit *Johannes*
STEVENS centurio, jam aliis scriptis histori-
c notus. In illis non modo plurima è Bodle-
nâ, Ashmoliana & Cottoniana pluriumque pri-
orum Bibliothecis de Ordinibus Monachorum,
os auctores illi recensuere, adjiciet, sed & ex
tituto de Benedictinis, Augustinianis & Car-
ianis, quos illi non adtigerunt, acturus est.
aeterea multa, quae ad Angliae paroeciarum an-
uitates, piasque institutiones, tum ad Scotiae
Hiberniae, imo & Normanniae, in qua multa
bentur Scotis Regibus, aedes conventuales &
hedrales spectant, Catalogi item integri Ab-
um virorumque doctrina illustrium passim in-
entur. Opus quidem hoc sermone conscrip-
n est Anglico, at bullae omnes Pontificum
gumque privilegia ac privatorum donationes
tine apparebunt in appendicibus cum plurimis
uris aeneis, quibus habitus religiosorum &
npla, eorumque ruinae affabre depicta expri-
entur. Pretium subscribentium erit 3. Gui-
nses cum dimidio. Sub praelo quoque in hac
be sudant Matthaei HENRY Commentarii in
ros V. & N. T. sex Voll. in folio, quorum
inque sub titulo: *A practical exposition of the
d and New Test.* olim edita, Sextum autem
nc primùm è schedis auctoris collectum cum
ctorum Virorum supplementis lucem vi-
bit.

LONDINI contra novam Cl. *Bentleji* N.
estamenti editionem, quam fasciculo supe-
ri memoravimus, prodiit dissertatio critica
nonymi, qui primum creditus est Dr. *Colt-
batch*,

batch, at deinceps agnitus eſt *Coltbatchii* nece ſſarius Conyers *Midleton*; Titulus eſt; *Remark paragraph by paragraph, upon the propoſal late published by Richard BENTLEY for a ne edition of the Greek Teſtament & Latin Verſio. By a member of the Univerſity of Cambridge.* Lon don, 1721. 4. pagg. 24. Quemadmodum toto opusculo neque eruditioni, neque fam Bentlejanæ pepercit Autor, ita in titulo ipſo ha verba ex oratione nupera Cl. Petri *Burmanni* i ſtudia humanitatis, quæ & Anglice verſa exſta excerpta leges; *Doctus Criticus & adſuetus ur re, ſecare, inclementer omnis generis libros tr ctare, apices, ſyllabas, voces, dictiones confod re, & ſtylo exigere, continebitne ille ab integ & intaminato divinae ſapientiae monumento cr deles ungues?* Sed & huic libello alius oppoſ tus mox apparuit, a Bentleji amico, qui eju cauſam acerrime tuetur. Latere is voluit ſu literis initialibus J. E. quamquam alii ſuſpicentu autorem eſſe D. R. B. En tibi titulum: D BENTLEYS *propoſals for printing a new Edi tion of the Greek Teſtament, and St. Hieroms La tin verſion. With à full Answer to all thē Re marks of a late pamphleteer. By a Member Trinity College in Cambridge.* London. pag 44. Sed & huic ſcripto ab eodem Midletoni reſponſum eſt ſtatim. Fortaſſis hae lites co ruent ſponte ſua, poſtquam Parliamentum co cedere noluit Bentlejo licentiam quam petiit inferendi ex exteris regionibus chartam, impre ſioni Novi ſui Teſtamenti deſtinatam, ſine ſo lutione conſueti vectigalis.

Aliud opus Criticum in Pentateuchum mol tur EDWARDUS WELLS, quod eò ſp ctat, ut omnia loca, in quibus Verſio Septua

gint

gita-Viralis à textu Hebraico differt, dijudicen-
r: ex collatione Pentateuchi Samaritani, qui
cenfetur ftatim poft Esdræ tempora, adeoque fe-
cundum exemplar ab eo revifum effe editus. Si
eius hoc approbatores inveniet, fpondetur per
fingula bimeftria in fafciculis quatuor foliorum
continuandum. Speciminis editi hic eft titu-
lus: *A fpecimen of an Effay for to Find out and Afcertain the true or Original Reading of the Hebrew Text, in all places where it New differs, either from the Septuagint Verfion, or from the Samaritan Pentateuch.* By EDWARD WELLS Rector of Cotesbach in Leicefter-shire, Oxford. 1720. 4. In hoc fpecimine utrumque feptuaginta-viralis verfio reperitur, ubi vero illa cum Samaritana congruit, Textui ... dica fcribitur.

Famofus ille TOLANDUS novum librum in lucem edidit quem infcripfit TETRADYMUS, impreffum Londini 1720. extra præfationem conftantem pagg. 226. in octavo majori. Nomen ei inde eft, quia quatuor dissertationibus abfolvitur. Prima dicitur *Hodegus*, in qua author probare vult Columnam nubis & ignis nihil fuiffe miraculofum, fed ignem portatilem. Altera infcribitur *Clidophorus*, de exoterica & efoterica Philofophia five de doctrina publica & arcana veterum, quarum illa accommodata erat popularibus præjudiciis, hæc vero nudam veramque fidem exhibens. Tertia nominatur *Hypatia*, quia hujus Virginis Philosophantis Alexandrinæ, quæ invidiæ Cyrilli Alexandrini hoftia fuit, vitam ftylo Satyrico defcribit. Accedit quarta *Mangoneutes*, quæ eft defenfio Nazareni contra Mangejum. Contra primam hujus Hodegi partem jam vidi libel-
lum

lum ab Anonymo editum, sub titulo: *Hodegus Confuted in a plain demonstration, that th Pillar of a Cloud and Fire was not a Fire o Human Preparation, but the most miraculou Presence of God.* Lond. 1721. 8.

D. III. Kal. Aug. illustris Præsul Wintoniensis *Jonathan* TRELAWNEY in palatio su *Chealsea*, diem suum obiit. Suffectus in ejus locum est Episcopus Norvicensis, qui in episcopatu suo D. GREEN, ædis D. Martini antistitem, successorem nactus est.

SERVESTAE Anhaltinorum Cl. BASHUYSIUM versionem duorum Gemaræ tractatuum Joma & Pesach, qui de festo diei expiationis & Paschatos agunt, editionemque *institutionum* suarum *Gemaricarum* moliri accepimus.

In illustri LINGENSI Athenæo Cl. V Jacobus ELSNERUS, cujus nomen aliquoti in hac Bibliotheca legitur, Ordinariam Theologiæ & linguarum Orientalium Professionem suscepit d. IX. Jan. hujus anni, Oratione dicta, *Zelo Theologi*, quæ nunc Ultrajecti 9. plagul in 4. lucem adspexit. Is porro spartam, qua nactus est, ornare cœpit egregie, dissertatio edita in difficilem locum Deut. XXIX: 19. qua verba למען ספות הרוה את־ הצמאה: ita verten da esse putat: Ut *addat* aut *faciat* sc. is, qui si benedicit in corde suo *irriguam* terram *sitientem* idque duplici modo posse intelligi; (1) Ita per *terram irriguam* & *sitientem* proprie dicta *terra* intelligatur, sensusque sit, ejusmodi homine sibi persuadere, agrum suum irriguum & fertilissimum fore, etsi Deus ei sterilitatem summa & exustionem ob suum scelus in lege prædixer Deinde (2) ut *terra sitiens* h. l. denotet ipsu in

nprobum hominem, de quo hic ſermo eſt, ut icatur ejusmodi hominem illa felicitatis promisone animum ſuum, qui terræ aridæ & *ſitienti* milis & exuſtioni deſtinatus eſſet, ſolatio & voiptate perfundere, atque ita *irriguum* efficere onari. Alteram quoque diſſertationem vulgat nuper, in locum Act. XIII : 48. qua eum æcipue contra Limborchium & nuperam Cl. *Iaji*, Filii, qui vocem τεταγμένοι ſenſu activo imi poſſe Obſ. S. L. III. p. 80. oſtendere conas fuit, expoſitionem vindicandam ſibi ſumſit. i eodem hoc Gymnaſio Cl. Anteceſſor Philipis *Wasmuthus*, Diſſert. de *Manumiſſione in ecefiis* prodire fecit.

AMSTELAEDAMI apud Samuelem Schonald adornatur Editio Bibliorum Lutheri, quæ r Subſcriptionem, cum conſenſu & approbatione mpliſſimorum Conſulum, nec non ſub cura & viſione DD. Miniſtrorum Eccleſiæ, idiomate lgico imprimentur in Quarto majore, cum otis ſelectiſſimis Celeb. Nicolai Haſæi, Lipſiæ ondam cum approbatione Facultatis Theolocæ, in Lingua Teutonica editis. Ubi & Sumaria Capitum fiunt ad normam Bibliorum Laorum Eruditiſſimi Schmidii; Textusque conrdantes tam rerum quam ſententiarum ementur & illuſtrantur. Inſuper Gloſsæ Dris. artini Lutheri, cum quamplurimis annotatious, ex Calovio, Bibliis Wiſmarienſibus, eiffero, Toſsano, Walteri Harmoniâ, aliisе Scriptis Theologicis adjiciuntur. Ad ultiım Januarii apud Samuelem Schoonwald, aisque Bibliopolas, continuabitur Subſcriptio, pretmque erit 6. Florenorum, cujus dimidia pars 3 Flor. & 10 Stuv. in anteceſſum deponetur, & iqua pars 2 Flor. & 10 Stuv. poſt diſtributio-

nem exemplarium erit solvenda. Post Subscriptionem non minore quam 8 Flor. & 5 Stuverorum pretio vendentur ; & id pro brevi tempore, quandoquidem pauca admodum Exemplaria prælo subjicientur. Biblia hæc imprimentur in Charta majore, vulgò (Mediana) ut latius videre est in Conditionibus impressis.

IBIDEM ex officina Wetsteniorum prodiere Petri POIRETI posthuma ; I. Socinianismus repressus, sive de vera Deitate & æterna generatione J. C. ad eruditum Unitarium epistola. II. Defensio methodi inveniendi verum contra Cl. V. Christ. Thomasium. III. Vindiciæ veritatis & innocentiæ perpetuis accusationibus & criminationibus D. *Jaegeri* oppositæ. Accedit vita Auctoris 1721. 4.

In eadem urbe Fratres Wetstenii nuper publice indicarunt se edituros *Henrici* CANISI *lectiones antiquas*, *quarum sex tomi cum singular. Volumine insignium Auctorum , tam Graecorum quam Latinorum*, *quod ex variis MSS. & Bibliothecis arcessitum in lucem prodire jussit Petru* STEWARTIUS , *secundum seriem sæculorum digesti*, *& in unum corpus redacti*, *conficient IV Volumina* majoris formæ. *Accedent* JACOBI BASNAGII *præfationes historicæ* , *animadversiones Criticæ & in singulos autores notae*. Conditiones præcipue hujus operis hæ sunt. Unumquodque Voluminum erit foliorum CL. sive DC paginarum. Charta nitidissima. Intra unum & dimidium annum opus totum erit absolutum. Pretium subscribentium ; subscribere autem licebit ad Kal. usque Novembris , erit 26. florenorum, quorum X. solventur ante præstitutum a subscriptionem terminum elapsum. Post eum autem nullum exemplar vendetur minori pretio

quan

ıam 36. florenorum. Conditiones has æquissimas esse unusquisque aequus rerum arbiter facile confitebitur, agnoscetque beneficii loco habendum, quod opus rarissime obvium, quod ultra CC. florenorum pretium venditum fuisse novimus, inposterum tam æquo pretio comparare liceat.

IBIDEM prodiit hoc anno prospectus alius operis, quod imprimere constituit Joh. Frid. BERNARD Bibliopola Amstelædamensis, cujus hunc titulum habe; *Ceremonies & Coutumes de tous les peuples du monde representées par des figures dessinées de la main de Bernard* PICARD; *avec une explication historique & les Dissertations de plusieurs Savans, qui étoient devenues rares*; IV. Voluminibus, ut vocant, in folio. Illia erant circiter CCCC. & DC. figurae. Charta notæ optimæ. Opus absolutum erit sub finem A. 1723. Qui subscribent, solvent pro exemplari minoris chartæ Florenos 50. majoris 65. Qui non subscribent, pro illis florenos 65. pro illis 80. Mentionem hujus libri facio, quòd magna pars operis destinata erit tractationi de ritibus & cærimoniis, cultus divini causa institutis, de Talismanibus, Idolis, statuis, figuris Symbolicis, Hieroglyphicis, emblematibus, & quæ alia huc pertinent.

MEDIOBURGI Selandorum superiori mense obiit Ecclesiæ hujus Minister & in Gymnasio Professor Joh. BIERMANN, qui olim Theologiam docuit in Gymnasio Academico Herbornensi, multorumque librorum utilium editione de literis sacris non parum meritus est, post aliquot annorum infirmitates desiit in terris vivere.

ATREBATI ad d. IV. Kal. Junias quatuor

agrorum coloni, qui derelictis Romanæ Eccl
siæ erroribus, Reformatæ nomen dederant, e
lio, omniumque bonorum confiscatione mu
ctati fuere. Unus eorum, quòd pedibus sui
qui undeviginti mensium spatio compedibus fe
reis constricti fuerant, nequiret uti, vehebat
equo, cum reliqui, quatuordecim lictorum m
nu stipati, incederent pedibus. Hic indusio i
dutis, facemque gestantibus ignominiosa imp
sita est pœnitentia (Galli vocant *amende honor
ble*) atque ita ad pontem usque Avendinu
(*Pont Avendin*) traductis omni in has oras r
ditu interdictum est. Is, qui insidebat equo
gestabat in pectore tabulam, cui majoribus lit
ris hæc erant inscripta: *Arnaud du Four*, *Ni
las du Moulin*, &c. *condamnés par arret du co
seil d'Artois du* 19. *Maj.* 1721. *pour avoir embra
sé la religion pretendue Reformée au bannisseme
perpetuel hors du Roiaume*, *&* *tous leurs bie
confisqués.* Duodecim aliis ejusdem loci inco
eandem ob causam publico decreto carceris pœ
na imposita est, & complures alios eadem inf
ctos esse hæresi, publica fama fert. Auctor fu
sodalitatis Ignatianæ sociis, ne vel latum u
guem remittant ab illa nuperæ papalis bullæ ta
acriter contra Quesnellianos propugnata thesi
qua sequiori sexui, & laicis sacræ scripturæ l
ctio prohibita fuit. Vel enim hoc exemplo ed
centur, quid illa secum trahat malorum; &
illa concedatur, quam habeant vereri, ne hæ
ticæ pravitatis lues, vires eundo acquirens, l
tius indies, ac quidem optarent, serpere ac gra
sari pergat.

GRONINGAE celeberrimus Juris antece
sor *Petrus de* TOULLIEU superiori anno h
buit ediditque orationem *de non solubili ob malit*

sa

...um desertionem matrimonio. In illa observat ...hristum, Dominum nostrum Matth. XIX: 9. ...ullam aliam concessisse dirimendi matrimonii ...ausam, præter την της πορνειας. Cum hac autem ...hristi lege videri pugnare verba Apostoli 1 Cor. ...II: 15. quibus, si sententiâ JCtorum fere om...um & plerorumque Theologorum standum sit, ...tera divortii faciundi causa aperiatur, si nimi...um vel uxorem maritus, vel hunc illa derelin...uat, resque suas sibi habere jubeat. Cum Chri...o itaque ut conciliet Paulum ostendatque *ma...iosam desertionem* quoque divortii dignam esse ...ausam, novam sibi existimavit ineundam esse ...terpretationis Paulinorum verborum viam. Po...t itaque à Corinthiis hanc propositam esse quæ...onem; *Num conjugi liceret conjugem dimitte...*; Id licere negare Apostolum: Hoc autem ...ujus responsum jam videri satis præsensisse Co...nthios; Illos itaque quæstionem aliam subjecisse: ... *divertere non licet, at saltem alicui licebit esse ...serto; & sic soluto per crimen infidelis matrimo...o, fas procul dubio fore ad secunda vota adspira...*; ejusque addidisse rationem. *Duram alias ac ...avem deserti ab infideli, Christiani conjugis con...tionem, & nihil nisi SERVITUTEM.* Ad ...æc respondere Apostolum; Ει δε ὁ απιστος ...ωριζεται, χωριζεσθω: ου δεδουλωται ὁ αδελφος, η ...δελφη εν τοις τοιουτοις. Quibus verbis propositam à Co...nthiis rationem, ut Christianis indignam rejicere, ...uod status ille solitudinis, in quo per conjugis ...esertionem constituitur desertus conjux, ut ut ...t acerbus, nullo tamen modo SERVITUTIS ...omine insigniri debeat aut possit ab eo, qui ve...æ religionis præceptis sit imbutus. Εν δε ειρηνη ...εκληκεν ἡμας ὁ Θεος. quorum verborum hunc vult ...sse sensum; Deum vocasse Christianos ad mala

æquo ac patienti animo ſufferenda, ſive ad patientiam & manſuetudinem (quo ſenſu pacen pro animo pacifico, patienti, & pacis ſtudioſ ſumi vult Rom. XIV : 17. Gal. V : 22. Eph. IV 2, 31, 32.) adeoque etiam ejusmodi deſertioner conjugis patienti tolerandam eſſe animo, nequ ſtatim animum ad novum matrimonium ineun dum debere adjungi. Sed prorſus aliâ inceſſi viâ in explicando hoc Pauli loco, licet deſertione malitioſa matrimonii vinculum diſrumpi poſſe juxta cum Collegâ ſuo neget, non minu ſplendidum ejusdem Academiæ lumen Michae ROSSALLUS, in diſſertatione, qua in eorun dem verborum ſenſum inquiſivit, quæ ad d. 28 Junii hujus anni publico ſubjecta fuit examini Hanc ſcilicet propoſitam eſſe à Corinthiis puta quæſtionem; *Si non Credens, ſive infidelis diſcedat à conjuge fideli*, quid *tum agendum Credenti*? ſive potius, *ſi gentilis à fideli conjuge abalienatus, niſi fide Chriſti deſerta in connubio permanere abnuat, ſed Chriſtiano neceſſe ſit, aut fidem abnegare, aut a conjuge repudiari, quid tum fideli faciendum? Eritne in connubio permanendum fidem Chriſti abnuendo. Eritne contra connubio abeundum, fidem retinendo?* Ad hæc reſponden Paulum; *Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat.* Impediri à fideli id non poſſe, quin à Gentili ex lege civili repudietur, multo autem magis neceſſarium eſſe fidem retinere, hic fideli non eſſe diu ambigendum, ſed conjugis domo potius exeundum quam fidem Domini abnuendum. Non enim εἰς τὰ τοιαῦτα *ad talia* SERVITUTI ſubjectos eſſe infidelibus conjugibus conjuges fideles, i.e. non debere in TALIBUS fratren vel ſororem è Chriſtianis Gentili conjugi imperanti parere; TALIA enim, ut quis fidem ab neget;

eget, ad conjugum ſubjectionem non ſpectare, ne quidem ad ſervorum ſervitutem, quoniam bique id Apoſtolorum obtinet, πειθαρχειν δει Θεω ... λλον, ἢ ἀνθρωποις. Addere Apoſtolum; *In pa*..., vel *ad pacem, vocavit nos Deus.* Ubi per ...cem non intelligenda ſit illa, quæ in conjugum ...a eſt concordia, ſed quæ Chriſtianis priva eſt, ...x Dei, quæ ex Deo eſt, quam Chriſtus ſuis ...t, & moriturus reliquit εἰρήνη τȣ Χριςȣ ὑπερεχȣ... παντα νȣν, atque idcirco, ſicut in fidelium po...tate non eſt, impedire, quo minus infidelis con...lcatis matrimonii officiis fratrem aut ſororem ...ſtituat, ſic illos ſeſe potius conjugio viduari ...re debere, quam ſe in ejusmodi, quæ impie ...perantur, ſervituti ſubjectos putare, & ad Gen...tatem redire, ut infideli pareant; quia Chriſtia...s pacem illam, ad quam vocatus eſt, ſemper ...beat ob oculos habere poſitam, *& quæ ſequuntur.*

STADÆ Saxonum, menſe Junio vir doctiſſi...s, neque paucorum librorum editione clariſſi...s *Johannes Hermannus ab* ELSWICH, S. Th. ...c & ad ædem S. Coſmæ & Damiani Paſtor Pri...rius fatis functus eſt. De eo in ſequentibus plu...enarrandi forſan locus erit. Interea munus ſu...mi ſacrorum Antiſtitis per Bremenſem & Ver...nſem Ducatus, quem Generalem Superinten...ntem vocant, & in Conſiſtorio Senatoris, quod ...V. Viri Joh. *Diecmanni* morte vacuum eſſe fa...m ſuo loco narravimus auſpiciis Potentiſſimi ...tanniæ magnæ Regis, Magnifico S. Q. R. Vi... Lucæ BACMEISTERO ceſſit, id quod fe..., fauſtum, fortunatumque Deus eſſe jubeat!

BREMAE mulierem quandam à pertinaciſſi...m quodam ac graviſſimo morbo mirum in mo...m liberatam fuiſſe narravimus Cl. II. faſc IV. ... 759. Id eum in finem à nobis factum fuit,

 quo

quo Prudentum virorum de insolitæ ejus sanationis & caussis & rationibus sententias expiscaremur. Votique hujus factos nos esse compotes docebunt Cl. III. fasc. VI. diss. III. & quæ Cl. IV. pag. 1058. annotata sunt. Nunc autem, ut quæ ultima fabulæ scena fuerit, cognoscas, indicandum tibi est, illam, posteaquam iisdem pæne malis, quibus antea vexata fuit, denuo afflicta est, tandem dolorum impatientia inductam, nocte, quæ diem XIX. Maji antegressa est, è fenestra, qua in præterlabentem Visurgim prospicitur, semet ipsam dedisse præcipitem, & sic ivisse *per iter tenebricosum Illuc, unde negant redire quemquam.* Hoc à me non negligi oportuit, ut videas, sententiam meam non parum accepisse roboris, quam vice plus simplici declaravi, non extraordinario cuidam miraculo, sed naturæ operationi, licet rariori atque obscuriori quidquid illi eum in modum, quem luculente atque scite à Cl. Viro G. G. *Richtero* descriptum esse Cl. IV. notavi, contigit; adtribuendum esse. Adtendant hæc illi, qui ea, quorum caussas ignorant, actutum inter prodigia referunt & caveant malesani sui cerebri phantasmata, somniaque, tanquam divinitus objectas visiones venditare. Utinam temporibus pristinis ejuscemodi historiolæ ita discussæ, atque lance saniori sapientiæ ponderatæ fuissent, quantillum fore putamus numerum miraculorum, quæ sanctulis sui tenebricosa illa atque inficeta ætas affricuit?

Denique mihi, &, nisi vehementer fallor, tibi quoque Lector φιλομουσε, haud laetabilem afferre cogor nuntium, fratrem meum, cujus nomen toties in hac Bibliotheca intuitus es, JACOBUM HASAEUM, in ipso vernantis ætatis flore; agere enim inceperat annum vitæ secundum

supr

ſupra triceſimum, volente ita ſummo vitæ necisque arbitro, ad d. XVII. Junii, de vita hac eheu! migraſſe. Triſte ſui deſiderium, quod mihi, bonisque omnibus reliquit, mitigare conabor editione nonnullarum ejus lucubrationum, quas è Schedis ejus colligere licebit. Pars illarum, quæ ad noſtrum inſtitutum pertinet, hujus fiet Bibliothecæ pars. Reliquæ ſingulari volumine, ἐαν ὁ Θεος θελησῃ, coërcebuntur.

X I.

Joh. Chriſtophori J E H R I N G,

Paſtoris Bingumani in Friſia Orientali,

OBSERVATIUNCULA

de Etymo Oſiridis & Baal-Peor.

§. I.

AD Judæoruum idololatriam in primis pertinet impius planctus ob Tammus, cujus mentio fit Ezech. VIII. vſ. 14. Quis Tammus ille fuerit, de eo ſolide non minus quam erudite differit Joh. BRAUNIUS, in *Selectis ſacris Lib. IV.* per aliquot capita, pag. 364. ſeqq., ubi inter alia præcipue Cap. III. demonſtravit, Tammum eundem fuiſſe ac Oſiridem Ægyptiorum idolum. Quid verò nomen Oſiridis ſibi velit, & unde originem traxerit? de eo varias affert doctiſſimorum virorum ſententias, oſtendendo, alios illud explicare per ὁ Σειριος (Sirius ille) alios per חור, id eſt circuitor; alios verò ex ὁσιος & ἱερος, ac ſi ex *ſancto* & *ſacro* conflatum eſſet; alios

denique per שיחור, quomodo Nilus dictus; & si porro. His ultimo suam adjicit sententiam, dedu cendo vocem illam (Osiris) ab Hebraico שור, bos ut Osiris sit vox Hebræa השור *Haschor*, quæ Syr dialecto, *Hojchor*, & permutatione o & i, alias no insolitâ, *Hosir*, seu *Osir* efferri posset, cui Græc terminatio *is* addita sit. Liceat hic mihi mean quoque addere conjecturam. Quam aptissime er go nomen *Osiris* à voce Hebræa עשיר, diviten significante, derivari posse firmiter mihi persuadeo Sic enim (1) nulla opus est artificiosa derivatione seu contorsione potius vocum, exprimitur nam que nomen *Osiris* voce illa quoad singulas litera addita tantum terminatione græca. (2) Nomina quæ ipsam rei naturam exprimunt, hic omniun sunt convenientissima, ut recte judicat Cl. Brau nius l. c. §. XXXIII. p. 386. Jam si supponatur ut itidem laudatus modo Braunius l. c. cap. VII per integrum probat, sub nomine Osiridis later Josephum illum Ægyptium, Jacobi Patriarcha filium: omnium convenientissime nomen עשיר ir Josephum quadrat, cum non sibi tantum sed Pha raoni etiam maximas conciliaverit divitias, uti e tota illius historia satis constat, vid. Gen. XLV 13. XLVII: 20. (3) Per Osiridem intelligeban regem beneficum (ut Josephus erat, vid. Gen XLV: 9.) Ejusmodi vero regi optime competi nomen divitis. (4) Osiridi adscribunt peritiam & curam rei agrariæ per quam homines reddi possun divites; unde & hoc respectu non sine ratione e nomen divitis tribui poterit. Idem legimus fere de Josepho Gen. XLI: 46. seqq.

§ 2. Inter idola quoque, quibus Judæos, præ sertim in deserto, se contaminasse legimus, Moa bitarum erat numen, Baal-Peor dictum, uti Num XXV: 1, 2, 3. à Mose traditur memoriæ. Quale vero

ro illud fuerit, de eo non convenit inter doos, &, si dicendum quod res, maxime incerm est. Ex etymologia vocis פער hujus idoli enominationis cultusque rationem deducunt abbini; cum enim פער communiter significet *apere, distendere*, autumant, stercoris humani egeione sacra ei fuisse facta, *distendebant enim*, inuit R. Salomon Jarchi apud *Seldenum* in tracta *de Diis Syris* pag. 158. edit. Lugdun., *coram lo foramen podicis, & stercus offerebant, & hic rat cultus ejus.* Merito sententia hæc, ut figentum Rabbinicum, rejecta est à Seldeno l. c. liisque viris doctissimis. Quod si vero ex etyologia de hujus idoli cultu sit judicandum, seuens fortassis probabilior denominationis ratio roferri posset. Scilicet vox פער quoque significat, *retegere, denudare*, uti videre est apud *Buxrff. in Lexico Chald. Talmud. Rabbin. pag.* 1780. am vero notissimum est, stylo Scripturæ S. rem eneream verbo *denudare*, & phrasi גַלוֹת עֶרְוָה *evelare nuditatem* denotari. Hinc cum Num. 1. narretur, stupris & nefandis libidinibus Israëlias cum Moabitis se miscuisse, cum idolum Peor olerent: fortassis dicendum, Baal-Peor nomen uum fuisse nactum à revelatione nuditatis, (*a*) seu re

(*a*) Judæi scribunt eum à nudis cultum esse. Mainon. de Idol. C. III. §. 2. פְּעוֹר שֶׁעֲבוֹדָתוֹ שֶׁיִּפְעַר אדם עַצְמוֹ ל *Peor, quem colebant, detegendo semet coram pso:* Idem in more Nevochim p. III. c. 45. docet *ianifesto cultum Peoris illis temporibus postulasse*, אשר היתה בעלוי הערוה מפנ, *ut fieret coram eo verenlorum denudatio.* Et in Sanhedrin cap. VII. hal. 6. le Baal-Pehore hæc habentur. הפוער עצמו לבעל פְּעוֹר זו היא עבוד ת. *Si quis se detegat coram Baal-Pehor, nam is illius cultus est.* T. d. H.

re venerea; & hac ſacra ei fuiſſe facta; minimi ſtupra cum cultu ejus conjuncta fuiſſe. H reſpectu ſine dubio de Iſraëlitis Hoſ. IX: 10. citur, *veniſſe eos ad Baal-Peor*, & *ita devovi ſe* לבשה *idolo pudendo.* Jonathan Ben Uſiel qu que idem innuit, cùm in ſuo Targum verſi primum Num. l. c. paraphraſi Chaldaica ita terpretatur: ב ישראל באתרא דהוה מתקרי ים על שטותא וקלקולא דהוה בהון ושריאו א לאופסא קדושתהון ולמפער גרמין לטופסא עור ולמטעית בתר בנת מואבאי דמפקן לטופסא דפעור מחותי פסיקייהון: „ i. e. Et commoratus „ Iſraël in loco, qui fuit dictus Schittim, prc „ ter ſtultitiam & corruptionem, quæ (ibi) „ ter illos (Iſraëlitas) fuit; nam incepit pop „ lus irritam reddere ſanctitatem ſuam, & „ *nudare ſe ipſos coram figura Peoris*, & *ſcor* „ *ri cum filiabus Moabitarum*, quæ proferebi „ figuram Peoris de ſubcinctoriis ſuis. Q denudatio majori veroſimilitudine de re venere quam de denudatione poſteriorum, ut Rabb ſomniarunt, intelligi poterit. Inſuper notum e non fuiſſe apud gentiles inſolitum, ſtupris v giſque Deos colere libidinibus, uti e. g. ap Livium Libr. I. cap. 5. legimus, juvenes Pa venerantes in Lupercalibus per luxum & laſ viam nudos cucurriſſe.

QUAESTIO.

Q*Uid ſibi velint quatuor literæ SUSPE. SÆ ſeu pendulæ, quas Judæi vocan* ד׳ מלין דאית בהון אות תלוי: *v. gr.* נ *Ji XVIII*: 30. *y Pſ. LXXX*: 14. & *Job. XXXVII* 13, & 15. & *an aliquod*, & *quodnam myſteri in iis lateat?*

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis Quintæ

Fasciculus Tertius.

AMSTELODAMI,

Apud SAMUELEM SCHOONWALD

M. DCC. XXII.

VIRO

longe nobilissimo, atque excellentissimo

JACOBO FACCIOLATO,

in Seminario illustri *Patavino* studiorum Praefecto,

ac Vindici;

Viro literis, comitate, candore, atque omni virtute excultissimo,

pristinumque Italiae, quo illa saeculo decimo sexto præcipue superbiebat, decus hac tempestate cum paucissimis

sustinenti,

Hun

Hunc

BIBLIOTHECÆ

Hujus

FASCICULUM,

celeberrimo ejus nomine præcipue illuſtratum,

pietatis in eum meae, atque inſignis cultus teſſeram inſcribo,

ATQUE ILLUM, UT HOC INSTITUTUM,

promovendis ſacris linguis literisque, quas tam egregie ornat ac tuetur, unice dicatum, ſibi velit curæ cordique eſſe, cum ſincero

INTEMERATÆ FELICITATIS VOTO

quaeſo precorque

EDITOR.

En hujus fasciculi summam.

A. & Ω.

I.

IACOBI FACCIOLATI,

In Seminario PATAVINO ſtudiorum Præfecti,

ORATIO, (*a*)

Qua oſtenditur S. *Scripturae* ſtudium cum veterum *linguarum* ſtudiis conjungendum eſſe.

SI quis forte dubitat, quid in tantam hanc Sapientiſſimorum hominum frequentiam hodierna luce afferre ſtatuerim, ad illa ſe animo tantisper referat, quæ ſuperiore anno hoc ipſo ex loco diſputavi; nam & ſacras Litteras cum Theologicis ſtudiis conjunctiſſimas eſſe ſtatim intelli-

(*a*) Orationem hanc oppido elegantem Patavii nuper impreſſam lubenti animo leges, B. L. quod inde, ſacrarum literarum ac linguarum ſtudium trans Alpes reviviſcere, &, quæ ibi Virorum ſapien-

telliget, neque posse me ex instituto jam ordi alteras ab alteris separare judicabit: Nulla e in toto scientiarum orbe rerum simillimaru cognatio tanta, nulla tam arcta societas, qu cum illa comparari possit, quæ inter Theol giam Scripturamque intercedit: ut si quis vinc lum hoc, non hominum opinione, sed ipsâ r rum naturâ constrictum effringere velit, veh menter alteram debilitari necesse sit, alteram v ro prorsus dilabi, aut in imum detrusam sine u la nobilitate jacere. Etenim Scriptura quidem Scholis sine Theologicis disputationibus man est, multisque luminibus destituta; Theolog vero sine Scripturæ ope nimium depressa hum Sophistica, incerta sui, liberoque homine, & elegantiam exculto, prorsus indigna. Quare no fuit mihi magnopere dubitandum, qua de re c cerem; sed quid, & quomodo dicerem, id ve me, ut ingenue fatear, multis de caussis, ii demque gravissimis sollicitum habuit. Cum eni ipsa per se Sacra Scriptura arcanum quidda est, omniumque hominum existimatione & jud cio sublimius, tum ita quoque expositum, ut i ipsæ quidem mulierculæ in re familiari occup tissimæ, otium sibi, aut ingenium ad legendu & interpretandum deesse arbitrentur. Quæ ig tur me, cum de aliis facultatibus verba fac rem, solari consueverat, judicum intelligenti

pientum de Vulgati interpretis auctoritate sentent sit, cognosces. Nullum apicem mutavi, quantun vis nonnulla, præsertim propria Virorum nomin aliter, ac vulgo fit, scripta sint; Si quid inde v commodi vel voluptatis capies, id M. V. Abb Joh. *Fabricio*, qui ejus mihi copiam fecit, acceptu ferto. T. d. H.

& quæ cum intelligentia fere conjungitur, summa æquitas, non ea quidem mihi in præsentia dicenti deest, sed quæ dixero, de more vulganti, magna ex parte defuturam, cogitando præsentio. Neque vero hæc aut ipse artificiose confingo, aut primus in medium profero, ut laudem ex difficultatibus quæram; cum ille ipse Divinarum Scripturarum interpres omnium ætatum, omnisque memoriæ longe doctissimus, & interpretum ceterorum facile princeps D. Hieronymus, ad Paulinum cum scriberet, ita conquestus sit: *Quod medicorum est, promittunt Medici, tractant fabrilia fabri; sola ars Scripturarum est, quam omnes passim sibi vendicant, hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc universi præsumunt, lacerant, docent.* Quod ego non eo dico; quo sacros codices è populi manibus excuti cupiam, & in abdito collocari, veluti Carmina Sybillina non inspicienda, nisi Duumviris. Nulla hic tacenda mysteria sunt, non Nyctelia, non Faunæ, non Cereris arcana; sed omnia omnibus sine ullo discrimine patent, quia fuco carentia, & ab ipso veritatis fonte, non ab aliqua Ægeriæ spelunca, aut à Cumanis antris petita. Sed tamen cum sit literatorum ordo ab omni prorsus vulgi commercio sejunctus, in hac quoque ceteroquin communi palæstra genus quoddam sibi proprium habere debet, armisque & exercitatione ab ignara turba differre. Si qua vero ratio est, ut id recte fiat, & nobilissimæ doctrinæ partes suis ingeniis, suisque locis assignentur, ita constituo, sacrarum Scripturarum studia ipsa per se pulcra, omnibusque communia, in Scholis tamen & Academiis vetustarum linguarum cognitione vehementer ornari, novaque hac accedente quasi su-

pelleçtile, in propriam litteratorum hominum ditionem transire. Quod quidem ne gratis à me dictum puteiis, aut vana quadam nostrarum exercitationum jactatione, aut illo fortasse studio, quo quidam solent ad ingenii subtilitatem difficilia consectari, id ipsum, quam maxime potero, collectis undique, & excogitatis rationibus patefaciam. Itaque ipsa mihi dicendi difficultas initio proposita, orationis copiam facit, & eò me ultro sequentem adducit, quò jamdiu meditabar, ut adolescentibus nostris veterum linguarum curriculum ægerrime ingredientibus, ingenti laboris fructu proposito, stimulos addam; ingressosque jam, & sua sponte currentes, audientibus vobis, & ut spero, etiam probantibus, confirmem. Video me negotium suscipere multis difficultatibus implicatum; & si quidem verum est, quod Fabius pronunciavit, *omnes homines, quæ ignorant, aspernari*, valde metuo ne magnas invidiæ flammas ipse mihi succendam, ex quibus denique nisi ambustus egredi nequeam. Nam illud pro mea quadam verecundia facere non possum, quod tamen oratores plerique solent, ut nostris popularibus ea tribuam, quæ fortasse non insunt; & solemne illud, tritæque adulationis plenum acroama veteri more recinam, PATAVII *dicimus*. Nulla est in Italia, in Italia autem? Nulla est in Europa universa, atque adeo in orbe terrarum tam culta litteris civitas, quam nostra hæc, si simul omnia, quæ rem litterariam constituunt, complectamur: at in singulis generibus quædam sunt quæ si nobis vindicare velimus, multæ nos Academiæ ex jure manum consertum statim vocabunt. Hoc ipsum est ex gravitate sapientis hominis, se aliqua nescire fateri, & quæcumque honest:

honesta sunt, aut utilia, non aliunde, quam ex rebus ipsis judicare. Hoc nimirum Patavinum est, hoc hujus soli cœlique proprium, unde fucus & levitas ab Heroicis usque temporibus exularunt; nec vero me in locum tam lubricum conjecissem, ut vetustarum linguarum studio tantum tribuerem, quantum mox audietis, si mihi omnes succensuros putassem, qui laude ista carerent. Ignavis quidem, & socordibus concedo libens ut doleant, imo etiam ut reprehendant: quid enim potius? nihil illi operosum placere potest. At vos, Viri optimi ac præstantissimi, quorum singuli in magna aliqua doctrina excellitis, multi vero etiam in multis, tam mihi benevolos fore confido, quam longe abesse ab omni prorsus ignaviæ suspicione, certo scio.

Vetus est aliquorum opinio, eorum præsertim, qui se præter ceteros sapere arbitrantur, scientias artesque omnes, quæ ingenuis adolescentibus tradi solent, vernacula cujusque provinciæ Lingua explicari oportere, ne florentissima ætas latinitatis addiscendæ labore frangatur, quæ Geometricis, & Geographicis studiis multo gravioribus opportunissima esset. Quod si quis Latina monumenta cognoscere velit, tam multas esse interpretationes ajunt, tam certas, tam fideles, tam ornatas, ut nihil melius ex ipso Latinorum Scriptorum ore, si quando ex suis tumulis excitentur, accipi possit. Ac de scientiis quidem sine Latinis litteris addiscendis nihil ajo, nihil nego: quod autem de Latinis monumentis dicitur per interpretationes cognoscendis, si de aliquo genere dicitur, facile patior, sin autem de genere omni, vereor ne homines isti, non solum otio suo, sed etiam patientia nostra

turpiter abutantur. Cum enim Poëtica, & oratoria non tam rerum, quam verborum artificio constent; & cujusque sermonis figuræ quædam propriæ sint, modo syllabarum sono modo vocum ambiguitate, modo ipsa position formatæ, quî fieri potest, ut Latina carmina & orationes suis verbis, suaque constructioni spoliatæ, non suam quoque naturam exuant Utcunque tamen est, juvit & oratorum & poetarum opera in alias migrare linguas, ut bon pars hominum domesticis commodis, & oti superfluentes, desidiam legendo fallerent, quandoquidem eruditione carerent, aliquam sa tem eruditionis umbram consectarentur. At ver siquis est ad docendum vocatus, qui interpreta tiones hujusmodi impigræ juventuti proponat & ad Latinas exhedras afferat, næ ille aut Ba barus est, aut insanus, aut pestis aliqua long deterrima ad tenellas animas labefactandas Scho lis affusa. Videtis, Auditores, quorsum is pertineant. Nimirum sacra Biblia multiplici se mone vulgari pulcrum est, & pro humanaru mentium infirmitate etiam necessarium: at i sos Bibliorum magistros ita cum vulgo torp re, ut nihil in Scholas afferant, nisi comm nem aliquam, & omnibus obviam interpret tionem, valde miserum est, nec in tanta cet rorum studiorum felicitate ullo modo fere dum. Si enim Latine scripta in nostrum hu sermonem Latino simillimum, & ab eo proc dubio propagatum sine fraude transferre n queunt, quis mihi se tam eximium profitetu ut Palæstinum orationis genus, supra quam ci, aut cogitari possit, à Latino diversum, i tamen Latine reddiderit, nihil ut præterea p stulare debeamus? Quis ancipitem Hebraicaru

dictionu

dictionum significationem, quis pondus, quis brevitatem, quis denique illa omnia per ἔλλειψιν, per ἔμφασιν, per παραγωγὴν, per ὀνοματοποιίαν, abrupta, aucta, traducta, formata, latinis vocibus assequi potuit; & duas linguas toto genere disjunctas ita consociare, ut verba verbis, figuræ figuris, constructiones constructionibus ex æquo respondeant? Id, non dicam, si factum est unquam, sed omnino si fieri potest, sileant per me licet Hebraica omnia. Ne ipse quidem Græcus sermo, qui tamen aliquanto propius ab Hebraico distat, & copiosissimus reliquorum est, vim omnem Sacrorum Bibliorum capere potuit, nec Septuaginta illa Sapientum societas potentissimi Regis jussu in hoc uno certantium effecit, ut Hebraicis codicibus Græci non indigerent. Veruntamen interpretatio ista, sive instinctu inflatuque divino, ut quidam putarunt, edita sit, sive tota, ut credibile est, humanis viribus debeatur, tantum auctoritatis à primis usque temporibus obtinuit, tantoque usui Christianæ Religionis Patribus fuit, ut ob eam præsertim Græcas litteras cum Hebraicis ad egregium Sacrarum Scripturarum studium conjungere oporteat. Id si firmum certumque constituatur, jam non Philosophus, non Rhetor, non Grammaticus, non recens à ferula litterator, paullum modo latinitatis attigerit; gravissimum sibi munus tradendæ Scripturæ deposcetur, nec amplius in Scholis inanes quæstiones ad explendam contentionis cupiditatem excitatæ, sed sacratissima Religionis mysteria ab ipso Religionis exordio fideliter ducta, quemadmodum decet, personabunt. Tu ne igitur, inquiet aliquis, *interpretationem* excludis, quam *Vulgatam* appellant? Ego vero id ne cogitavi quidem unquam; nec siquis cogitet, satis mihi

ſanus videatur. Imo hæc dominetur una in privatis exercitationibus, dominetur in publicis, quam & multorum ſæculorum vetuſtas, & Concilii Tridentini auctoritas, & plura deinceps Pontificum decreta adverſus obtrectatores in omnem ætatem permanierunt. Verum enim vero ubi explicanda eſt, & ad Scholæ uſum referenda, niſi & cum Græcis aliquando congrediaris, & cum Hebræis, & cum Syris, & cum Arabibus, & cum Chaldæis, eorumque rationes ſuis momentis perpendas, tanquam unus paterfamilias judicaberis, de domeſticis religionibus cum pueris & uxore diſputans. Si enim illa ita clara & expedita eſt, ut nullius egeat explicatione, quid te mihi, operamque tuam fallaciter venditas? Sin autem alicubi obſcura eſt, & verborum ambiguitate perplexa, quomodo aut explanabis ipſe, aut aliorum explanationes judicabis, qui fontes illos adire nequis; unde omnia profluxerunt? Hærent enim adhuc in Vulgata aliarum linguarum idiotiſmi, alibi brevitas apparet Hebraica, alibi Chaldæorum παράφρασις, alibi Septuaginta Interpretum ἑλληνισμὸς, quibus expediendis non Philoſophus, non Theologus, non Civilis, aut Canonici juris peritus, ſed exoticorum ſermonum interpres adhibendus eſt. Quid vero idiotiſmos dico? Multæ etiam ſibi voces hanc operam poscunt. Cedo enim, quid illa ſignificent ab Hebræis ſumpta, *ephod*, *ſabaoth*, *Hoſanna*, *Allelujah*; quid illa Syriaca, *Raca*, *Ephata*, *Golgotha*, *Gabbatha*, *Maranatha*, quid alia multa à Græcis inflexa? Non deſunt, inquis, lexica, unde petam. Primum quidem, ſi D. Auguſtino credis (quem virum, bone Deus, quo ingenio, qua rerum divinarum humanarumque ſapientia!)

ſi

, inquam, credis: (b) *Sunt quædam verba certorum linguarum, quæ in usum alterius linguae per interpretationum transire non possunt.* Deinde gratulor egomet mihi, cui si lexicon suppetat, nihil est opus te Magistro. Sed cominus, quæso, congrediamur: Novi enim esse aliquos, qui veteribus linguis amplissimas laudes tribuunt, sed nihilo plus temporis concedendum putant, quam quantum lexica versare volentibus necesse sit. Age vero Lexicorum manceps, quid si ego verbo negem, quod tu de Lexico recitas? Unde habes, ut confirmes? Ridicula sunt hæc, Auditores, neque omnia in Lexicis esse possunt, neque debent: & ea ipsa, quæ sunt, memoriæ serviunt, non ingenio. Scilicet, lexica consules, cum in capite Geneseos quarto vs. 15. de voce שבעתים te quispiam interrogabit, utrum ad gravitatem pœnæ, an ad rationem temporis sit referenda. Nam septuplum, quod est in Vulgata, non facile capies, nisi ab Arabibus auxilium petas, conjunctisque viribus adversus Rabbinos, & Chaldaicum Paraphrastem pugnare possis. Quid cum te de voce סלה in Psalmo quinquagesimo secundo percontabimur? Quo te lexico expedies? cujus opem implorabis interpretis? Junius & Tremellius adverbium putant, Paulus Burgensis, & Chircherus vocem ἐγκλιτικὴν; Matthæus Polus exclamationis signum; Calovius & Olearius pausæ significationem; Buxtorphius musicam notam. Ut vero tot capita concilies, adhuc tibi & cum Joanne Paschio, & cum Rabbinis, & cum Syris, & cum Æthiopibus interpretibus in diversa abeuntibus futura res est. Quam te porro miserum excruciabimus, cum

(b) De Doctr. Chr. l. 2. c. II.

cum veteres ad te controversias afferemus de ve
bo הימים in capite Geneseos trigesimo sexto
de קרן in Exodi trigesimo quarto ; de למלך in v
gesimo Levitici ; de חבשית in duodecimo Num
rorum ; de אדרתו in libro Regum secundo ; a
que insuper sexcentis , quæ sine magna Hebra
ci Sermonis peritia frustra explicare contendes
Audivi nonnullos , qui talia contemnerent, qui
pe magnis contentionibus non satis digna. Qu
bus primum respondere possum, nihil in re tan
momenti minutum esse ; deinde libenter illos i
terrogarem , utrum id satis grave ad disputa
dum videatur , quod est in verbis נשקו־בר Psal
secundi, unde Rabbini Trinitatis Mysterium e
turbare conantur ? Quid illud tantopere cel
bratum Jacobi vaticinium de Messia venturo
ablato Judæ imperio, cujus verba singula Chi
stiani nominis hostes callidissime oppugnant ,
aliò torquent ? Est ne par ingeniis tantis ? Qu
quod habet Esaias secundo , & septimo capite
nova lege , de Christi Evangelio , de Virgin
partu , satis ne capit magnarum mentium cog
tationes ? Verum si quid hujusmodi sine H
braica pertractabis eruditione , nostri illi ex S
nagoga pertinacissimi adversarii aut dormitabun
aut ridebunt. Sed jam Hebræorum natio paru
nobis negotii facessit , aut multo certo minus
quam ipsi Christiani homines ἑτερόδοξοι. Nem
enim se ab Ecclesia Romana subduxit , novum
que sectæ genus molitus est, quin suis opinion
bus vel monstrosissimis sacras litteras prætexu
rit. Inde novæ interpretationes exortæ , qu
cum veterum linguarum auctoritate malitiosi
assumpta plerumque propugnari soleant ; inep
plane sumus , nisi paribus armis arma retund
mus , & populum peregrinis litteris attonitu
a

mirantemque ab insidiis & fallaciis liberamus.
uid enim est, quod ex illo suggesto doceas;
que mihi Scripturæ Professorem magnifice ja-
es, si cum suas tibi interpretationes objiciunt
unius, Castalio, Leo Judæ, Munsterus, Oe-
olampadius, fidemque veterum codicum; &
ebraici Græcique sermonis appellant, tu il-
s ne intelligis quidem, petitionesque gravissimas
norantiæ confessione declinas? Tute tibi habe
eteres illas de terrestri Paradiso, de Turre Nem-
othii, de Henocho & Elia, de Melchisedecho,
e Jobo disputationes, quæ tamen si pulchritudi-
s & jucunditatis plurimum habent, tam mul-
s tamen libris expositæ sunt, profligatæ, & ad
xitum prorsus adductæ, ut jam supervacaneum
t ad eas recoquendas magistros arcessere, & mi-
eram juventutem fatigare. Licuit in summo
cclesiæ otio per hæc inter nos velut ensibus
ræpilatis ludere; nunc vero ingruentibus undi-
ue Romani nominis hostibus, & alia super alia
ella ferentibus, in aciem prodire oportet, iis-
ue armis confligere, quæ ipsi potissimum perti-
nescunt. Atque ego ut inter Academicos ha-
tenus disputavi. Quid si jam monere incipiam?
uid si leges Ecclesiæ proferam, quibus resistere
efas sit? Annon enim Concilium Viennense
ercentorum Episcoporum, & Pontificis maxi-
mi præsentia ferendum gravissimo decreto san-
ivit; ut Hebraicis, ut Chaldaicis, ut Arabicis,
ut Græcis litteris in quavis locus esset Catholicæ
itionis provincia? Nonne id ipsum Gregorius
XIII. earum linguarum magistris, & typogra-
phis Romam accitis, illustri ad imitandum ex-
emplo confirmavit? Quid Paulus V, quid re-
liqui subinde Pontifices? nonne studia hæc mag-
no favore ac benevolentia prosecuti, ad Mo-
nachos

nachos ipſos traducere conati ſunt, iisque privilegiis ornare, quæ vel ignaviſſimos excitarent Græcis, credo, fabulis, aut antiquitatis ambitione ducebantur. Quid enim eſt reliquum parere nolentibus, ut dicant? Modeſtius agunt tempora accuſant: Græcos, & Hebraicos codices tum ipſa vetuſtate exeſos, tum etiam multorum audacia corruptos eſſe: huc ipſos Tridentini Concilii Patres ſpectaviſſe, cum vulgatam unanimi conſenſu probarunt: & unam ex omnibus ſacrorum Bibliorum editionem Chriſtiani hominibus commendarunt: Non tantum mihi à vobis conceditur otii, ut veteri calumniæ, ſæpiusque retuſæ hodierna luce reſpondeam: id unum dicam, quod ubi opus fuerit, graviſſimorum ſcriptorum ſuffragiis confirmare poſſum *Vulgatam* EDITIONEM NON GRÆCÆ *aut* HEBRAICÆ, *ſed reliquis Latinis*, quarum magna copia & varietas in dies exibat, neceſſario illo Tridentinorum Patrum decreto *præpoſitam fuiſſe*. Multa quidem commoda, ac prope innumera in Chriſtianam Eccleſiam ad fidei morumque leges componendas per Synodum Tridentinam redundarunt, ſed nihil tam grave accepimus, nihilque tam utile, quam quod ex omnibus Latinis Sacrarum Scripturarum interpretationibus una illa probata eſt, quæ ceterarum optima ac fideliſſima, nutantia multorum ingenia tanquam Clavo firmaret, certisque regionibus circumſcriberet. Neque tamen ideo Hebraicis, aut Græcis codicibus, unde Latini omnes ceterique manarunt, quippiam auctoritatis detractum eſt: ſtat adhuc eorum fides firmiſſimis præſidiis fulta, licetque in rebus dubiis ad prima illa verbi divini exempla non modo ſine crimine, verum etiam cum laude provocare.

Hac

Illud equidem nego, *mutila* quædam in illis es-
se, nonnulla vero etiam *mendosa*; sed & menda
ista verendæ antiquitatis indicia sunt; & partibus
insunt minime necessariis; & in Vulgatam quo-
que librariorum incuria, si minuta quælibet
animadvertimus, irrepserunt. Nihil novi affe-
ro, nihil quod summi Vulgatæ patroni, si se-
rio & ex animo agant, negare possint. Sed ve-
reor, Auditores, ne quemadmodum qui digni-
tates in Repub. obtinere non possunt, privatum
otium laudare solent, omnemque rei gerendæ ra-
tionem conquisitis difficultatibus improbare; ita
qui Græca & Hebraica studia sive animi infir-
mitate, sive inertiâ defugiunt, eorum laudem
malignius imminuant, tantumque Latinis con-
cedant, ut modum fidemque superet. Hunc
porro desidiæ morbum tum demum mihi videor
depellere posse, si pauca quædam de Hebraica
lingua dixero, ejusque naturam & rationem mi-
nus multo implicatam, quam timidi homines si-
bi confingunt, patefecero. Nam Græca qui-
dem multis jam locis reflorescens non indiget
opera nostra. Agite dum qui Hebræorum pro-
nunciatione perterrefacti ab hoc litterarum gene-
re tantopere abhorretis; quid est, si primos
Grammaticæ labores superaveritis quod studia
vestra retardare possit? Num copia, num va-
rietas, num inconstantia? Nihil sane hujusmo-
di esse potest in lingua illa, quæ multis ab hinc
seculis obliterata, in uno tantum Sacrarum Scrip-
turarum codice, grandi quidem, ac splendide
scripto, sed tamen uno, superstes est. Nisi for-
te Talmudica commentaria neque rebus, neque
verbis pura recipimus, & multiplicem illam lo-
quendi sartaginem ad Hebraicum sermonem re-
vocandam existimamus. Fingite vobis animo
unum

unum ex omnibus Latinis Scriptoribus Cice nem , ex omnibus Græcis Demosthenem unu superesse ; jam intelligitis , quam in angustum c piosissimæ ceteroquin linguæ compingantur ; v cum numerus statim exiguus , dialectus una, fo ma constructionis non admodum varia. Ni est enim aliud , quod Græcas Latinasque litte adeo in immensum propagaverit , ut multos st diosis hominibus annos eripiant , quam inge Scriptorum multitudo , qui pro ingenio quisq suo , pro patriæ , pro ætatis , pro rerum tracta darum natura verba dictionesque formarun multisque ex omni lingua detortis , infinitos l bores discentibus ac docentibus proposuerur Adde , quod Hebraicus sermo ceterorum an quissimus , & mundo æqualis , nullam littera aliunde mutuatur , nihil in se barbari , nihil e terni admixtum habet , sed ubique suus , sibiq similis , quod nulli præterea contingit . in moc co illo Sacrorum Bibliorum ambitu planissin & expeditissime incedit. Quamobrem pauc mensibus , ut inquit Erpenius , & quidem duo bus , aut tribus , ut Amama , tantum ex illo pe cipi potest , quantum est ad intelligendum sati anno vero , & eo citius ita totus memoriâ sc entiâque comprehenditur , ut jam difficultas su persit omnino nulla. Non desunt , qui men breviorem diem satis esse affirment ; quorum eg sententiam neque probare ausim , neque rejicer sed nulla certe veterum linguarum est , quæ pau cioribus verbis constet , nulla quæ tam pauc plura significet. Nihil hic vastum , nihil redun dans , nihil effluens , nulla neque μακρολογία , ne que βαττολογία ; sed pressa omnia , tantaque bre vitate castigata , ut una sæpe vocula , atque ade syllaba una sententiam absolutissimam compl

ctatu

ātur: unde est illud doctissimi Possevini in Bi-
bliotheca selecta, tot esse in Hebraica Scriptura
sacramenta, quot litteræ; tot mysteria, quot
puncta; tot arcana, quot apices. Quæ cum ita
sint, per mihi mirum videri solet, esse homines
cætera non insipientes, qui quidquid Hebraicum
vident, aut audiunt, statim explodant, nobis-
que etiam molestiam afferant, quod vulgatis in-
terpretationibus contenti non simus. Quod si-
ve difficultatem timent, sive præstantiam non a-
gnoscunt, quæro ego ab illis, cur ea saltem cu-
ra non moveantur, quæ humani ingenii propria
est, cognoscendi remota, si quo præsertim in-
signi facto ad Religionem pertineant. Ergo dif-
ficillima & infesta itinera suscipient, ut illu-
strium virorum monumenta videant, easque re-
giones obeant, quas illi præsentia sua, rebusque
mirabiliter gestis nobilitarunt; quæ vero longe
pulcherrima curiositas est, ejus linguæ cogno-
scendæ, quam primi hominum parentes divini-
tus hauserunt; qua ipsi inter se, & cum suo con-
ditore locuti sunt; qua rebus omnibus dedere
nomina; qua se Deus ipse יהוה nuncupavit; qua
Angelos interdum usos, qua Prophetas scripsisse
accepimus: quæ omnium linguarum princeps ac
mater, vestigia sui ubique impressit; hac, in-
quam, tam honesta, tam splendida, tam nomi-
ne digna curiositate nihil omnino commovebun-
tur? Sed videant alii pro suo ingenio, gloriæ-
que cupiditate, quem sibi animum suscipiendum
putent. Ego sic intelligo, cum tanta sit ad sa-
cras litteras profitendas veterum linguarum ne-
cessitas, cum Hebraicæ præsertim tanta facilitas
sit, pulchritudo, dignitas, sanctimonia, etsi
omnes omnium, qui nos quotidie circumstant,
auctoritates repugnarent, nihilo tamen minus ad
hanc

hanc præclarissimam laudem contendendum est
Nunc vero cum re, & ratione expressa veritas
ipsius insuper Ecclesiæ legibus, multarum Ac
demiarum usu, & quod maximi apud me deb
esse ponderis, nutu & admurmuratione vest
confirmetur, quid est præterea quod dubitemus
Ac ne id quidem omittere debeo, ita esse in mo
re institutoque loci hujus, ubi me superi Litt
rarum custodem ac vindicem collocarunt. Quo
leve fortasse alicui videbitur: at ego quidquid re
perio ab eximio illo, atque immortali studiorum
nostrorum Auctore, quem honoris, atque ade
pietatis caussa nomino, GREGORIO Cardina
BARBADICO constitutum, ita accipio, quem
admodum divina debent. Quoties enim singul
reputo, quæ vel ipse à se invenit, vel ab ali
inventa huc adduxit, artium, linguarum, a
disciplinarum genera tanto consilio distributa, to
præsidiis munita, tam multis exercitationibus
vana specie, in quam fere degenerant, ad rei
& veritatem revocata, videtur ille mihi non hu
mano consilio usus, sed divina quadam virtut
præditus ea vidisse & fecisse, quæ posteri sir
piaculo violare non possent. In quo etiam div
na vis ac providentia magis apparet, quod cum
ille ad vitæ exitum vocatus, præclarissimarum
rerum initia nondum satis firma reliquisset, h
nobis Princeps Eminentiss. veluti parens alter Su
perum beneficio concessus est, qui positis ab ill
fundamentis mirificas moles excitaret, tantum
que proveheret, ut ad majorem amplificationem
nihil jam desit, nisi locus. Ergo cum ille i
magna attentissimaque rerum omnium cura n
hil æque cogitarit, atque ut totius Orientis Lin
guas ad S. Scripturam illustrandam in Schol
nostras advocaret, Græcæque ac Latinæ con
jun

ingeret; cum hic ejus vestigiis insistens, qui ta-
nen prægredi ipse poterat, idem velit, idem cu-
et, idem jubeat, quo me animo esse oporteat,
xistimate. Id extremo loco ab adolescentibus
ostris vehementer peto, ut quoniam illorum
ratia omnia dicuntur, ac fiunt, in eo libenter
borent, quod nos certis probatisque de caus-
s optimum ducimus, ea insuper cogitatione
ræstantibus ingeniis digna, ut ornamenta sibi
omparent, quæ paucis communia sint.

II.

GERHARDI OUTHOVII

de voce כארי Ps. XXII: 17.

&

Sabbato ΔΕΥΤΕΡΟΠΡΩΤΩ ad Luc. VI: 1.

Observationes, subjectæ judicio

Celeberrimi Viri

THONIS VERBRUGGE,

Theologiæ & Lingg. Orientalium Professo-
ris in Academia Groningana.

ARGUMENTUM.

tingii de voce כארי sententia proponitur & illu-
stratur §. 1. ut & Ziegleri §. 2. Nova propo-
nitur conjectura; Esse sc. nomen verbale à verbis
quiescentibus tertia radicali ה. §. 3. Inserto tan-

tum א Epenthetico. §. 4. Et sic vertenda verb
Psalmi: *Cinxerunt me PERFOSSUM manibus &*
pedibus. §. 5. Simili ratione interpretanda vo
כארי in loco Es. XXXVIII: 13. §. 6. Transitur a
Sabbatum Δευτεροπρωτον Luc. VI: 1. §. 7. Vari
variorum de eo sunt sententiæ §. 8. Quæ sit Sc
ligeri §. 9. Nova sententia proponitur. Sc. es
Sabbatum incidens secundo die primæ hebdom
dis post oblationem manipuli §. 10. Sabbatu
notat totam hebdomada. §. 11. Μια Σαββατα
Μια sicut εν notat primum. Idque etiam scri
toribus profanis in usu est. §. 12. Locus 1 Co
XVI: 2. §. 13. Lex Lev. XXIII: 15, 16. de m
nipulis offerendis illustratur §. 14. Hinc oste
ditur quid sit Sabbatum Δευτερόπρωτον §. 15. Exh
bentur septem septimanæ, quæ à Paschate
Pentecosten effluxere, & historia, quam Luc
narrat, illustratur §. 16, 17, 18.

§. I.

VAriæ dantur de voce כארי in Psal. XXII: 1
Lectiones & sententiæ, quas omnes fere co
legit (*a*) Augustus PFEIFFERUS in peculi
ex

(*a*) Adde his St. le MOINE V. S. p. 535. sqq. *H*
ting. Thes. Phil. p. 19. sqq. S. KORTHOLTUM de 1
script. c. 2. §. 2. §. 13-18. *Witſ.* in Symb. ex. 16. §.
Huetium Dem. Evang. pr. IX. c. 127. §. 1. C. *Vi*
Obs. S. L. I. 1. III. c. 2. & II: 9: 1--16. *Mull.* Jud.
757. *Pfeiff.* in Dub. Vex. c. III. L. 60. Br. Henr. *G*
hardum in Vindiciis textus Ebr. contra Pezronum
25. sqq. *Gusſetium* in Lex. p. 402. *Bochartum* in H
102. L. III. c. 6. S. *Amama* in Antib. Bibl. p. 4
Jac. *Basnagium* in diss. tertia, quæ ejus epist. Ch
sostomi adjecta est, p. 184. L. Fr. L. *Biermannum*
diss. integra, quæ sub præsidio *P. Werenfelsii* Basi
a. 1695. edita est. Ed. *Pokockii* notas Miscell. ad P
tam Mosis p. 57--68. qui Altingii sententiæ vide
prætulisse facem. T. d. H.

exercitatione annexa Dubiis Vexatis. Uti & Joh. FRISCHMUTH in differt. de Messiæ manuum pedumque perforatione in ejus crucifixione. Et videri potest fusius de hac voce Jac. ALTINGIUS *Heptados 7. differt. 5.* de integritate vocis כארי *oper. tom. 5. pag.* 214 *&c.* ubi Vir Cel. ostendit hanc vocem כארי non esse corruptam, ut non tantum Bellarminus, aliique Pontificiorum; sed & Josephus Scaliger, *Epist.* 240. P. Galatinus, *in Arcan. Cathol. verit. lib.* 8. *cap.* 17. *col. m.* 417. aliique judicarunt inter Reformatos, sed plurale masculinum participii præsentis sive Benoni in Kal à rad. כור, *fodere*, (*b*) unde כר, *corus*, mensura aridorum & etiam li-

 qui-

(*b*) Vel כרה. Notum enim verba quiescentia ע״ו & ל״ה media Vau & *tertia he* eadem manente significatione esse ex τοις ἐυμεταβλητοις, quæ Ebræi vocant מתחלופת, quod quam plurimis exemplis confirmari posset. Interea miror Gussetium sententiæ Altingianæ ea de causa refragatum esse, quod כרה habeat quidem *fodiendi* significatum, non *perforandi*, quasi hæc inter se pugnarent, cum nemo possit fodere sine perforatione, neque perforatio fieri sine fossione. Ceterum hæc literarum radicalium כר significatio, qua *cavare*, *effodere*, notant, in multis etiam exoticis vocibus superat. كار Arabibus est fodere, الكور *effossio* terræ, כרות fodina, כריא, Chaldæis est *fossa*. מכרה, fodina. כרייה idem est, quod חפירה fossio in Bava Kama cap. V. § 6. Convenit Lat. *Cavare* præcipue cum Arabico كور, *Cavvar*, quod notat *hasta confodere*, & Græcorum Χαραξ, *fossa*, terræ

quidorum, ab excavando dicta: uti & כור, *catinus*, vas ad liquandum metalla, ubi itidem cavitas venit obſervanda: & tandem plurale כרים, *patres*, qui ſunt quaſi putei, unde effodiuntur poſteri. Quod nomen כרים, *patres* bis ſcribitur absque ם, ut 2 *Reg.* 11: 4. ubi לכרי, *ad patres* ſeu *primores*, & vſ. 19. הכרי *primores*. Eodem modo hoc participium כארי, *fodientes*, defectivis ם plur. adſcribit, pro כארים, uti & *in Fundamentis punct. Ling. Sanctæ* §. 71. *pag.* 127. & 128. oſtendit, terminationem pluralem maſculinum ים interdum habere Chirek Longum defectivè ſcriptum, interdum carere litera Mem: quod exemplis non paucis ex Sacra Scriptura allatis ſatis ſuperque probat, ut עמי, pro עמים, *populi*, *Threnor.* 3: 14. חצי pro חצים 1 *Sam.* 20: 38. coll. cum vſ. 36. quod Munſterus quoque ad

terræ ſulcus, *Χαραδρόω excavo*, *Χαράσσω*, *fodio*, ſculpo, unde Χαρακτηρ, ſignum inſculptum, & *Charaſſare*, ſculpere, excavare, quæ vox medio ævo notione ſcribendi valde uſitata fuit. Præſertim invenio vaſa atque utenſilia cava, recipiendis rebus idonea, hinc nomen ſuum traxiſſe. Sic כיור Rabbinis eſt vas aeneum, ſicut Chaldæis כורת eſt alveus, *arca*, *capſa*, *alvearium*, & Syris ܟܘܪܐ *alveare*, & amphora frumentaria, & كوارة *alveare* apum. כור Ebræis eſt catinus, in quo aurifex argentum fundit, ſive *fornax*, Hiſpanis *Horno*. *Charrus* eſt menſuræ ſpecies Anglis. Καυρικος Græcis vas ligneum. *Cortina* Latinis tripus. Arabibus كوير uter vel culeus, in quo cibus vel frumentum reconditum eſt. Et anne ad hanc radicem *Corbis*, Korb / Gruben / Graben referenda, diſpiciant alii. T. d. H.

ad hunc locum obſervat. Sic *Geneſ.* 40 : 16. שלשה סלי חרי על־ראשי tria *caniſtra alba*, vel *perforata*, *ſupra caput meum.* Ubi חרי pro חרים. Sic רעי pro רעים *Eſa.* 38 : 12. ſic משל הקדמני, pro הקדמנים, *proverbium antiquorum*, 1 *Sam.* 24 : 14. ſic עון פלילי *iniquitas judicum*, *Job.* 31 : 28. pro פלילים, ut vſ. 11. habetur, plura de charta in papyrum exſcribere non lubet, videantur alia apud Altingium in lib. allegat. uti & apud Jo. Andr. Danzium *in ſuo Literatore Ebræo-Chaldæo cap.* 8. §. 57. *pag. m.* 498. ubi illa exempla explicat per Apocopen in fine reſecantem: & hinc R. David Kimchi dicebat יש שיבואו בחירק כמו שיבואו עם המם *ſunt pluralia, quæ uſurpantur cum ſolo Chirek, uti ſunt, quæ uſurpantur cum mem ſuperaddito:* adducens etiam exemplum 2 *Sam.* 23: 8. ubi ראש השלישי pro השלישים, *princeps* vel *primarius tribunorum*, vel *dux ſummus primi agminis*, uti Guil. *Robertſon* quoque obſervat *in Lexico p.* 1212. Et annotarunt Sixtinus *Amama*, *in Anomal. Special. pag. m.* 20, 67. *&c.* pluresque alii viri docti hanc apocopen, quam cum mihi coram negaverit Vir Cel. OTHO VERBRUGGE, ipſi incumbit probandum, omnia illa nomina in locis jam allegatis, & quæ adhuc ab Altingio allegantur, eſſe ſingularis numeri cum jod paragogico, quod ipſi arduum erit demonſtrare, intellexi tamen ex ipſius ore, nulla dari talia pluralia defectiva, qualia Altingius, Munſterus, Sixt. Amama, Danzius, Robertſon, David Kimchi, aliique Grammaticæ periti ſtatuerunt.

§. 2. Et cum ſic כארי dicitur pro כארים, ſic porro (א) hic ſecundum quosdam inſeritur per Epentheſin, ſecundum alios remanſit ex matribus lectionis אוי, ut Glaſſius allegat *Phil. S. tr.*

 1. *lib.*

1. *lib.* 1. *pag.m.* 130. at ſecundum Altingium accidit iſtud ex conſuetudine linguæ Aramææ, ubi media (ו) in Benoni Kal tranſit in א; quod movetur, & manet ubique apud Danielem, & quidem juxta viciſſitudinem literarum א ו י, quemadmodum idem factum videre eſt *Hoſ.* 10: 14. in וקאם, a קום, & in וראמה, a רום *Zach.* 14: 10. & ſic quoque in noſtra voce כארי, a כור, in participio Benoni regulariter כרים, per apocopen כרי, & per א loco ו, כארי, *fodientes*, uti & Jo. Andr. *Danzius* ſcriptum judicat ad differentiam כרי, *primores*, 2 *Reg.* 11: 19. & uti Bernhardus *Zieglerus*, Profeſſor Theol. ac Ling. Hebr. in Academia Lipſienſi, qui tamen ut כרו, *foderunt*, explicat, quoque ſcriptum dicebat, ut non tantum mors crucis indicaretur, ſed & ipſiſſimus annus quando Soſpitator noſter crucifigendus eſſet præfiniretur, videlicet ab iſta prophetia poſt 1230 annos, quos ſupputatio vocis כארי ſic efficit:

כ - - -	20
א - -	1000
ר - -	200
י - - -	10
	1230

Verum an præciſè tot anni à ſcripto Pſalmo Vigeſimo ſecundo ad Chriſti paſſionem præterlapſi ſint, non in me ſuſcipio defendere; videantur Ziegleri verba apud Forſterum *in Dictionar. Hebr. p.* 393. & apud Glaſſium loc. allegat.

§. 3. Hanc igitur Altingii ſententiam de hac voce כארי ſemper, (*c*) inter variantes doctorum ſen-

(*c*) Hanc meo quoque palatui præ aliis arriſiſſe declaravi Cl. I. p. 238. Sed nunc parum abeſt, quin hanc

ſententias, ut potiorem amplexus ſum, & adhuc nondum deſero; ſed placet Lectori jam aliam proponere, quam an aliquis unquam protulerit, ignoro. Nempe uti dantur nomina verbalia cum Kametz & Chirek à verbis quieſcentibus tertia radicali ה, ut עני, *afflictus*, *debilis*, *inops*, *debilitatus*, *Prov.* 31:9. *Eſa.* 54:11. & alibi, à ענו, *dixit*, *reſpondit*, *afflixit*, *humiliavit*, &c.

Sic צָלִי *aſſatum*, *aſſum*, *Exod.* 12: 8. *Comedent carnem* צלי אש *aſſam igne*, a rad. צלה *aſſare, ad ignem torrere.* 1 *Sam.* 2: 15. *Eſa.* 44: 16. ubi יצלה צלי Belgæ noſtri vertunt, *hy braadt een gebraadt.*

Sic etiam קָלִי *toſtus*, *frixus*, *torrefactus*, Belgicè *gerooſt*, 2 *Sam.* 17: 28. ubi dicitur de Leguminibus & ſpicis. Unde & קלי *fruges toſtæ*, Gr. ἄλφιτον, Belgis, *gerooſt Koorn.* *Ruth.* 2:14. aliis etiam *far toſtum*, à rad. קלה *torrere*, *torrefacere*, videantur de hac voce plura in Commentariis meis in Librum Ruth *pag.* 423. *&c.*

Sic porro נָקִי *purus*, *innocens*, *inſons*, *non reus*, *non obligatus*, Belgice *onſchuldig*, *Gen.* 44: 10. *Exod.* 21: 28. etiam *vry* 1 *Reg.* 15: 22 uti & *rein*, *Gen.* 24:41. à rad. נקה, *mundum*, *purum*, *innocentem eſſe.* *Gen.* 24:8, 41.

Sic & שָׁנִי *duplicatus*, *bis tinctus*, unde *coccineum*, *dibaphon*, Belgis *Scharlaken.* 2 *Sam.* 1:24. uti & תולעת שני *coccinum dibaphon*, *Exod.* 25: 4. vel ut Schindlerus vertit, *vermiculum coccini*, & plur.

hanc Cl. Outhovii ceteris omnibus præferam, qui ſcio, quod aliàs docebo uberius, inter epitheta Meſſiæ frequentiſſime illud eſſe, quo PERFOSSUS vocatur. Unicum, quod aliquem morari poſſet, eſt verſio τῶν LXX, quam & ſecutus eſt D. Johannes, qui verterunt ὤρυξαν. T. d. H.

plur. שנים *coccina bis tincta*, in Lexico Penta-glotto, à rad. שנה, *iteravit*, *secundo* aut *deni fecit*, *alteratus*, *repetitus*, *geminatus fuit*, etiam *variavit*; unde שנה *annus*, ita dictus ab iteratio-ne, & quod varias mutationes & vices habeat sæ-piusque iteretur, redeunte sole ad punctum unde digredi cœperat.

§. 4. Sic jam eodem modo regulariter diciti(ur) כְּרִי, *perfossus*, *transfixus*, *fossus*, *effossus*, à ra(d.) כרה, *fodit*, *effodit*, *perfodit*. Jam nulla alia i(r)regularitas ineunda est, nisi ut tantummodo a(d)datur vel inferatur א Epentheticum mobile, & st(a)tim habemus, ut in textu extat, כָּאֲרִי i. e. *perfo(s)sus*; ita enim א Epentheticum sæpissime inferitu(r) & non semper quiescens vel otiosum est, & (ut) הַמַּלְאָכִים, *reges*, 2 *Sam.* 11 : 1. & in aliis exempl(is) ab Altingio allatis, *in Fund. Punct. L. S.* §. 15 sed & aliquando etiam movetur, ut in vo(ce) וְרָאֲמָה *& exaltabitur*, *Zach.* 14: 10. Quam vo-cem Jo. Andr. Danzius huc quoque allegat (in) *Literat. Ebr. Chald. cap.* 8. §. 52. *pag.* 467. Q(ui) ad hanc Epenthesin quoque refert וְקָאם *& sur-get*, *Hos.* 10 : 14. uti & רָאשׁ, *depauperatum* *Prov.* 10:4. pro רָשׁ, sicuti ad hunc locum quo-que observat Geierus in commentariis suis adde רָאמוֹת, *excelsæ*, *Job.* 28 : 18. הַשָּׁאטִים pr(o) השטים, *depopulantes*, *Ezech.* 28 : 24. uti & sic (א) prostheticum aliquando quiescens est, ut בָּאזִקִּים & הָאזִקִּים *Jer.* 40 : 1, 4. aliquando mo-vetur, ut in הָאֲתָרִים, *explorantes*, pro הַתָּרִים *Num.* 21 : 1. coll. cum *Num.* 14: 6.

§. 5. Si jam secundum hanc interpretatione(m) sensum verborum Psalmistæ accipiamus, plan(is)simus erit, nempe, *circumdederunt me*, dic(it) Messia(s)

Messias, *canes*, *congregatio malignantium*, vel *maleficorum cœtus*, *circumcinxerunt vel circumdederunt me*, jam cruci affixum, & sic כארי ידי ורגלי *perfossum manibus meis & pedibus meis*; uti sic legitur נקי כפים, *innocens manibus*, Psal. 24: 4. & Belgice sic vertere possem, *eene vergaderinge van boosdoenders heeft my omgeeven, doorboordt zynde aan myne handen, en aan myne voeten.* Vel sic potius potest accipi, *circumvenerunt me, perfossum manus meas, & pedes meos*, id est, *quoad manus meas & pedes meos.* Quod enim Latini restringunt per *quoad*, *qua*, *quatenus*, apud Hebræos, Arabes & Græcos sæpe nude ponitur in accusativo, uti Jo. Andr. Danzius *in suo interprete Ebræo-Chaldæo cap.* 5. §. 231. demonstrat, ac exemplis probat, ex. gr. *Esd.* 1: 30. תהיו כאלה נובלת עליה, *eritis sicut quercus marcescens (quoad) folia sua.* Sic *Jer.* 41: 5. מגלחי זקן וקרעי בגדים *rasi* (quoad) *barbam*, & *lacerati* (quoad) *vestes.* Sic *Jud.* 1: 7. שבעים מלכים בהנות ידיהם ורגליהם מקצצים *septuaginta reges amputati* (quoad) *pollices manuum atque pedum eorum.* Sic Græci loquuntur, ut *Actor.* 18: 3. ubi de Paulo & Aquila dicitur, ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην, ad verb. *erant enim confectores tentoriorum artem*, i. e. quod ad artem attinet, ubi subauditur κατὰ, ante τέχνην. Sic *Joh.* 11: 44. καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς, δεδεμένος τὰς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις. & *prodiit* (Lazarus) *qui mortuus fuerat ligatus manus & pedes fasciis.* Sic apud Homerum sæpius πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς, *pedes velox Achilles. Iliad.* α. vs. 57. & alibi. Et sic apud Platonem *in Timæo* Ægyptius Sacerdos Soloni dicebat, *vos Græci* νεοὶ ἐςὲ τὰς ψυχὰς πάντες. Plura vide apud Danzium loc. allegat. & apud L. Bos de Ellips. præposit. κατὰ *pag.* 299.

§. 6. Et sic absque scrupulo possumus inte
pretari Locum *Esa.* 38:13. qui alias quoque di
ficillimus, vel saltem non planus videbitur; i
enim sunt verba ægrotantis ac pipientis gemi
centisque Regis Hiskijæ, שִׁוִּיתִי עַד בֹּקֶר כָּאֲרִי כֵּן
יְשַׁבֵּר כָּל־עַצְמוֹתָי, quæ verba Vulgatus aliique La
tini interpretes sic plerumque vertunt, *Sper
bam usque ad mane, quasi Leo, sic contrivit om
nia ossa mea.* Et quæ Cel. Coccejus ita brevit
explicat, „cum me composuissem, & perdura
„ sem usque ad matutinum alterum, vel cu
„ posui terminum vitæ meæ usque ad mane, i
„ nulla fuit remissio, sed tanquam Leo, ita al
„ quis me laniavit, & ipsa ossa confregit. Pi
cator illud יְשַׁבֵּר, *franget*, ad Dominum refert
uti & Pellicanus, cum ita commentatur, „Sp
„ mihi erat diutius vivendi, & vix auroram v
„ tæ confecisse putabam; & ecce sicut Leo sub
„ to me Deus corripit, & confringit omnia os
„ mea, doloribus infestando corpus, ut uno n
„ die absumpturus videatur morbus per natu
„ ram incurabilis, & vehementior, quam i
„ diutius sustinere queam, vel ad sequente
„ diem.

Verum enim vero, quis non videt, voce
כָּאֲרִי, si *sicut Leo* vertatur, hic admodum in
congruam ac incommodam esse, seu enim ve
bum יְשַׁבֵּר, *franget*, *confringet*, referamus a
morbum regis, uti interpretes Belgæ nostri quo
que indicant, certè mihi semper incommoda fu
locutio, *confringere ossa sicut Leo*, uti Chaldæu
interpres Jonathan quoque animadvertit, qua
sic paraphrastice dicebat, *rugiebam usque ad man
sicut Leo, qui rugit & confringit ossa animalis
sic confringuntur præ dolore omnia ossa mea.* I
si כָּאֲרִי vertatur *perfossus*, sensus mihi planissim

& clarissimus est, ac si rex diceret, *cogitabam*, *spirabam*, vel *supputabam*, *usque ad mane perfusus, ita confregit omnia ossa mea*: gravissimo enim morbo doloribusque vehementissimis confregerat ipsum Deus, idcirco ita doloribus perfusus gemebat Rex Hiskias. Sed perpendat Lector, & judicet, an hac interpretatione toto erremus cœlo.

§. 7. Pergo jam ad alterum Locum, nempe *Luc. VI*: 1. ubi dicitur ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων, &c. *Factum est autem ut Sabbato secundo primo transiret per sata*, nempe Christus cum suis discipulis, qui, cum spicas vellebant, ac edebant, confricantes manibus, à Pharisæis, qui muscas capiebant & crabrones dimittebant, traducebantur, quasi Sabbato facerent, quod non liceret, quodque grande piaculum ac morte piandum esset. Licet Pharisæi domi frangerent panem, absque peccato, tamen Christi discipulis vitio vertitur, quòd idem ferè in agro faciebant: Licet David cum suis comitibus ausus fuerit in famis discrimine vesci panibus propositionis, quibus aliàs solis sacerdotibus vesci fas erat: tamen hi Pharisæi traducebant comites nostri veri Davidis, seu discipulos Christi, quod ad propellendam famem spicas evullerint, granaque ex illis in cibum confricaverint, & hoc quidem Sabbato, ut Mattheus *cap.* 12: 1. & Marcus *cap.* 2: 23. annotant, vel σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ, *Sabbato secundo primo*, uti Lucas hic jam habet.

Quæritur igitur quid Lucas hoc nomine *Sabbati secundo primi* intelligi voluerit. Judicat Vir Cel. *Verbrugge*, in diss. de hoc Sabbato edita & defensa a. 1718. (cujus tamen prior tantum pars prodiit, alteram enim, in qua sententiam suam

ape-

aperire & confirmare promisit Vir Cl. adhuc spectamus,) quid isto nomine veniat, illis t poribus cuivis Judæo sine dubio cognitum fui *Sed deinceps*, ait, *cum ea vox hoc uno Luc loco tantum*, *non vero apud alios scriptores r riatur*, *vel ab eruditissimis fere ignoratum* Hoc tamen semper vel ita generaliter non se tur, quoniam plura sunt, quæ tantum semel currunt, vel uno in loco reperiuntur, de bus tamen dici non licet, aut debet quod id co ab eruditissimis ignorentur.

§. 8. Et si doctorum tam veterum quam vorum pervolvamus scripta, inveniemus de *Sabbato secundo primo* quot capita, tot fere sus: quare tempus non teram in recensendis ac scribendis virorum doctorum sententiis, ne anxie quæram aut sollicitus ero, an Sabbat δευτερόπρωτον rectè intellexerint inter priscos clesiæ doctores Epiphanius, Theophylactu alii, neque recentiorum sententias discrepan licet mihi non placeant, virgulâ censoriâ feri Tantummodo Scaligeri allegabo sententia meamque non multum, ab ipsius mente di rentem opinionem Lectori benevolo ac æ proponam.

Cui interim libitum sit, scire quoque a rum virorum sententias, legat Epiphanium *H ref.* 30. & 51. Theophylactum *enarrat. in L* 6:1. Aretium *in comment. ad Luc.* 6:1. ubi q que variorum adfert explicationes. Walæum *comment. ad Luc.* 6:1. ubi Cloppenburgii & pelli leguntur sententiæ. Sic porro Beza Drusium, Coccejum *in suis commentariis ad L* 6:1. & *ad Matt.* 12:1. Sigonium de Rep. I bræor. *lib.* 3. *cap.* 13. Joh. Ligtfootum *in H Hebr. ad Matth.* 12:1. & *ad Luc.* 6:1. *Op*

ti

ti. 2. *pag*. 319. & 513. & *in Chron. tempor.* *p*. 19. Dietericum *in Antiq. Bibl. ad Exod.* 23: 1, 15. *pag*. 181. Othonem *in Lexico Rabbinico philologico pag*. 531. Relandum *in Antiq. Hebr. pt*. 4. *cap*. 8. §. 5. Et Joh. *Frischmuthi de Sabbato* δευτεροπρώτῳ dissertat. (*d*) Ubi videbit haud exiga de hoc Sabbato secundo-primo Doctorum sententiarum divortia.

§. 9. Quod ad Scaligeri sententiam attinet, en optimè intelliget Lector ex ipsissimis Viri illustris verbis, à Cel. Verbrugge sic quoque ex *lib*. 6 *de Emendat. temp. p*. 522. allegatis, Σάββατον δευτερόπρωτον *illud est, quod proximè post solenne Paschatis sequitur. Nam* ממחרת הפסח *h. e.* ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχα *Lex jubet septem hebdomadas putare. Itaque hebdomadas omnes* & *Sabbata omnia à Paschate ad Pentecosten sumunt appellationem suam* ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχατος. *Intervallum autem illud omne dierum, quod Græci* πεντηκοστὴν *vocant, Judaeis dicitur* ספירת העמר ἀριθμὸς τοῦ δράγματος *numerus manipuli, quia* ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχατος *Omer seu dragma primitivorum offerebatur. Prima igitur hebdomas quae putatur, a oblatione Omer dicitur* ἑβδομὰς δευτερόπρωτος, & *sic deinceps, ut habes in hoc indiculo:*

Indiculus Sabbatorum Pentecostes.

δευτερόπρωτον	XIX. *Nisan.*	XXXI. *Martii.*
δευτεροδεύτερον	XXVI. *Nisan.*	VII. *Aprilis.*
δευτερότριτον	III. *Ijar.*	XIV. *Aprilis.*
δευτεροτέταρτον	X. *Ijar.*	XXI. *Aprilis.*

Δευ-

(*d*) Adde his, quos magno numero exhibet Cel. JA. FABRICIUS in Bibl. Ant. C. X. §. 4. & diss. singularem de hoc argumento Cl. Hermanni WITSII. T. d. H.

Δευτερόπεμπτον	XVII.	*Ijar.*	XXVIII. *Ap*
Δευτερόεκτον	XXIV.	*Ijar.*	V. *M*
Δευτεροέβδομον	II.	*Sivan.*	XII. *M*

Intellige autem τὴν πεντηκοστὴν *intervallum* ἀ *Pa-ſchate ad Solemne Pentecoſtes , non autem ipſ ſolemne Pentecoſtes. Eodem modo* μία δευτερόπ-τος *eſt feria ſolis prima , poſt feſtum Paſcha Quare & Sabbatum* δευτερόπρωτον *eſt primum S batum , quod proximè* τὴν δευτέραν τοῦ πάσχα *fe tum eſt. Hebraicè ergo* Σάββατον δευτερόπρω- שבת ראשׁן ממחרת *hoc enim perinde eſt ac* Σάββα ἀπὸ τῆς δευτέρας πρῶτον , ἀπὸ τῆς δευτέρας δεύτερ

§. 10. Hanc Scaligeri ſententiam non pl rejicio , aut approbo , neque ab ea in omnil diſcedo , intelligo enim quoque per Σάββατον δ τερόπρωτον illud Sabbatum , quod proximè p ſolemne Paſchatis ſequutum eſt , uti ſtatim c rius pateſcet. Sed intelligo per Sabbatum ill ſimul ſecundum diem primæ hebdomadis , tunc , cum Chriſtus per fata tranſiret , quoc Sabbatum ſeu dies Sabbati erat , per conſeque Σάββατον δευτερόπρωτον , i e. Sabbatum incide ſecundo die primæ hebdomadis , poſt oblation manipuli.

§. 11. Notandum enim eſt , quomodo vox H bræa שבת *Schabbat* , aliàs *dies ſeptimus* , per S nechdochen membri vel partis apud Judæos n raro notat totam hebdomadem , uti clariſſi patet ex *Levit.* 23 : 15. ubi dicitur , *numerab vobis à craſtino Sabbati , à die quo offeretis* ר התנופה *manipulum elevationis , ſeptem* תות תמימת *Sabbata conſummata erunt.* i. e. ſeptem ſe timanæ plenæ , uti & οἱ ὀ dicunt : ἑπτὰ ἑβδομ δας ὁλοκλήρους, i. e. *ſeptem integras.* Sic Rabbi loquuntur *in Gem. Schabbath.* 156. 1. ד בשבתא

&

in Gem. Maccoth. 5. 1. חד בשבא, *primus Sabbati*, i. e. *primus dies hebdomadis*, notante Relado *in Antiq. Hebræor. part.* 4. *cap.* 8. §. 3. Sic in תרגום, seu Paraphraste Chaldæo, ad מגלת אסתר, *lrum Estheris*, *cap.* 2: 9. legitur, *& placuit puella* nempe Esther, *in oculis ejus* &c. *& jussit accerari unguentum dignitatis ejus, & septem puellas ad ministrandum illi* שבע יומי בשבתא *septem diebus Sabbati* i. e. hebdomadis, *Cholta ministrabat primò primâ feriâ, Rokeita secundâ feriâ, Genunbatertiâ feriâ, Neboritha quartâ feriâ, Rochashita quinta feriâ, Churphita sextâ feria Regoitha die Sabbati.*

Sic in Novo Test. vox σάββατον, *Sabbatum*, à Hebræo שבתון dictum, quodque in singulari secundæ, in plurali tertiæ declinationis est, non tantum in singulari & in plurali numero de die septimo hebdomadis dicitur, sed & in utroque numero per eandem Synechdochen partis usurpatur pro tota hebdomade: uti patet ex *Luc.* 18: 12. ubi Pharisæus dicit, νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, *jejuno bis in Sabbato*, i. e. *jejuno bis hebdomade.*

§. 13. Et hinc primus dies septimanæ, qui Græcorum consuetudine *dies Solis* dicitur, vocatur *primus Sabbati*, uti *Marc.* 16: 9. ἀναςὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ (ἡμέρᾳ) σαββάτου. *quum autem resurrexisset* (Jesus) *primo* (die) *Sabbati*, i. e. *septimanæ.* De Ellipsi enim vocis ἡμέρα, quæ subaudienda est in πρώτῃ &c. prolixè agit Lamb. Bos *in Ellips. pag.* 57, 58. Sic εἰς μίαν σαββάτων, pro εἰς πρώτην ἡμέραν σαββάτων, *in primum diem Sabbati*, vel *Septimanæ.* Ubi porro notandum, quod cardinalis μίαν ponitur pro ordinali πρώτην, fortean per hebraismum, ut quidam judicant, quia *Gen.* 1: 5. dicitur יום אחד, *dies unus*, uti & Græci interpretes ibi habent, ἡμέρα μία pro πρώτη

dies,

dies primus. Verum an idcirco dicendum ſit, te
tum græcum N. Teſt. hic hebraizare, ſeu n
purè Græcum eſſe, uti *Vorſtius* de Hebraiſn
N. T. *p. I. p.* 35. *&c.* & Joh. Leusden quoq
in Phil. Gr. diſſert. 12. *pag.* 99. aliique dixer
audacter nego; quia diſertiſſimi Græcorum i
quoque loquuntur, ſic apud Polybium *pa*
1401. legitur ἐν τῇ μιᾷ καὶ εἰκοστῇ βίβλῳ *in uno*, i.
in primo, & viceſimo libro. Ubi μιᾷ cum ord
nali εἰκοστῇ conjungitur, ergo uſurpatur pro πρώτ
vigeſimus primus enim vulgo numeratur εἰκοσ
πρῶτος. Sic etiam cardinale neutrum ἓν, *unun*
ab Herodiano pro ordinali uſurpatur *lib.* 4. *ca*
11. §. 8. Ubi ait, ὑφ᾽ ἑνὶ σημείῳ, *quum primu*
datum eſſet ſignum. Sic porro apud Homeru
legitur Iliad. π. *vſ.* 173.

Τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε Μενέσθιος αἰολοθώρηξ,

Quæ verba vulgo vertuntur:

Unius quidem ordinis duxerat Meneſthius
vario thorace ornatus.

Quoniam ἴος, ἴα, ἴον, vulgo notat *unus*, *a*
um: at vero hoc loco Homerus ἰῆς ſumit pro or
dinali πρώτης & ἰῆς στιχὸς, vel, ut Scholiaſtes Græ
cus, qui Didymus creditur, habet, μιᾶς τάξεω
verti debet *primi ordinis*, vel *primæ claſſis*; recen
ſet enim Poëta hic ordines exercitus, & uti

Meneſthius erat dux ἰῆς στιχὸς, *primi ordinis.*
Sic Eudorus erat dux τῆς ἑτέρης στιχὸς, *ſecun*
ordinis.
Piſandrus dux τῆς τρίτης στιχὸς *tertii ordinis.*
Phœnix dux τῆς τετάρτης στιχὸς, *quarti ordini*
Alcimedon dux τῆς πέμπτης στιχὸς, *quinti or*
dinis.

uti *vſ.* 179, 193, 196, 197, videre eſt. Et omne
has στίχες, vel τάξεις, *claſſes*, ab Achille ἐυκρίνας

ben

ne ordinatas dicit *vs.* 199. Sed hæc ἐν παρόδῳ.

§. 13. Sic porro σάββατον in plurali usurpatur ...o *septimana*, 1 *Cor.* 16: 2 ubi dicitur, κατὰ ...αν σαββάτων, *primo quoque die Sabbati*, i. e. ...*ptimanæ*. Hinc Chrysostomus *homil.* 85. *in* ...*h. ad cap.* 20: 1. Τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, τουτέστι, ... κυριακῇ, *primo die hebdomadis*, *id est*, *Domi*...*co.* Et Theophylactus ad Marc. 16: 2. scribit, ...ῆς τῶν σαββάτων, τουτέστι, τῆς πρώτης τῶν τῆς ἑβδο...μάδος ἡμερῶν, σάββατα γὰρ τὰς τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας ...όμαζον, μίαν δὲ, τὴν πρώτην: i. e. *unius Sabbato*...*m*, *hoc est*, *primæ ex diebus hebdomadis*. *Sab*...*ta enim dies hebdomadæ nominabant*, *unam*, *aut* ...*imam*. Vide plura ad hanc rem allegata, tam ... Theophylacto, quam ex Theodoreto, Chry...stomo, Oecumenio, ac Justino apud Suicerum ...*Thesauro Ecclesiast. tom.* 2. *col.* 916, 917. Et ... Eusebius Pamphili quoque dicebat in illud, ...ε σαββάτων. Ἔθος γὰρ ἦν τὴν ὅλην ἑβδομάδα Σάβ...βατον καλεῖν, καὶ πάσας τὰς ἡμέρας σάββατον ὀνομά...ζειν, *consuetudo erat totam septimanam Sabbatum* ...*care*, & *omnes dies Sabbatum appellare*, uti sic ...c verba allegata leguntur in Glossario, ad Scrip...t...es mediæ & infimæ Græcitatis, Caroli du Fres...n..., *col. m.* 1314. *Edit. Lugd.* 1688. & in appen...d...e ad Glossarium mediæ Latinitatis *col.* 204.

Huic jam fundamento nitens, verba Lucæ *cap.* ...1. sic accipio, ut σάββατον, *Sabbatum*, ibi sit ...t...a hebdomas.

§. 14. Sed notandum jam porro est, Legisla...t...em dixisse *Levit.* 23: 15. 16. ut Israelitæ a die ...c...lationis manipuli numerarent septem Sabbata, ...i...i septem integras septimanas, vel quinquagin...t... dies usque ad crastinum septimi Sabbati, cum ...f...tum erat Pentecostes, vel Hebdomadum, quo ...i...vum munus Domino offerrent de messe. Ma-

 ni-

nipulus primitialis offerri debuit ad supplicandur Deo, ut benediceret novis frugibus, & ut veni impetraretur ad falcem in segetes immittendam at post peractam messem hordeaceam, post nu meratas septem ab illa die oblationis manipuli heb domadas, die quinquagesimâ, gr. πεντηκοςὴ, Heb יום חמשים, in gratiarum actionem offerebantu panes primitiales, *Levit.* 23: 16, 17.

Ad computationem ergo illarum hebdomadun & temporis interlabentis, inter oblationem man puli, & oblationem panum, non alio calcu utebantur, nisi ut per Sabbata numerarent, v septimanas, uti & per dies, ἀπὸ τῆς δευτέρας τ ἀζύμων, dicit Flavius Josephus, qui diem 16tu Nisan sic nuncupat, quo manipulus offerebatu *Antiq. Jud. lib.* 3. *cap.* 10. *pag. m.* 93. ubi ait, τ δὲ δευτέρᾳ τῶν ἀζύμων ἡμέρᾳ, ἕκτη δ' ἐςὶν αὕτη καὶ δ κάτη, τῶν καρπῶν οὓς ἐθέρισαν, ὀυ γὰρ ἥψαντο πρότ ρον αὐτῶν, μεταλαμβάνουσι, i. e. *secunda azymoru die, quae est mensis hujus decima sexta, frugib demessis, & hactenus intactis, incipiunt fr* Addens deinde, *post Paschale sacrum elapsis se tem septimanis, hoc est, quadraginta novem diebu quinquagesima, quam a numero ἀσαρθὰ, asarth Hebraei vocant, offerunt Deo panem è farinae tr ticeae duobus assaronibus cum fermento confectur mactantque agnos duos.* De voce ἀσαρθὰ, f עצרתא i. e. *Clausula*, vide Relandi *Antiq. H braeor. Part.* IV. *cap.* 4. §. 2. Et de computatio illius temporis per dies mentio fit apud Rabbin ut in Libro *Juchasin fol.* 36. 1. *Mortui sunt p rimi sapientum discipuli quindecim diebus ante Pe tecosten, hoc est, triginta tribus a manipulo.* S sub finem *Midrasch Samuelis* concluditur, *fi tum est hoc opus die tricesimo tertio a manipu* notante *Othone* in Lex. Rabb. p. 352. Habeb

pr

præterea formulas numerandi, dictas סדרי הכפירה פסח, quibus singulis diebus in precibus vespertinis utebantur, numerantes ita diem illum, qui incipit, verbi causa diem 40mum, שבועות ארבעים יום שהם חמשה, וחמשה ימים בעומר *dies 40. sunt, ita ut. 5. hebdomades & 5. dies elapsi sint post oblationem manipuli.* Uti Reland. annotat. *in Antiq. Hebr. Part.* IV. *cap.* 4. §. 3. Et uti computationem septimanarum & dierum a vespera incipiebant, ita ante computationem hanc gratiarum actionem efferebant, *Benedictus esto tu, o Domine Deus noster, qui nos sanctificasti praeceptis tuis, & praecepisti nobis dies numerare ab oblatione τοῦ Homer primitiarum*, docente Maimonide *de Sacrif. jug. cap.* 7. §. 22. 25.

§. 15. Cum igitur istas septimanas vocabant Sabbata, & omnes illos dies, uti modo ex Eusebio notavi, quoque Sabbata appellabant, ego per σάββατον δευτερόπρωτον, apud Lucam, intelligerem *secundum diem primi Sabbati*, id est, *primae septimanae*, quam a die oblationis manipuli incipiebant numerare, qui dies cum *secundus* esset *primi Sabbati*, vel *septimanae*, rectè dicitur *dies secundo-primus*, vel *Sabbatum secundo-primum*. Maximè quoniam dies ille tunc, cum Christus per sata transiret, ipsissimus quoque *dies Sabbati*, vel ordinarium Sabbatum hebdomadale erat, quod Sabbatum tunc quoque dici poterat primum Sabbatum post secundum diem, seu post δευτέραν τῶν ἀζύμων, & per consequens etiam σάββατον δευτερόπρωτον, i. e. primum Sabbatum post secundam diem azymorum.

Et quod iste dies, cum Christus per sata ambularet, tunc Sabbatum ordinarium erat, docent nos Matthæus *cap.* 12: 1. & Marcus *cap.* 2: 23. dicentes, Jesum per sata ivisse τοῖς σάββασι, *Sab-*

batis; vel ἐν τοῖς σάββασι, *in Sabbatis*; ubi, per enallagen numeri, pluralis ponitur pro singulari, σαββάτῳ, *Sabbato*, uti *Matth.* 12: 2. habetur, confer etiam *Marc.* 2: 27, 28. Hinc Cel. Hombergius *in Parerg. Sacr.* ad *Marc.* 2: 23. dicit, *σάββατον & σάββατα promiscue dicitur de Sabbato, id est, die septimo.* Qualis enallage sæpius occurrit in Sacra Scriptura, & non infrequens est scriptoribus profanis. Sic *Luc.* 4: 16. *venit Jesus* ἐν ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, *die Sabbatorum*, pro τοῦ σαββάτου, *Sabbati.* Sic *Act.* 13: 14. & 16: 13. Huc pertinet *Marc.* 5: 30. ubi ἱμάτια, *vestimenta* pro ἱμάτιον, *vestimentum*, uti vs. 27. videatur Glassius de hac re in Philolog. Sacr. lib. 3. tr. 1. *Can.* 26. Et exemplum pluralis pro singulari vide quoque apud Callimachum, *Hymno in Jovem vs.* 15. Hinc & Horatius *lib.* 1. *Sat.* 9. *vs.* 69. τὴν τριακάδα sive ἱερομηνίαν vocat *tricesima Sabbata*, uti Suicerus notat *in Thesauro Eccles. tom.* 2. *col.* 916. Videatur quoque Lambinus ad hunc locum Horatii.

§. 16. Sed ut clarius pateat quod de hoc σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ dixi, lubet hoc sequens schema computationis hic Lectori ante oculos delineare, & septem plena Sabbata seu septimanas integras ita computare, præsupponens, quod

Tunc temporis *Pascha*, (Hebr. פסח, Chald. פסחא, Gr. διαβατήρια vel ὑπερβάσια, semper ex instituto Dei incidens in diem 14tum mensis ניסן Nisan, *Levit.* 23: 5. & *Num.* 28: 16.) erat *die Mercurii*, quo Paschalis mactabatur agnus.

Die sequenti Jovis, 15to Nisan, erat חג המצות, ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, vel ἀζυμοφαγιῶν, *festum azymorum*, vel dies, quando cum agno paschali, priori die inter duas vesperas mactato, panes azymos seu infermentatos, comedere incipiebant, qui dies

dies κατ' ἐξοχὴν quoque חן *festum* appellatur, *Levit.* 23: 6. *Exod.* 12: 18. & *Num.* 28: 17. ubi dicitur, *& quintadecima die erit* חן, *festum*, vel *solennitas*, *septem diebus vescentur azymis.* Ergo erat πρώτη τῶν ἀζύμων.

Die Veneris, 16to Nisan, seu δευτέρα τῶν ἀζύμων, *secunda die azymorum*, erat πανήγυρις ἐπὶ τῷ δράγματι, ut cum Philone loquimur, Hebr. יום, חנף *dies agitationis* scil. *manipuli*, seu *dies oblationis*, τοῦ *Homer primitiarum*, etiam יום קציר *dies messis* nempe השערים *hordeorum*; quando עומר manipulum hordei, seu ראשית קציר *primitias messis* hordeaceæ ad sacerdotem afferebant, qui agitabat manipulum istum coram Domino. *Levit.* 23: 9, 10, 11. Ab hoc die incipiebant jam numerationem septem Sabbatorum vel septimanarum; ergo hic dies erat πρωτοπρῶτος, *primo-primus*, i. e. *primus dies* πρώτου σαββάτου, *primi Sabbati*, seu *primæ septimanæ*.

Die Saturni, seu *Sabbati* 17mo Nisan, ibat Christus cum suis discipulis per sata, qui dies erat τρίτη τῶν ἀζύμων, & simul dies δευτερόπρωτος, *secundo-primus*, i. e. secundus dies primæ septimanæ: imo etiam erat σάββατον δευτερόπρωτον, non tantum quia omnes septem dies septimanæ nomine σαββάτου, *Sabbati*, exprimuntur; verum etiam quia hic dies jam σάββατον, *Sabbatum ordinarium* erat, ergo σάββατον δευτερόπρωτον, i. e. Sabbatum incidens secundo die primæ septimanæ, & primum quoque Sabbatum hebdomadale post δευτέραν τῶν ἀζύμων.

§. 17. Et hoc die Christus per sata transiens traducebatur a Pharisæis, quod discipuli ejus eo die spicas vellerent, quod illicitum judicabant, quia, ut Ligtfootus *ex Talmud. Scabb. par.* 7. *& Maimon. Shabb. par.* 7. 8. ostendit, per con-

ſtitutionem Rabbinorum Sabbato prohibitum erat vellere ſpicas; ita enim dicebant: *Qui Sabbati frumentum metit, ad quantitatem ficus, reus eſt. Qui vellit & qui metit, perinde rei ſunt: qui quicquam evellit, quod naſcitur, reus eſt perinde ac ſ meteret*, *Ligtfooti ordo textuum Sect.* 25. *oper. tom.* 2. *pag.* 19. Judicabant Rabbini ſpicarum avulſionem ejusdem rationis cum meſſione, idcirco quia metere Sabbato illicitum erat, ita etiam ſpicas vellere; quia, ut Maimon. dicit *Schabbat cap.* 8. *Metens Sabbato vel tantillum reus eſt*, ותולש תולדות קוצר *& vellere ſpicas eſt species meſſionis*, notante Othone *in Lexico Rabbinico pag.* 525. imo ne folium quidem aut fructum decerpere ab arbore fas erat die Sabbati, dicit Philo Judæus *de Vita Moſis lib.* 2. *pag. m.* 896. Ὀυ γὰρ ἔρνος ὀυ κλάδον, ἀλλ᾽ ὀυδὲ πέταλον ἐφεῖται τεμεῖν ἢ καρπὸν ὄντινα ὀῦν δρέψασθαι, i. e. *nec ramum enim nec frondem nec folium demere fas eſt, nec ullum quidem decerpere fructum.* Ex hac ergo ſuperſtitioſa conſtitutione carpebant Phariſæi Chriſti diſcipulos vellentes ſpicas Sabbato. At ſi Sabbatum hoc ante diem 16tum Niſan ſeu ante diem oblationis τοῦ Homer primitiarum fuiſſet, Phariſæi non dixiſſent, *diſcipuli tui faciunt, quod non licet* ἐν τοῖς σάββασι, *Sabbato*, uti *Matth.* 12: 1. & *Marc.* 2:23. legitur; ſed dixiſſent, *faciunt, quod omnino non licet*, ſive Sabbato ſive alio die, uti Relandus quoque rectè obſervat *Antiq. Hebr. part.* 4. *cap.* 8. §. 4. quia die 16to Niſan offerri ſolebat manipulus, ante quod tempus metere, aut evellere ſpicas, quod ſpecies meſſis erat, omnino illicitum erat ſecundum Judæorum judicium, quoniam lege divina prohibitum erat ante oblationem manipuli *edere* ולחם וקלי וכרמל *panem, vel toſtum vel ſpicas virentes*, Belgicè *groene ayren*, *Levit.* 23. 14.

4. imo ante manipuli agitationem & oblationem solemnem, quam Relandus describit, falx in segetem quinque rerum tritici, hordei, speltæ, avenæ & secalis immitti non debebat, dicunt Judæorum חכמים, & qui vel ad quantitatem olivæ e his aliquid edebat, flagellari dignus erat. Videantur, Seldenus *de Synedr. lib.* 2 *pag.* 340. Maimon. *de Sacrif. Jug. cap.* 7. §. 13, 17. & Relandus *Antiq. Hebr. Part.* 4. *cap.* 3. §. 8.

Ergo contra hanc legem non peccabant discipuli Christi, quoniam die 17mo evellebant ac comedebant spicas, per consequens post oblationem manipuli, quæ præcedente die 16to jam peracta erat. Tantummodo ergo ex judicio Pharisæorum peccabant, quod die Sabbati, qui tunc incidebat, spicas evellebant, fricabant ac comedebant, quod factum Christus idcirco contra Pharisæorum glossas ex ipsa lege naturæ, factoque Davidis defendit, quoniam esurienti etiam Sabbato edere licet, multo magis quam Judæis licitum est Sabbato indulgere genio, uti Reland ostendit, *Antiq. Hebr. Part.* IV. *cap.* 8. §. 10.

§. 18. Sed videamus jam, quomodo hæc septem Sabbata plena, seu septimanæ integræ, uti & dies 49. numerandi erant.

Primum Sabbatum.

1mus dies, seu dies manipuli 16to Nisan, unde computatio fiebat, erat dies πρωτόπρωτος, i. e. primus dies primi Sabbati, seu primæ septimanæ.

2dus dies δευτερόπρωτος, secundo-primus i. e. dies secundus primæ septimanæ, qui jam Sabbatum erat, ergo σάββατον δευτερόπρωτον, i. e. *Sabbatum secundo die primæ septimanæ.* 17mo Nisan.

3tius dies, τριτόπρωτος, tertio-primus, i. e. tertius dies primæ ſeptimanæ. 18vo Niſan.

4tus dies, τεταρτόπρωτος, quarto-primus, i. e. quartus dies primæ ſeptimanæ, 19no Niſan.

5tus dies, πεμπτόπρωτος, quinto-primus, i. e. quintus dies primæ ſeptimanæ, 20mo Niſan.

6tus dies ἑκτόπρωτος, ſexto-primus, i. e. ſextus dies primæ ſeptimanæ, 21mo Niſan.

7mus dies, ἑβδομόπρωτος, ſeptimo-primus, i. e. ſeptimus dies primæ ſeptimanæ, 22do Niſan.

Secundum Sabbatum.

8vus dies, πρωτοδεύτερος, primo-ſecundus, i. e. primus dies ſecundæ ſeptimanæ, 23tio Niſan.

9nus dies, σάββατον δευτεροδεύτερον, i. e. *Sabbatum ſecundo die ſecundæ ſeptimanæ*, 24to Niſan.

10mus dies, τριτοδεύτερος, tertio-ſecundus, 25to Niſan.

11mus dies, τεταρτοδεύτερος, quarto-ſecundus, 26to Niſan.

12mus dies, πεμπτοδεύτερος, quinto-ſecundus, 27mo Niſan.

13tius dies, ἑκτοδεύτερος, ſexto-ſecundus, 28vo Niſan.

14tus dies, ἑβδομοδεύτερος, ſeptimo-ſecundus, 29no Niſan.

Tertium Sabbatum.

15tus dies, πρωτότριτος, primo-tertius, i. e. primus dies tertiæ ſeptimanæ, 30mo Niſan.

16tus

16tus dies, σάββατον δευτερότριτον, *Sabbatum secundo die tertiae septimanae.* 1mo Ijar.
17mus dies, τριτότριτος, tertio-tertius, 2do Ijar.
18vus dies, τεταρτότριτος, quarto-tertius, 3tio Ijar.
19nus dies, πεμπτότριτος, quinto-tertius, 4to Ijar.
20mus dies, ἑκτότριτος, sexto-tertius, 5to Ijar.
21mus dies; ἑβδομότριτος, Septimo-tertius, 6to Ijar.

Quartum Sabbatum.

22dus dies, πρωτοτέταρτος, primo-quartus, i. e. primus dies quartæ septimanæ 7mo Ijar.
23tius dies, σάββατον δευτεροτέταρτον, *Sabbatum secundo die quartæ septimanae*, 8vo Ijar.
24tus dies, τριτοτέταρτος, tertio-quartus, 9no Ijar.
25tus dies, τεταρτοτέταρτος, quinto-quartus, 10. Ijar.
26tus dies, πεμπτοτέταρτος, quinto-quartus, 11. Ijar.
27mus dies, ἑκτοτέταρτος, sexto-quartus, 12. Ijar.
28vus dies, ἑβδομοτέταρτος, septimo-quartus, 13. Ijar.

Quintum Sabbatum.

29nus dies, πρωτόπεμπτος, primo-quintus, i. e. primus dies quintæ septimanæ, 14. Ijar.
30mus dies, σάββατον δευτερόπεμπτον, *Sabbatum secundo die quintae septimanae*, 15. Ijar.
31mus dies, τριτόπεμτος, tertio-quintus, 16. Ijar.

32dus dies, τεταρτόπεμπτος, quarto-quintus 17. Ijar.

33tius dies, πεμπτόπεμπτος, quinto-quintus 18. Ijar.

34tus dies, ἑκτόπεμπτος, ſexto-quintus, 19 Ijar.

35tus dies, ἑβδομοπεμπτος, ſeptimo-quintus 20. Ijar.

Sextum Sabbatum, ſeu ſexta ſeptimana.

36tus dies, πρωτόεκτος, primo-ſextus, i. e primus dies ſextæ ſeptimanæ, 21. Ijar.

37mus dies, σάββατον δευτερόεκτον, *Sabbatum ſecundo die ſextae ſeptimanae*, 22. Ijar.

38vus dies, τριτόεκτος, tertio-ſextus, 23 Ijar.

39nus dies, τεταρτόεκτος, quarto-ſextus, 24 Ijar.

40mus dies, πεμπτόεκτος, quinto-ſextus, 25 Ijar.

41mus dies, ἑκτόεκτος, ſexto-ſextus, 26 Ijar.

42dus dies, ἑβδομόεκτος, ſeptimo-ſextus, 27 Ijar.

Septimum Sabbatum, ſeu ſeptima ſeptimana.

43tius dies, πρωτοέβδομος primo-ſeptimus, i. e primus dies ſeptimæ ſeptimanæ, 28. Ijar

44tus dies, σάββατον δευτεροέβδομον *Sabbatum ſecundo die ſeptimae ſeptimanae*, 29. Ijar.

45tus dies, τριτοέβδομος, tertio-ſeptimus, 1 Sivan.

46tus, dies, τεταρτοέβδομος, quarto-ſeptimus 2. Sivan.

74mus dies, πεμπτοέβδομος, quinto-ſeptimus 3. Sivan.

48vus

48vus dies, ἑκτοέβδομος, sexto-septimus, 4. Sivan.

49nus dies, ἑβδομοέβδομος, septimo-septimus, 5. Sivan.

Hinc jam sequitur dies 50mus, ἡμέρα πεντηκο-, Hebr. יום חמשים, dies quinquagesimus, indens 6to Sivan & quidem eodem die septimanæ, 10 manipulus seu homer primitiarum messis hor-aceæ offerebatur, i. e. die Veneris. At jam fferebantur ex novo proventu tritici illius anni 10 panes תנופה elevationis fermentati, *Levit.* 3:16, 17. Belgicè vocatur *Pinxter*, vel *Pinxerdag.* Hebraicè חג השבועות *festum hebdomadum*, *Deut.* 16: 10. etiam חג הקציר *festum messis*, nempe triticariæ, quæ serior erat messe horaria. Tandem dicebatur quoque ab Hebræis, cit Josephus ἀσαρθὰ, Chald. עצרתא, vel Hebr. עצרת, i. e. *Clausula*, quia claudebat vel obsignabat unitate numerum dierum 49, qui ab oblatione manipuli effluxerunt, uti *Philo* Judæus libro de Festis docet, & *Relandus* ex ipso observat, *Ant. Hebr. Part.* IV. *cap.* 4. §. 2.

III.

PETRI ZORNII,

Dissertatio

de

DECRETO VIGILUM

ad Danielis IV: 14.

§. 1.

TAlis est hujus loci, qui deinceps in manibus nobis erit, & tantus usus, pene ut nullus

lus fit in facro codice, cujus interpretatio m
fit ad Judæos refellendos neceffaria. Ita
dem videtur *Allixio* de Myfterio S. S. Trinit
adverfus Judæos difputanti, (*a*) ita & nobis
fum eft, cum in feria atque diligenti horum
borum perveftigatione diu multumque effer
verfati. Quid enim? non folos Judæos hic
bis refragari videmus; fed & miramur, in
Chriftianos exfiftere, qui, dum aliud agunt,
de concilio Angelorum creatorum nefcio qu
facrum fcriptorem loqui exiftimant, nec fibi
tis cavent, nec cœlefti, quam utique tueri
bebant, veritati. Non eft animus omnes, qu
quot inter Chriftianos aliquid humani patiunt
in hunc cenfum referre; vel in præfens ad *Cl*
penburgium, & *Caftellionem* in tanto fcriptor
numero digitum intendiffe fuffecerit. *Vocem*
inquit *Cloppenburgius* (*b*) *quae in Graecis Bib*
remanfit ἔιρ *& Latinorum interpretum confe*
vigilem fignificat, *propter infolentem hanc*
menclaturam Angelorum malim accipere, *non*
ab Hebraeis mutuo fumtam, *absque ullo Ch*
daico charactere: *fed ut factam*, *per Chald*
cam permutationem צ *&* ע *ex Hebraeo* ציר *qu*
legatum fignificat, *atque ita à* LXX. *transfert*
Proverb. 13: 18. 25. 13. *& Jerem.* 49: 13.
vocem ἄγγελος, *quomodo* LXX. *fimiliter voc*
עיר *feu* ἔιρ *tranftuliffe in Daniele annotatum eft*
Bibliis Graecis Francofurti editis 1597. *opera*
Junii. Videmus adeo Angelos creatos à *Cl*
penburgio intelligi, videmus etiam argument
quibus innixus *Ludovicum* quoque *de Dieu*
fuas perduxit partes: jam vero noftrum erit, f

(*a*) In Judicio antiq. ecclef. Jud. adv. Unitari
p. 123. (*b*) In Collationib. Crit. S. p. 284.

v.tantorum virorum existimatione singula argu-
mntorum illorum momenta ad æquam veritatis
lucem exigere. Ac primum largimur, permu-
taonem literarum צ & ע apud Syros & Chaldæos
in:r se admodum facilem esse, sed veremur ta-
mn, ut vox עיר creatum significare possit An-
g:um. Ut enim argumenta, quæ suo ordine
mx allaturi sumus, nunc taceamus; LXX. in-
:e:retum consensus, quem in voce illa עיר in-
te:retanda nobis objicit, vel exiguus sané est,
v, ut rectius dicamus, nullus. Quod si enim
..um est ex *Hieronymi* proœmio in *Danielem*,
..dem prophetiam non secundum LXX. inter-
..es, sed secundum *Theodotionem* in Ecclesiis
e: si *Ittigius* quoque (*c*) *Suicerum* (*d*) LXX.
.r *Theodotione* supponentem merito notavit: vi-
..t *Cloppenburgius*, qua fide, quave auctorita-
e.n *Theodotionis* locum LXX. substituerit in-
e.retes. Et vero concedamus licet, LXX. in-
e.retes eam *Danielis* versionem, qua nunc uti-
n:, adornasse; eorundem tamen auctoritas pa-
u.i fidei faciet, maxime cum illud commenti-
i.n *Enochi* περὶ τῶν ἐγρηγόρων fragmentum falsæ
n.rpretationis effingendæ dederit facultatem.
.c misso *Cloppenburgio*, audiamus Castellionem
.alo apertius de Angelis vigilibus disserentem.
.an est, inquit, *vigil & sanctus, ut supra di-*
.n est, quidam vigil & sanctus, de eodem;
t.a decretum & pronunciatio idem est; item res
.rogatio, idem. Vocat enim rogationem legem
.e.erendam, quomodo & Latini loquuntur: quo-
..n, priusquam perferretur lex, rogabantur,
quorum

(*c*) In selectis capitib. Hist. Eccles. primi secu-
li.. 170.

(*d*) In Thesauro Eccles. in voce ἐγρηγόρος.

quorum erat sancire legem . utrum eam ve
admittere ; cujus rogationis formula erat huj
modi: velitis , jubeatis , ut Marco Tullio Cic
aqua & igni interdictum sit. Hujusmodi ro
perlata est inter deliberantes de Nabuchodon
Angelos: velitis, jubeatis, ut Nabuchodonosor
non quod velim hanc formulam ad divina tr
ferre: sed, ut intelligatur , cum hic fiat de
& rogationis Angelorum mentio, significari
eos fuisse de Nabuchodonosore deliberatum ,
jusmodi deliberationem videbis 3 Reg. 22. *ubi*
ter Jovam & angelos consultatur de Achab in
fraudem pelliciendo ; sed hæc humano more di
tur. Enimvero , cum *Castellio* non satis r
spexisse videatur divinorum decretorum ration
absit , ut ejus ductum secuti , Angelos div
rum consiliorum auctores faciamus , atque
incuria nostra , (nequid gravius dicamus)
dæis, quando & ubi de Trinitate temere im
nata coarguuntur , viam hinc elabendi ap
mus.

§. 2. De Christianis hac in re veritati ac
santibus pauca admodum statim in limine m
re voluimus: nunc, quoniam cum Judæis n
me res erit , argumenta eorundem sigillatim
pendemus. Ante omnia persuadere nobis
piunt, Angelos עירין sive vigiles appellari ,
non solum rebus hominum curandis juva
que præsint , sed & apud Deum sanctissim
consiliariorum munere fungantur : verum
omnia sine ulla veritatis specie in medium
feruntur. Etenim, unde , quæso , ex sacr
teris probabunt, Angelos uspiam locorum v
appellari? imo vero solus Deus est , qui v
nomine gaudet, quique honoris causa tam i
ni & proprio quasi nomine compellatur. Q

quisque est optimus verborum suorum interpres, etiam ipse *Daniel* IX: 4. per se luculenter demonstrabit, quid sibi mentis consiliique uerit, cur, nullo ad Angelos respectu habito, omen vigilis soli Deo imponeret. Et quamvis udæi dicerent *Danielis* verba adhuc ambigua esse, deoque in utramque exponi posse partem, alia amen Scripturæ loca Gen. XXXI: 40. Psalm. CXXVII: 1. Jerem. XXXI: 28. XLIV: 27. magno erunt indicio, soli Deo nomen vigilis partesque recte adscribi. Jam vero, si in sacris literis nullum Judæis pro tuenda sua sententia superest præsidium, nihil causæ est, quamobrem el nobis, vel causæ Trinitatis adversus Judæos suscipiendæ diffidamus. Fatemur equidem Judæos illi *Enochi* fragmento multum tribuere, & nter alios *Menachemum Racanatensem* à *Drusio* jus rei citari testem: fatemur itidem Judæos de Angelis Ethnarchis sive geniis gentium tutelarius apud *Fabricium* (e) nec visa ulli antehac, nec udita proferre; at vero, uti hæc omnia tacentibus sacris literis Judæorum ægrotantium somnia unt, ita ab emunctæ naris hominibus deridentur & exploduntur.

§. 3. Quod vero Judæi eandem adhuc viam nsistentes קרישין sive *sanctos* illos itidem angelos esse volunt, in eo pariter falluntur. Quamvis enim in aliis scripturæ locis Angeli eo celebrentur nomine; hic tamen קרישין nomen prorsus singulare est, & vero Deo proprium, quoniam apud *Danielem* tribus distinctis (f) vicibus idem ipse Deus אלהין קרישין *Sancti Dei* nomine describitur. Tota hæc res, siquid judicamus, adeo perspicua

(e) In bibliographia antiqu. p. 260. & 280.
(f) Vers. 5. 6. 15.

ſpicua eſt, adeo luculenta, ut Judæi, modo ip
ſis ſana mens fuerit, ad noſtram ſententiam ac
cedere debeant; tamen, quia adhuc tergiverſa
videntur, volumus, ut *Joſuæ* verba XXIV: 19
majoris lucis cauſa accipiant: *non poteritis*, in
quit, *ſervire* את יהוה כי אלהים קדשים הוה *Jeho
væ, quia eſt Deus ſanctus*. Quid unquam d
Trinitate apertius dici potuit? qui modo Jehov
eſt, is אלהים קדשים *Dei ſancti* nomine appell
tur, ut ſenſus ſit: *plures perſonas in una divin
eſſentia coli*. Et ſane magnam loci hujus ἐνέ
γειαν miratur *Menachemus Racanatenſis* apud *Jo
annem Meyerum* (g) perſuaſus S. S. Trinitat
myſterium à Joſua tradi: quod ſi eſt, hic quo
que apud *Danielem* per קדישין Deum trinuun
intelligent Judaei, quia ad declarandam Trinita
tem verſu 10. *unus vigil & ſanctus* עיר וקדיש com
memoratur.

§. 4. Sed quoniam Judæi veram divinoru
decretorum rationem ignorare videntur, quoti
Angelos tanquam ſocios decretis à Deo facienc
addunt; hinc percommodum fuerit, ea quæ a
quanto copioſius dici poterant, in exiguum quen
dam orationis gyrum compellere. Scilicet
Dei ſumma perfectione, omniſcientia, & ſum
ma ſapientia facile colligitur, atque diſertis ſcri
turæ verbis aſſeritur, Deum nihil operari ſi
conſilio voluntatis ſuæ Epheſ. I: 11. ſecundu
quod omnia in tempore pulchra facit Eccleſ. I
11. ut omnia fiant למענהו *ad reſponſum ſuum*
opuſque reſpondeat Dei molitioni & propoſi
Proverb. XVI: 4. Scriptura Deo paſſim tribu
מחשבה *cogitationem* Eſaiæ LV: 8. עצה *conſiliu*
Pſalm. XXXIII: 11. Jeſ. XIX: 17. פועל *molit*
ne

(g) ספר עקרים ſive fundam. Theol. p. 304.

nem Jeſ. XLI: 4. חפץ *voluntatem* Pſ. CXV: 3. Eſaiæ XLVI: 10. חק *definitum* Pſ. II: 7. דרך *viam* Proverb. VIII: 22. βουλὴν Epheſ. I: 11. Actor. II: 23. θέλημα Rom. IX: 18. εὐδοκίαν Matth. XI: 26. πρόθεσιν Rom. IX: 11. in ſcholis maxime uſitatum eſt nomen *decreti* vel *decretorum Dei*: in his autem omnibus obſervandum eſt illud monitum divinum Eſaiæ LV: 8. *non ſunt cogitationes meæ cogitationes veſtræ, nec viae veſtrae viae meae:* ne Deo, qui omnia exacte novit, ideoque conſulto non opus habet, inquiſitiones, ratiocinationes, diſcurſus, deliberationes ac conſultationes tribuamus, quæ imperfectionem atque ignorantiam arguunt. *Deus* inquit *Meyerus* (*h*) *cum nemine extra ſe conſilium capit, ſed ſecum conſulit, ſecum deliberat Geneſ. I: 26. Pater cum Filio & Spiritu S. Eſaiæ IX: 5. Zachar. VI: 13.* 1 *Corinth. II:* 10.-11. *ſive ut Talmudici & Cabbaliſtae loquuntur, Deus S. B. cum familia ſua* הקבה בפמליא שלו (*i*) *per quam non intelligunt aliquid extra Deum, ſed Middoth proprietates Dei & Sephiroth, inprimis coronam, ſapientiam atque intelligentiam, de quibus etiam intelligunt locum Dan. IV:* 14. בגזרת עירין פתגמא *in decreto vigilum res haec.* (*k*) Quæ cum ita ſint, factum ut Judæos, qui hic Majorum ſuorum recte ſentientium veſtigia deſerunt, & creatos angelos ſomniant, ſenſim & paulatim errorum ſuorum puderet. Indicio ſunt R. *Saadias Gaon* & *Aben Ezra*, quippe qui exiſtimant angelos Dei conſiliarios dici poſſe, *quoties ex Dei ore decernunt*

(*h*) l. c. p. 412.

(*i*) Sanh. fol. 38. 2.

(*k*) Vide Sohar Par. 1. fol. 12. 2. edit. Crem. ſive fol. 11. 1. Sulzb. & R. *Menachem Rack.* in legem fol. 13. 1.

מפי הקבה גוזרין hoc eſt, ut miniſtros Dei decet, parati promtique faciunt imperata. Hac mente Judæi afferunt verba divina Jerem. I: 10. *Adſpice, praeficio te hodierno die gentibus & regnis ad exſtirpandum, diruendum, perdendum & evertendum, ad exſtruendum & plantandum:* neque enim Deus Prophetam in conſilium adhibet, aut eodem tanquam individuo potentiæ ſuæ ſocio utitur, ſed tantum his imperat verbis, ut fidiſſimi miniſtri munere functurus decreta divina in vulgus edat, & Numinis honori, quoad poſſit, conſulat. At enim iſta recentiorum Judæorum circuitio multum habet incommodi, & ſatius eſt, ipſis antiquis Judæis ſuffragantibus, de S. S. Trinitate cogitare, ſiquidem hæc ſola fuit, quæ de Nabuchodonoſore aliquandiu puniendo, conſilium & habere & inire potuit. Paucis: ipſe Daniel optimus iterum ſuus interpres verſu 24. non ſinit nos de rei veritate dubitare; ſed quodnam illud vigilum & ſanctorum decretum ſit, luculenter exponit: *Haec eſt declaratio, lex, & Supremi ſententia, quae in te domine rex, competit:* quaſi diceret: *vigiles illi, ſanctique illi ſupremi Dei nomine ſunt compellandi, quia in Deo eſt ſimplex unitas, ſed & eadem diſtincta & vera Trinitas.*

§. 5. Antequam finem huic imponamus diſſertationi, breviter diſquirendum: *unde Daniel hanc ſingularem admodum de Concilio Vigilum & Sanctorum loquendi rationem acceperit?* *Lemonius* (*l*) exiſtimat iſtiusmodi dictionem inde usque a priſcis ſeculis apud paganos ſatis frequentem, a *Daniele* in ſanctiorem uſum adhiberi; at vero, ſi *Fabricium* (*m*) audiamus, multo eſt veriſimilius pagano

(*l*) in Variis Sacris p. 252.
(*m*) In Bibliogr. ant. p. 252.

paganos more ſuo divini ſcriptoris ſcrinia compilaſſe, atque inde contra quam auctori ſacro videbatur, πολυθεότητος ſuæ ſtabiliendæ argumenta deſumſiſſe. Quemadmodum igitur apud *Danielem* quidam perſonarum divinarum conſeſſus fuiſſe traditur, in quo de Nabuchodonoſoris regis fato ageretur, ita etiam pagani, ſi cum *Tertulliano* dicendum quod res eſt, *ſynodum atque ſenatorium ordinem Deorum* effinxerunt. Utut erit, certe dii paganorum Conſentes dicuntur in eam rem, quaſi conſidentes, vel conſentientes, vel potius conſentes à conſere, quod eſt συμβουλεύειν interprete *Voſſio* (*n*) iidem etiam appellantur σύνθρονοι, πάρεδροι, σύνεδροι τῶν Θεῶν, uti præter *Lemonium* & *Fabricium* pluribus *Vitringa* (*o*) oſtendit.

(*n*) In Etymol. in Conſentia.
(*o*) In Obſervationib. S. lib. II. cap. V. §. 7. p. 299.

IV.

Joh. Georgii ALTMANNI Helvetio-Zoffingani, Obſervatio Philologica de GALLICINIO Hieroſolymis in ædibus Pontificis audito.

ARGUMENTUM.

Communes Philologorum ſententiæ in hanc rem breviſſime recenſentur, eorum difficultates aperiuntur. §. 1. 2. Nova ſententia exponitur. §. 3. Vox ἀλέκτωρ non Gallum gallinaceum tantum, ſed &

buccinam & *buccinatorem* apud Græcos passim significat. Hanc significationem in Evangeliis locum habere demonstratur, buccinam qualem audiverit Petrus exhibetur. §. 4. Buccinatorem Stationarium vigilias committentem Petrum audivisse probatur. §. 5.

§. 1.

INter nodos, qui Philologis in explicatione N Test. difficiliores visi sunt, est Gallicinium Salvatore nostro & Petro auditum; Nota enir Judæorum Lex, ab omnibus historiæ Evange licæ interpretibus exhibita, de Gallis Gallina ceis in urbe sancta non alendis. BYNÆU de Morte Christi Lib. II. cap. 6. LIGTFOC TUS in Hor. Hebr. ad Matth. XXVII : 34 aliique plurimi prolixius hoc Judæorum plac tum exponunt, qui videri possunt. Manifes est hac de re Judæorum superstitio, sed quo modo cum locis Evangelicis conciliari possit plurimi Philologorum non aperiunt, contenti, Judæorum hac in re traditionem ut falsam & ine ptam rejicere possunt, existimantes locum Evan gelicum ad legem & traditionem Judæorum ne gandam & confellendam sufficere, hinc diff cultates hoc modo sublatas existimant, & so lam in causæ suæ patrocinium adducunt histo riam de Gallo ex sententia Synedrii lapidato ob interfectum ab eo puerulum, sed difficulta tem hanc diluit Vir Cl. H. RELANDUS, i oratione sua de *gallicinio à Petro audito*, dum ostendit, Gallum illum puerum non in urbe se extra urbem interfecisse, sed de crimine actum esse Hierosolymis, cum talia judicia à Judicibus pagis ad majus tribunal in urbem fuerint delata.

§.

§. 2. Alii legem Judæorum quidem non *ita* invalidam hac in re agnofcunt, hinc per cantum Galli intelligunt קרא הגבר five clamorem præfecti Templi, qui fingulis mane Januam Beth Moxed pulfabat, & facerdotes ibi pernoctantes ad ministerium facrum fufcitabat. Sed fententiam hanc tria confundunt. 1) Situs domus Cajaphæ, quæ ex omnium fere eruditorum fententia longiffime à Templo diftabat. 2) Tempus, quo Petrus Gallicinium audivit, quod nondum ad auroram accefferat, fed ante mediam noctem auditum fuit. Vide Scaligeriana p. 162. 3) Tertio repetitum Gallicinium, cum non probari poffit Præfectum Templi bis clamaffe

§. 3. Tertia fententia eft Celeb. H. Relandi, qui vim legibus Judaicis neutiquam negandam exiftimans, putat, Gallum hunc extra mœnia urbis fuiffe conftitutum, indeque à Petro auditum. Sed pace tanti Viri, incertum putem, an domus Pontificis adeo contigua fuerit mœnibus, ut Gallus extra mœnia cantans, in tanto ftrepitu Judæorum, inconditum clamorem tollentium, inque militum tumultu exaudiri potuerit; Hinc alia via difficultatibus obviam eundum exiftimavi, & quidem fequentem in modum.

§. 4. Varia occurrunt apud Scriptores Græcos loca, quæ mihi ambiguam fignificationem vocis ἀλέκτωρ demonftrant, Athen. Deipnofoph. Lib. IV. fub finem pag. 184.

ων δ' ἐν Φοίνικι ἢ καινεῖ, ἀλέκτορα τὸν αὐλὸν καλεῖ ἐν τούτοις.

Ἐπῆδ' αὐλὸς ἀλέκτωρ Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν

Ἐν δὲ Φρυγοῖς τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον εἴρηκε σύριγγα διὰ τούτων.

Προθεῖ δὲ τοὶ σύριγξ Ἰδαῖος ἀλέκτωρ.

Jon in Phœnice sive Cœneo tibiam Gallum sic vocat,
Canebat vero buccina sive tibia Lydium hymnum
Achivorum laudes continentem.
Idem in custodibus, Idæam buccinam, fistulam vocavit in his,
Præcurrit vero fistula Idæus buccinator,

Eodem sensu sumitur apud Theognidem pag. 682.

Ἠμὸς ἀλεκτρυόνων φθόγγος ἐγειρομένων.
Cum buccinarum clangore suscitaremur.

Similiter Aristophanes vigilem clamantem vel tintinnabulo suscitantem, Gallum vocat in σφηκ. 100.

Τὸν ἀλεκτρυόνα δ' ὃς ἦδ' ἐφ' ἑσπέρας, ἔφη
Ὡς ὄψ' ἐγείρειν αὐτὸν ἀναπεπεισμένον.
Παρὰ τὸν ὑπευθύνων ἔχοντα χρήματα.

Ex his, ut spero, planum erit buccinatores sæpius Gallos vocari, rationem addit ὁ πάνυ Casaubonus, in Animadversionibus ad Athen. p. 200. *Ion Chius* inquit, *tibiam & buccinam vocavit ἀλέκτορα isto versu.*

Ἐπῆτ' αὐχὸς ἀλέκτωρ Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν.

In promptu causa est, nam & Gallus gallinaceus, & tibia cantu dormientes excitant. Notandum etiam vocem φωνὴν non Gallinaceorum, sed hominum & buccinarum vel tubarum proprium esse, ut videmus ex 1. Cor. XIV : 8. quomodo vero Græci Galli cantum exprimunt nobis declarat Pollux in onomast. Lib. V. cap. 13. & Homerus in βατραχ. versu 191. Quam vero buccinam Petrus audierit jam declarandum est.

§. 5.

§. 5. Constat Romanos Vigilias suas buccina commisisse, ut videmus ex Vegetio, Lib. III. cap. 8. *A tubicine omnes Vigiliæ committentur, & finitis horis à Cornicine revocantur.* Livius Lib. VII. *Vigiliis deinde dispositis, cœteris omnibus tesseram dari jubet; Ubi secundae Vigiliae buccina signum datum esset, armati silentio ad se venirent.* Plura habet Tacitus Annal. Lib. XV. cap. 30. & eruditus ad Polybii castra commentator R. Hermannus SCHELIUS p. 192. Vigiles ergo per buccinatores in stationibus suis elapsæ vigiliæ vel incipiendæ monebantur, sed nemo non novit stationes in urbe sancta fuisse plurimas, non modo ad portas urbis, sed in Prætorio, in arce Antonia & aliis locis, ad continendam seditiosam Judæorum gentem. Audivit verò Christus & Petrus hunc buccinatorem stationarium vel ad proximam turrim vigiliam committentem, nam ex Villalpandi aliorumque doctorum sententia Domus Cajaphæ, proxime adfixa erat parti antiquæ urbis Jebusæorum, in monte Sionis, ubi perpetuæ Vigiliæ habebantur, inde enim ad reliquam urbem latissimus patebat prospectus. V. *Dapper in Palaestina* p. 330. sed si hæc incerta videbuntur, facile asserere possumus, Christum & Petrum buccinatorem vigilias in ipsius Pontificis ædibus constituentem audivisse, nam licet nullæ ordinariæ excubiæ in ædibus Pontificis actæ fuerint, tamen Salvatoris nostri tempore agi necesse erat, quia non à solis Judæis, sed & à Centurione & militibus Romanis captus fuerat, ut videmus ex Joh. XVIII: 12.

Brevissime hic meam de Gallicinio à Petro audito exposui sententiam, quæ ampliori explicatione indiget, sed eam dabo, si videro hanc hypothesin viris doctis, quorum judicio hoc tentamen committo, non omnino displicuisse.

V.

JOH. D'OUTREINII

ad quædam S. Codicis loca Obſervationes.

ARGUMENTUM.

§. 1. Locus ES. LXII: 2, 3, 4, 5. explicatur. §. 1, 2 3, 4, 5. MATTH. III: 15. Almelovenii de hoc loco conjectura. Chriſtus debuit baptizari, tam quam *ſacerdos*, & quidem *ſacrificaturus*; & ut *ſacrificium*. §. 6. Ea examinatur. §. 7. LUC. XI 12. *Scorpius* varia denotat. §. 8, 9. Rom. XI: 2 Πληρωμα των ἐθνων. Gen. XVII: 4, 5. Eſ. LX: illuſtratur. §. 10. COL. II: 2, 3. §. 11. Clerici verſio examinatur §. 12. Et refellitur §. 13. Κα repetitum habet uſum explanandi §. 14. Aliæ re petiti τε καὶ & τε ו apud Ebræos ſignificatione §. 15. Aliquando notat *nempe*, *nimirum*. §. 16 Aliquando redundat. §. 17. Variæ loci illius ver ſiones. §. 18.

Jeſ. LXII: 2, 3, 4, 5.

Et nominaberis NOMINE NOVO, quod os Jehovæ exprimet &c.

§. 1.

DUbium non eſt, quin hoc caput cohæreat cum præcedente; adeoque merito exiſtimant interpretes, binis hiſce capitibus integrum contineri ſermonem Propheticum, de cujus argumento, occaſione, ſcopo & methodo nonnulla dixi, in pertractatione Oraculi Jeſ. LXI

1 - - 3

- - 3. subjuncta Tractatui Vernaculo *de Tristitia secundum Deum & resipiscentia* pag. 233--237.

Et totum hunc Sermonem pertinere, non ad Ecclesiam *Veteris* Testamenti, sed *Novi* facile patet ex ejus initio, ubi Messias in carne manifestatus loquens introducitur, una cum Discipulis suis, quorum opera Ecclesiam suam non tantum ex Judæis, verum etiam ex gentibus colligeret & administraret; quibusque officia sua hunc in finem præscribit, cum spe successus optatissimi. Cap. LXI: 1--9. Deinde ipsa *Ecclesia* Novi T. introducitur, sibi gratulans ob insignia beneficia, à Christo in se collata, cum spe ulterioris propagationis & prosperitatis Ecclesiæ. vs. 10, 11. Tertio, Christus ipse denuo prodit, & respondet illi Ecclesiæ expectationi, nimirum 1. pollicetur se certissime justitiam *suam* & *Ecclesiae suae* manifestaturum, per notificationem gloriæ suæ inter gentes. vs. 1--3. 2. se magni facturum Ecclesiam suam eamque decoraturum & blando amore prosecuturum: vs. 4. 5.

§. 2. Inter alia Messias Ecclesiæ suæ pollicetur, se *daturum* ipsi *nomen novum*, *quod ipse Jehova expresse pronuntiaret.* Quod *novum nomen* rectissime plurimi ex Veteribus, & post hos Cl. *Coccejus*, intellexerunt de Nomine *Christiano*, quod Discipulis Christi, non sine auctoritate Divina, jam Act. XI: 26. à primordiis Ecclesiæ *datum* fuit; quod nomen admodum contumeliosum habebatur gentilibus & Judæis seculis duobus prioribus; verum, & à Constantini Magni temporibus, *glorificatum* & *publice* in Imperio Romano, immo per totum quasi terrarum orbem, cum honore admissum fuit.

Quoniam autem nomen *Christianum* à *Christo* de-

denominatum fuit, varias illud supponit *Ch*
sti ac *fidelium* inter se relationes, ob quas hi
ipso *denominari* merentur, ut, quod ipsius s
discipuli, *servi*, *Subditi*, *Milites* spirituales: qu
imo ipsius *uxor*, connubio spirituali ipsi junct
nec non ipsius *peculium*, hinc in sequentib
talia de Ecclesia prædicantur, quæ, inter ali
in nomine Glorioso *Christianorum* contine
tur.

§. 3. Et quidem I. *Erit corona ornatus in m*
nu Jehovae & Diadema regni in manu Dei t.
Quod supponit *Christianos* fore *regale Sacerd*
tium, allusione non tantum ad *diadema* vel *C*
roram regiam, verum etiam ad *Diadema Pon*
ficis, quod *coronae regiae* instar erat. Illa autem *di*
nitas (*regalis sacerdotii*) in nomine *Christianor*
revera continetur. Nam *Christiani*, revera sic (
cti, *unctionis* Christi *participes* sunt, & quidem
reges & *Sacerdotes*. 1. Petr. 2:9. Apoc. 1:6.

II. Quatenus vero in nomine *Christiani* est *a*
nominatio à Christo; *Mulier* autem maritata *a*
nominari solet à *marito*; ad illam relationem *E*
clesiae ad *Christum*, hic etiam alluditur: *Non d*
cetur tibi amplius, *DESERTA*, i. e. marito c
bata & *terrae tuae non dicetur amplius*, *VAST*
TAS, id est, quod incolis vel etiam rectoribu
eam curantibus sit orbata; *Sed Tu vocaberis V*
LUPTAS MEA IN EA, hoc est, ita me erga
geram, ut deprehensuri sint homines, quod eg
te diligam. ET TERRA TUA MARITA
TA: quæ habebit incolas; & cœtus tui habebun
suos Episcopos, Doctores, Rectores, atqu
etiam nutritios & defensores reges.

§. 4. Ad amplificationem autem porro add
tur: *Nam sicut maritat adolescens Virginem*, *s*
maritabunt te filii tui. Difficultas hic quædam
est

e, quid sibi velit *maritatio Ecclesiæ* & *filiorum ejus*, cum *mater* a *filiis maritari* non debet? Sed sciendum, illa, quæ ita se habere non possunt, in naturalibus aut civilibus, sæpissime recte dici & locum habere posse in spiritualibus. Utique vera quodammodo *conjugium* aliquod intercedit inter *Ecclesiam* & ejus *Episcopos* & *Rectores*. Quando igitur *ex ipsis filiis* Ecclesiæ quidam Ecclesiæ *præponuntur* in regimine civili vel Ecclesiastico, ad eam regendam, fovendam, defendendam, tunc Ecclesia sano sensu, sed minus emphatico, *maritatur a filiis suis*. Nisi hic malimus admittere Observationem Cl. Cocceji, qui vertit: *quemadmodum juvenis Virginem* HABET, quæ præsto est, ad illam nempe colendam, ornandam & ad maritum adducendam; *ita filii tui* HABEBUNT *te*, non ut *Sponsi*, sed ut *Paranymphi*. uti Johannes Baptista. Joh. 3: 29. & Paulus. 2 Cor. XI. 2. Utut sit, id saltem certissimum est, verum, supremum, proprie dictum & unicum *Sponsum* Ecclesiæ esse *Deum ipsius*, id est, *Filium Dei*, Ecclesiæ sospitatorem, Goëlem ac Dominum. Idcirco statim additur: *Et sicut sponsus hilaris est super sponsam, ita Deus tuus super se hilarabitur*, tanquam sponsus & maritus tuus; quoniam ita se erga te geret, te amando, fovendo, colendo, defendendo & ornando, ut omnes populi sint agnituri, Te dilectam ejus sponsam esse, in qua sibi cum gaudio complacuerit. Conf. Jes. LIV: 5. *Factor tuus maritus tuus, Jehova exercituum est nomen ejus, & sanctus Israelis Goel tuus, ipse Deus totius terrarum orbis vocitabitur.*

§. 5. Ut verbo dicam, describitur hic status Ecclesiæ Novi Testamenti, post tempora Constantini M. in contradistinctione 1. populi Israëlitici sub

ſub Oeconomia legali: 2. In contradiſtinctic ipſius Chriſtianismi ſub perſecutionibus Gent um, quamdiu Eccleſia Chriſtiana erat quaſi *ſerta*, & terra ejus *deſolata*, nullos habens re nutritios, neque etiam Rectores Eccleſiaſtic publica auctoritate ſuper eam conſtitutos, & d nitate pollentes. Adeoque Deus illam videbat negligere, ac ſi non eſſet dilecta ejus ſponſ Verum omnia illa contrarium in modum ſeſe h buerunt poſtquam perſecutiones iſtæ ſunt extinct & reges ac Imperatores ipſi Eccleſiæ nutritii fa ſunt, adeoque *Chriſtianismus* in mundo incl ruit.

Matth. III. 15.

§. 6. Οὕτω γὰρ πρέπον ἐςὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν καιοσύνην. Cl. Almeloveenius in Epiſtola ad r data, hunc in modum verba hæc explica
„ Contendunt inter ſe *Chriſtus* & *Johannes*
„ *Baptismate*. *Chriſtus* vult ab eo aqua ſuperfu
„ di, *Johannes* renuit, atque e contrario fatet
„ ſibi opus eſſe ab eo baptizari (forte intenc
„ *Spiritu Sancto* & *igne*, quo baptizaturum pr
„ dixerat Chriſtum Matth. III. 11.) Jeſus inſu
„ gens atque inſtans ait: ἄφες ἄρτι. CONCED
„ HOC MIHI, & *in præſenti hoc dato, n*
„ *mecum hac de re litigare, tibi obſequii gloria r*
„ *licta eſt, ſufficiat me hoc rogare ac velle.* V
„ rationem, pergit quaſi, quam equidem debe
„ tibi nolim putes, *oportet nos*, ambos ſcilice
„ *hoc modo implere omnem juſtitiam*, id eſt, *co*
„ *venit tibi Johanni, tanquam ſacerdoti, ut n*
„ *baptizes, hoc eſt laves, purges, luſtres aqua v*
„ *va*; *primo*, velut *inaugurandum ſacerdotem*
„ conſtituendum *Pontificem Maximum*, (quen
„ madmodum eum vocat Paulus Hebr. VIII. 1
„ Ut ita *impleatur juſtitia*, ſeu lex, quam *de i*

at

„ *augurando sacerdote* Moysi præscripsit Deus, „ Exod. XXIX. 4. quo fiam aptus quasi inungi „ Spiritu Sancto, qui vix dum ex aquis egressum in Christum statim *columbæ* more, ac *descensu*, seu potius *devolatu*, delapsus est. Quo „ & *illa impleta* & observata lex fuit, quæ lotum purgatumque jubet *inungere* sacerdotem. „ Exod. XXIX. 7. XXX. 30. XL. 12. itaque „ Servator Christus debebat juxta binas illas leges, jam modo indicatas, *lavari* & *ungi*, ut „ ita Justus legitimus & ex legibus constitutus „ sacerdos, se ipse posset sacrificare & offerre „ Deo victimam gratissimam. Eph. V. 2. *Secundo* debebat etiam a Joanne Baptista lavari ac „ lustrari Christus tanquam sacerdos aliquando „ sacrificaturus ac templum Dei ingressurus: „ Nam sacerdotibus nunquam concedebatur sacrificare aut ingredi Tabernaculum, nisi primum lotis. Exod. 40. 32. *Tertio* necessaria „ quoque erat *lavatio* illa seu *Baptismus*, quatenus anima ejus atque corpus, tanquam victima (Eph. V. 2.) erat exhibenda Deo. Notissimum enim victimas debuisse, antequam Deo exhiberentur, aqua ablui. Sicut & hoc nomine debuit justitia, seu mandatum divinum impleri. Verbo uno complectar. Triplex causa fuit, I. Ratione Muneris sacerdotalis. II. Ratione actus sacrificationis. III. Ratione corporis sacrificandi. Quid autem hoc loco significet vox δικαιοσύνη, non opus est ut pluribus doceam. Concludo, itaque rectissime dixisse Christum id justum ac decorum fore, non modo sibi ipsi sed & Joanni, in quantum ambo legibus istis, utpote sacerdotes, erant obstricti. Adde quod decorum maxime est legislatoribus primum legibus uti & optemperare. Ipsi enim in-

„ stitue-

„ tuerunt ac introduxerunt baptismum primi. H
ctenus Cl. Almeloveenius.

§. 7. Favet illi, quod vox e cœlo ipsum vid
tur *sacerdotio* præsertim inaugurasse. Eo eni
pertinet: *Hic est filius meus dilectus*. Conf. Heb
V: 5. *in quo complacui*, id est in cujus perso
ac sacrificio εὐδοκίαν meam habeo & habiturus sur
in contradistinctione ad sacerdotes & sacrific
V. T. in quibus sibi non complacuit Deus. V
rum hæ mihi difficultates crucem figunt: 1. Quo
Joannes Baptistes *sacerdotis* quidem *filius*, sed nc
ipse *sacerdos* fuerit: Saltem quod eo munere fu
ctus esse nusquam legatur. 2. Illum heic non
gisse ut *sacerdotem*, sed ut *prodromum* Christi.
Si hæc lavatio *sacerdotalis* fuisset, tum eam ju
ta legem fieri debuisse in atrio templi. 4. Christu
hoc tempore potius muneri *prophetico* quam *s*
cerdotali inaugurandum fuisse. Porro Vide ab
l. Scacchi Myroth. I. 30.

Luc. XI. 12.

§. 8. *Aut si petierit ovum, an dabit ipsi σκόρπ
ιον*? Mirum videtur interpretes, qui hanc voce
verterunt per *Scorpionem*, non animadvertisse quo
oppositio aut comparatio inter *ovum* & *scorpione*
parum apta sit, quod tamen fieri oportebat. Ce
te in præcedenti commate 11. *pani* opponitur *l*
pis, *pisci* vero *serpens*, quæ analogiam quanda
inter se habent; adeo ut quis facili negotio pueru
fallere posset obtrudendo illi loco panis *lapiden*
& loco piscis (v. g. *anguillæ*) *serpentem*. Sed nu
la talis similitudo intercedit inter *ovum* ac *sco*
pionem.

Responderi forsan posset Salvatorem respicer
ad *ovum* scorpionis, illudque opponere ovis ga
linarum vel aliorum volucrium homini in cibu
cedere solitis; ovum autem scorpionis quoad ex
ternar

[...]iam speciem ovum vulgare referens, obtrudi [...]sset puero; quod tamen compressum, venena[...] animal proderet. Conf. Jes. 59: 5.

[...]. 9. Verum Cl. *Almeloveenius* vocem σκόρ-[...] interpretatur de globo quodam, ovalem for[...]m referente, Belgice; *een ovale Knoop*. Vari[...]enim significationes hanc vocem σκόρπιος, at[...] inter illas hanc etiam habere docuit. Ex cu[...] adversariis sequentia enotavi.

Scorpio significat *vermes*. Isid. Orig. l. 12. c. 5. [...]. 1126. lin. 38.

Scorpio virga *nodosa*. Isid. l. 5. c. 27. p. 935. [...] *Castorum* vocabantur *summitates ovales*. [...]πιος vocatur serpens, etiam piscis, scipio, [...]*us placentæ*, genus tormenti bellici; etiam si[...], de quo Cicero ap. Aratum.

Scorpio teli genus. Isid. Orig. l. 18. c. 8. et[...] *piscis*. Isid. Orig. l. 12. c. 6.

Scorpius est flagelli genus, quo martyres olim [...]igabantur. Nomen desumtum videtur a scor[...]nis cauda. Vid. Sagittarium de Martyrum [...]pliciis. c. 5. § 15

In excerptis Boëthianis legitur, Scorpiones, [...] duo fines cuneati se jungunt. Rigaltius ad rei [...]ar. scriptores p. 279.

Σκόρπιος coma flexilis puerorum, cincinnus [...]hium.

Scorpiones vocantur monticelli ex lapide con[...]o, qui pro terminis erigebantur, quia in me[...] desinebant, ab Agathia V. Bonav. Vulcan. [...]otis. p. 2. Nexus capillorum in acutum de[...]ens, qui quidem in viris vocatur *crobylos*, in [...]lieribus *corymbos*, in pueris vocatur σκόρπιος. [...]c omnia uti ex Adversariis Viri amicissimi de[...]psi, sparsim hic annotare volui, ut lectori [...]a detur de hoc loco cogitandi. Conferri pos-

sunt,

ſunt, quæ de voce hac *Martinius* in lexico habet.

Rom. XI. 25.

§. 10. Τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν. Cl. Almelov nius in epiſtola ad me: „ Vocabulum πλήρ „ non bene verſum videtur *Volheid*, cum „ Græca proprie ſignificat *implementum*, ſeu *c* „ *plementum*, ſeu illam particulam minore „ quæ menſuræ ad implendum adjicit „ Adeoque melius foret forte *Volmaking*, *B* „ *ge*, *Vervullinge*, vel ſimile verbum ſuppo „ re, quale ad Græcam vocem rite exprimend „ ipſe nondum potui exſculpere, [forte rec „ exprimeretur per *toegift*, *Toemate*.] Ethi „ enim completuri erant numerum, qui ex „ bræis deficiebant, ab aeterno electorum.

Ad hoc reſpondi: Quid obſtat, quo mi πλήρωμα heic accipiamus pro *plenitudine*, *Volhe* Tali enim ſignificatu uſu venit Joh. I. 16. C I. 19. 1. Cor. X. 26, 28. Ego vero amplius obſ vo LXX. interpretes τὸ πλήρωμα ſæpius uſurp de *congregationibus aquarum*. Sic enim Cant. 13. אפיקי־מים vertunt per πληρώματα ὑδάτων. alibi idem verbum habent pro מלא־הים 1. Pa 16: 32. Pſal. 96. 11. 98: 8. Jam vero per *aq* & *maria* emblematice intelliguntur *gentes* ac *tiones multæ*. Vide ſis Apoc. 17: 15. & *gentiliſm* in ſpecie. Adeoque veriſimile eſt Paulum in loco, ubi de *gentium* agit *converſione*, eod ſenſu voces πλήρωμα τῶν ἐθνῶν uſurpare, poſ que alludere Apoſtolus ad Gen. XVII. 4, 5. Abrahamus futurus dicitur Pater המון הגוים *M titudinis gentium* LXX. πλήθους ἐθνῶν. (nota i voces πλῆθος & πλήρωμα ſæpe indiſcriminatim nere.) Præſertim vero alludit ad Jeſ. LX *Tum dilatabitur cor tuum, eo quod vertetur*

Te המון הים MULTITUDO MARIS, & *copiæ* GENTIUM *venient tibi.* Ubi LXX. habent πλῦτος θαλάσσης, sed non dubito quin legendum sit πλῆθος. Quid autem aliud est πλῆθος, vel si mavis πλῦτος θαλάσσης, quam, quod alibi habent, πλήρωμα θαλάσσης? quod mox explicatur per *copias gentium.* Agit autem *Esaias* de ultima gentium conversione, quo etiam collimat Divus Apostolus. In altera explicatione id mihi crucem figit, quod gentes, tam initio Novi T. *conversæ*, quam sub finem *convertendæ*, non possunt considerari, respectu Judæorum, tanquam *particula minor* quæ ad *complementum* superadditur, sed tanquam *multitudo ingens* ac *major*, quam unquam fuit populus *Judæorum.* Videsis Jes. XLIX. 6, 18--23. LIV. 1--3. LXVI. 8.

Col. II. 2, 3.

§. 11. Ἐις ἐπίγνωσιν τῦ μυστηρίυ τῦ Θεῦ καὶ πατρὸς καὶ τῦ Χριστῦ.

Ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. Quæ verba proprie & ad literam sic transferenda sunt: *Ad agnitionem mysterii Dei & Patris & Christi: in quo sunt omnes thesauri sapientiae & cognitionis absconditi.*

Primo intuitu tres quidem videretur Apostolus indigitare Personas, per voces DEI & PATRIS & CHRISTI. Verum in commentario meo vernaculo, in hanc epistolam, jam monui non sic accipienda esse verba, sed voces, *Patris & Christi*, inservire explanationi vocis *Dei.* Adeo ut vox Θεῦ, *Dei*, sese extendat ad voces duas sequentes, Πατρὸς καὶ Χριστῦ, *Patris* & *Christi.* De quibus *utrisque* adeo hic prædicetur quod sint *Deus.*

§. 12. *Joh. Clericus*, in translatione Gallica Novi Testamenti, verba hæc non bona fide sic

 trans-

transfert : Pour la connoissance du mystere de notre Dieu, & de notre Pere & de Jesus Christ: *ad agnitionem mysterii Dei* NOSTRI, *& Patri* NOSTRI, *& Jesu Christi.* Ubi, absque ulla codicum auctoritate, binis vicibus textui infarcit vocem NOSTRI, non uncinulis inclusam, sed nude ita positam, adeo ut in textu ipso eam leg necessario concludere debeat lector. Procul dubio non alium in finem, quem ne locus hic videatur facere pro vera Deitate D. N. Jesu Christi, quam destruere, & loca, illam probantia, enervare, omni conatu satagit.

§. 13. Verum nuper scriptor aliquis, cæteroquin paradoxus, sub ficto nomine *Adiacriti Synceri*, hanc ipsius interpretationem satis solide refutavit; & ostendit, verba Apostoli commodo ita posse intelligi: *Ad agnitionem mysterii* DEI [ILLIUS] (*qui* ET PATER ET UNCTUS [ILLE] *est*) IN QUO omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi sunt. Belgice: *Tot erkentenisse van* DIEN GOD (die ENDE DEN VADER ENDE DIEN GESALFDEN is) *in den Welken alle de schatten &c.*

Ubi tamen (ὡς ἐν παρόδῳ) notari velim, scriptorem illum articulos τȣ vertere per vocem *illius* quasi in textu esset τȣτȣ vel ἐκείνȣ, & Belgice DIEN *God ende* DIEN *Gesalfden*; quum Articulus proprie esset vertendus DEN GOD (die ENDE DE Vader ende DEN GESALFDE is) *in Welken alle de schatten van de Wysheid ende de kennisse syn opgesloten.* Si enim articuli præfixi vocibus Θεȣ & Χριςȣ denotarent ILLIUS DEI & ILLIUS CHRISTI, tum etiam in sequentibus dicendum foret: *In quo omnes* ILLI *thesauri sapientiae* ILLIUS *& cognitionis* ILLIUS *sunt absconditi.*

Utu

Utut sit, scopus Apostoli in hisce verbis fuit, veram adstruere Divinitatem Jesu Christi, quam cum Deo Patre habet *communem*. Conf. Heb. I 8, 9.

Adeoque verba illa καὶ Πατρὸς καὶ Χριστοῦ, ET *Patris* ET *Christi*, parenthesi vel duobus commatibus, explanationis gratia, sunt includenda, & voculæ ἐν ᾧ, referendæ sunt ad DEUM; *in* QUO (quatenus & *Pater* & *Christus* est) *omnes thesauri sapientiæ sunt absconditi*.

§. 14. Voculam autem illam καὶ, ita repetitam, aliquando habere usum explanandi, sive vocularum *qui* vel *quae est*, aut *qui vel quae sunt*, probatum dat ex Rom. XI. 33. ubi in textu legitur ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ. *O profunditatem divitiarum*, ET *sapientiae* ET *cognitionis Dei*, sive uti Beza: TUM *sapientiæ* TUM *cognitionis Dei!* id est, *quæ est sapientiae & cognitionis Dei*. Addit etiam Auctor 1 Cor. I. 24. ubi quidem vocula καὶ bis repetita non invenitur. Sed τε, quod æquipollet voculæ καὶ, *Ipsis autem vocatis* (Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι *qui sunt Judaei & Graeci*) verum nunc adjungemus multo plura quæ occurrunt loca, in quibus τὸ καὶ bis repetitur, & tum ab interpretibus nostris prius illud καὶ transfertur per *Beide*. Vide Mat. X. 28. XII. 22. Marc. VI. 30. Joh. IV: 36. XI. 48. XV: 24. Hand. II. 29. Rom. XIV. 9. 1. Cor. I. 13. VII. 34. Phil. II: 12. IV. 12. Tit. I. 15. 2. Petr. III. 18. 2. Joh. 9. Judæ 25. Apoc. XIX. 5. Quibus adhuc alia loca addi possunt, ubi τε & καὶ eodem significatu junguntur, quæ vide apud *Trommium*, *in Concord.* N. T. 77. ubi inter alia comparet locus 1. Cor. I. *cum omnibus*, *qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi*, *in quovis loco*, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν

tum ipsorum, *tum nostri*, quod perinde est ac f dixisset [*qui est*] *ipsorum & nostri* [sc. Dominus] Belgæ: *Beide hunnes ende onses Heeren.*

§ 15. Cum istis locis jam confer nostrum Paulinum: *ad cognitionem mysterii Dei*, καὶ Πατρὸ καὶ τȣ̃ Χριςȣ̃, quid ni illud vertamus ut alia omnia loca, in quibus καὶ καὶ vel τε καὶ occurrit *Dei*, *tum Paris tum Christi*; Belgice: *tot kennisse van de verborgentheid Gods* (*beide des Vader ende des Soons*) *in Wien alle de Schatten*, &c.

Huc etiam faciunt illa loca, in quibus Christianus Noldius notavit τὸ ו, *Vau* apud Hebræo & καὶ etiam in Novo Testamento, notare *& id* vel *idque*, *cum quid clarius exponitur*, ut ait no tulâ 2000. ubi etiam hunc locum Col. II. 2. *A cognitionem mysterii Dei* (*idque Patris & Christi in quo &c.* Vel etiam *ut praecipue*, vel *& quidem* pag. 277. Vel, quod propius confirmat translationem Scriptoris illius, qui τὸ καὶ hic vert per voculas *id est*, pag. 280. quorsum etiam re ferri possunt loca Matth. 13: 41. *Omnia offendi cula ET qui faciunt iniquitatem.* Joh. VI. 4c *Hæc est voluntas ejus qui misit me*, *ut omnis qi videt filium* ET *credit in eum.* Hoc est, *qui vi det filium* ID EST *credit in ipsum.* Joh. X. 3 *Judaei dicebant Christo: Non ob aliquod bonu opus lapidamus te*, *sed ob blasphemiam ET qu tu*, *homo cum sis*, *facis te ipsum Deum.* Quc Beza vertit ID EST, *quia tu &c.* adde Joh. X 26. Act. VII. 5. Act. XXVI. 20. & Col. II. Sic etiam 1. Petr. I. 3. *Benedictus Deus* ET *Pa ter Domini nostri*, *hoc est*, *QUI EST pater D mini nostri.*

§. 16. Quin etiam huc faciunt loca, in qui bus τὸ ו & καὶ tantundem significat, ac *nempe nimirum* apud Noldium p. 287. inter quae ni m

meratur etiam Rom. XV. 6. *ut glorificetis Deum* ET *patrem Domini nostri J. C.* id est juxta Noldium: *ut glorificetis Deum, Patrem, nimirum, Domini nostri.* Quamvis adhuc alia ratio sit, cur Deus vocetur *Deus* et *Pater* Jesu Christi.

Nec non loca, ubi *Vau* & καὶ usurpantur pro *qui*, *quæ*, *quod*, pag. 297. & in notis §. 1048. 1. Cor. VI. 14. *Deus autem* ET *Dominum suscitavit & nos suscitabit.* Hoc est: *Deus autem, Qui Dominum suscitavit.* Nec non Ephes. V. 5. *Hoc novistis nullum scortatorem &c. habere hæreditatem in regno Christi* ET *Dei*, hoc est, *qui* [*est*] *Deus.*

Idem confirmat id, quod supra dixi, vocem καὶ bis repetitam, denotare *Tam, quam*; vel *tum tum* pag. 306. & exempla adducit, præter ea ex V. T. etiam Luc. XXII. 33. Act. IX. 2. 26. 29. 1. Cor. VI. 13. VII. 43. X. 31.

§. 17. Notat quoque τὸ καὶ aliquando redundare, quod variis exemplis probatum dat. Et inde etiam phrases Θεὸς καὶ Πατὴρ, sic explicat quasi dicatur Θεὸς Πατὴρ 2. Cor. I. 3. Ephes. I. 3. 1. Theff. III. 11. 2. Theff. II. 16. 1. Petr. I. 3. Sicut Θεῷ καὶ πατρὶ, *Deo Patri* 1. Cor. XV. 24. Phil. IV. 20. Col. I. 3. Jacobi I. 27. Apoc. I. 6.) Aliqui vero (inquit) καὶ hic sumunt *relative*, seu *explanative*, nempe καὶ πατὴρ, *qui*, vel *id est* Pater. Sic etiam Θεοῦ καὶ Πατρὸς Dei patris. Gal. I. 4. Col. II. 2. 1. Theff I. 3. Χριστοῦ καὶ Θεοῦ Christi Dei vel, *qui est Deus.* Jac. III. 9. *per linguam benedicimus* τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, *Deo & Patri*, id est, *Deo Patri.*

§. 18. Ut ut sit, ex omnibus hisce allatis exemplis abunde patet, Deitatem Christi Jesu hoc loco afferi.

Sive dicamus primum illud *καὶ* hic redundare & tunc vertames *in aguitionem mysterii Dei* (Patris & Christi) *in quo omnes thesauri* &c.

Sive: *Dei* (qui ET PATER ET CHRISTUS est) *in quo* &c.

Sive: *Dei* (*id est, Patris & Christi*) *in quo* &c.

Sive: *Dei* (*tum Patris tum Christi*) *in quo* &c.

Sive: *Dei* (*& quidem Patris & Christi*) *in quo* &c.

Sive: *Dei* (*& præcipue Patris & Christi*) *in quo*, &c.

Sive: *Dei* (*nempe Patris & Christi*) *in quo* &c.

Belgice: *Tot Erkentenis van de Verborgentheit Gods* (*des Vaders ende des Soons*) *in welken* &c.

Ofte: *Gods*, (*die en Vader en Christus is*) *in welken*, &c.

Ofte: *Gods* (*beide des Vaders ende des Soons*) *in welken*, &c.

Ofte: *Gods* (*dat is, des Vaders ende des Soons*) *in welken*, &c.

Ofte: *Gods* (*namelyk, des Vaders ende des Soons*) *in welken*, &c.

Ofte: *Gods* (*soo des Vaders als des Soons*) *in welken*, &c.

Ofte: *Gods* (*ende wel, des Vaders ende des Soons*) *in welken*, &c.

VI. THEO-

VI.

THEODORI HASAEI

de LEVI a Christo ad Apostolatum, vocato

ad loca MARCI II. 14. sqq. & LUC. V. 27. sqq.

Disquisitio,

Qua eum non, ut vulgo putatur, MATTHAEUM, sed JUDAM *Thaddaeum* esse ostenditur.

ARGUMENTUM.

Bis *Levi* fit mentio. Apud Marcum & Lucam, qui inter se conciliantur. Creditus idem esse cum Matthæo. §. 1. Sunt rationes de eo dubitandi. *Prima* & *secunda* §. 2. *Tertia*. Levi fuit filius Alphaei, non Matthaeus. §. 3. Levin a Matthaeo diversum fuisse suspicati sunt jam olim Heracleon *Valentinianus* & *Origenes* §. 4, 5. & *Hesychius* presbyter §. 6. Et nonnulli ex recentioribus. §. 7. Probabile est Levi fuisse JUDAM Thaddaeum, dictum LEBBAEUM. §. 8. Quod probatur. *Prima* ratio §. 9. *Altera* §. 10. *Tertia* desumpta ex ipso nomine Judae Λεββαιος, cujus etsi plures sunt interpretationes, non tamen aliud est, quam *Levi*. Urbs Galilaeae *Lebba* vel Jebba §. 11. Levi esse Lebbaeum ut probetur, (א) ostenditur ו Ebraeorum exprimi per υ Græcorum. §. 12. & deinde transire in β vel b. (Urbs *Tauris* terrae motu aliquoties concussa.) §. 13. Graeci Ebraeorum ב mutant in β. Et Judaei ita pronuntiant §. 14. Graeci frequentissime permutant β. & V. §. 15. Et Latinorum V transformant in B. §. 16, 17, 18, & φ. & F. cum

B. confundunt. Id ostenditur in vocibus quae à Graecis ad Latinos, aut Germanos, & vicissim transiere §. 19. Eadem permutatio locum habet apud Romanos §. 20. Quod confirmatur ex veterum inscriptionibus §. 21. & Numismatibus §. 22. His observatis ostenditur, quomodo ex לוי facta sint Λευι, Λεβι, Λεβαιος, ΛΕΒΒΑΙΟΣ §. 22. An id suboluerit alicui ex Patribus? §. 23. Exhibetur duplex laterculus Apostolorum ex Cotelerio §. 24.

§. 1.

DUobus in locis scriptorum Evangelicorum mentionem fieri deprehendimus LEVI vel LEVIS cujusdam ad Apostolatum a divino Sospitatore nostro vocati, apud D. videlicet MARCUM Cap. II. vs. 14. sqq. & LUCAM cap. V. vs. 27. sqq. Ille vocat τον τȣ Αλφαιȣ, i. e. Filium Alphaei. (a) Apud Lucam autem solum Levi nomen adducitur; saltim in vulgatis codicibus. In codice enim Cantabrigiensi iisdem verbis quibus utitur Marcus, Parentis ejus Alphaei quoque fit commemoratio. Uterque eum in publicanorum ordine collocat, narratque, quomodo cum in telonio sederet, a Christo ut se sequeretur, jussus, huic mandato actutum obtemperaverit; deinceps autem, cum apud eum esset Dominus, hujusque cum id genus hominibus familiare

(a) Neque enim moramur falsam lectionem, quam Victor Antiochenus in suis ad Marcum Commentariis ineditis, cujus verba J. B. *Cotelerius* in notis ad Constit. Apost. T. I. p. 409. adduxit, se legisse narrat, ει δε Ιακωβον τον τȣ Αλφαιȣ, qua in grandem errorem fuit inductus, ac si Jacobus Alphaei non fuerit alius à Matthaeo.

iare commercium ægre ferrent ſcribæ & Phariſaei, ſui inſtituti rationes defenderit, oſtendendo, ſanos non egere medico, ſed aegros, neque veniſſe, ut juſtos ad poenitentiam invitaret, ſed peccatores. Eandem propemodum hiſtoriam cum iisdem fere circumſtantiis de Matthaeo enarrat D. Matthaeus c. IX. vſ. 9. ſqq. Atque inde factum eſt, ut plerique & tantum non omnes divinarum paginarum interpretes in eas cogitationes inciderint, Levin noſtrum haud alium à Matthæo fuiſſe. Opinionem autem hanc longe antiquisſimam eſſe, inde patet, quod ea in conſtitutionibus Apoſtolicis, quas vocant, L. VIII. c. 22. affirmetur.

§. 2. Sunt tamen rationes, quibus factum eſt, ut, cum de hac re his diebus cogitarem intenſius, viſum fuerit de eo dubitandum eſſe. Nam (α) *primo* obſervabam Matthæum nunquam dici Levin, vel Levin viciſſim appellari Matthæum. Ne id quidem fit in ipſo integro Apoſtolorum Catalogo, qui apud Matth. cap. X. vſ. 2. & ſqq. occurrit. Ejus autem rei vix ratio dari poſſet, ſi non Levis diverſus fuit à Matthæo. Frigida enim illa eſt, quam Victor habet Antiochenus, cujus verba ex inedito ejus in Marcum commentario adducit Cotelerius ad Conſt. Apoſt. L. VIII. c. 22. *Quod Marcus & Lucas veteri quadam denominatione voluerint nomen Matthæi obtegere. Ipſum autem Matthæum, ea, quae ad ſe pertinebant, enuntiaturum manifeſtaſſe vulnus ſuum, dicendo;* & vidit Matthæum PUBLICANUM. Adde quod id nominis omnino non videatur omittendum fuiſſe ex more loquendi Euangeliſtis conſueto. Uti dicitur Σιμων ὁ λεγομενος Πετρος Matt. IV: 18. X: 2. vel Σιμον, ὁν καὶ ὠνομασε Πετρον Luc. VI: 44. & Λεϐϐαιος, ὁ ἐπικληθεις Θαδδαιος

 Matth.

Matth. X: 2. Cur nunquam legimus Ματθαιος λεγομενος Λευι, vel Ο Λευι, ὁ ἐπικληθεις Ματθαιος si Matthæus fuit Levi? Observo (β) prætere toties totiesque à Pharisæis Christo exprobra necessitudinem, quæ ei μετα των ΤΕΛΩΝΩΝ, no cum *publicano*, sed *publicanis* intercedebat. Vid Matth. IX: 11. XI: 19. Marc. II: 16. Luc. V 30. VII: 34. Vix autem fieri id potuisse di ceres, si non in Apostolorum, quorum consor tio & consuetudine Christus ut plurimum utebatur choro, plures uno fuissent publicanorum collegio adscripti. Fuisset autem unicus tantum in Christ legatorum numero publicanus si Matthæum eun dem facias cum Levi, si autem hunc ab illo statua diversum, vides, qua ratione Christus suis tan tum utens Apostolis dici potuerit conversatus esse μετα ΤΩΝ ΤΕΛΩΝΩΝ.

§. 3. Denique (γ) si Levi ille fuisset Mat thæus fuisset filius Alphæi, vel, quod idem no minis est, Cleophæ. Audivimus enim Λευιν di ci τον τȣ Αλφαιȣ, apud Marc. II: 14. ut & Lu cam V: 27. Si auctoritate codicis Cantabrigien sis standum esset.

At vero, quando ejus filii recensentur Matth XIII: 55. & Marc. VI: 3. Matthæus prorsus omittitur. Ita enim ibi legimus, *Anne Mater ejus* (Christi) *dicitur Maria*, & *fratres ejus Jacobus*, & *Joses*, & *Simon*, & *Juda*? Vides hos quatuor enumerari filios Cleophæ, vel Alphæi, qui uxorem duxerat Mariam, sororem Matris Domini, quæ vocatur ἡ τȣ Κλωπα Joh. XIX: 25. quique ob propinquam hanc cognationem dicebantur Jesu Christi fratres, ut patet ex his locis & Matth. XII: 46, 47. In illa autem recensione familiæ nulla est mentio Matthæi. Si autem ad eam pertinuisset quoque Matthæus, cur omit-

omittitur apud utrumque Evangelistam? præsertim cum τȣ̃ Joses meminerint, qui tamen non fuit Apostolus. Si hic non negligitur, cur neglectum dicas Matthæum, qui inter Apostolos juxta & Evangelistas locum obtinuit haud postremum? &, si fortassis illud neglectum fuisset à Marco, non tamen verosimile est, id omissum fuisse ab ipso Evangelii scriptore Matthæo, qui non poterat non ingenti sibi honori ducere, principibus misceri Achivis, & inter DOMINI Fratres numerari. Quemadmodum autem Matthæus ipse in hoc loco non tantum sibi honoris tribuit, ita id neque ab aliis factum est; cum nullus sit qui eum adscribat Christi familiæ, vel titulo *Fratris* Domini insigniat. Ex quibus tuto me inferre posse puto cum Levi fuit Alphæi filius, Matthæus autem talis non fuit, quod ex adductis satis constat, Levin nostrum à Matthæo fuisse diversum. I. Q. E. ostendendum.

§. 4. Atque his fortassis aliisque rationibus inducti fuere nonnulli, etsi numero sunt paucissimi, ut à Matthæo Levin distinguerent. Inter veteres id factum olim est ab Heracleone Valentiniano, cujus verba adducit, neque improbat Clemens Alexandrinus Stromatum L. IV. p. m. 502. ed. Paris. a. 1641. cum enim locutus esset de iis qui martyrium quidem non obiere, sed tamen voce ὡμολογησαν την δια της φωνης ὁμολογιαν, addit; ἐξ ὧν ΜΑΤΘΑΙΟΣ, Φιλιππος, Θωμας, ΛΕΥΙΣ, και ἀλλοι πολλοι. Sic Origenes L. I. contra Celsum p. 48. ed. Cantabrig. Levin Apostolorum eximit numero, quando scribit: Εςω δε καὶ ὁ Λεβης τελωνης ἀκολȣθησας τῳ Ιησȣ, ἀλλ ȣ̕τιγε τȣ ἀριθμȣ των Αποςολων ἀυτȣ ἦν, εἰ μη κατα τινα των ἀυτογραφων τȣ κατα Μαρκον Ἐυαγγελιȣ *sit & Levi publicanus qui Jesum secutus est; non erat tamen*

ex

ex Apostolorum numero, nisi juxta quædam exemplaria secundum Marcum Evangelii.

§. 5. Videntur hæc pugnare cum iis quæ ex Origene, cùm in Catena Patrum in Matthæum à P. Possino edita Tolosæ a. 1646. ad Capitis noni comma nonum, tum in ejusdem explanationis in epistolam ad Romanos præfatione leguntur. Utrobique enim vulgarem sequitur sententiam, Matthæumque cum Levi facit eundem. Hoc itaque ἐναντιοφανὲς ut tollat, Origenemque cum Origene conciliet Joh. Bapt. COTELERIUS in notis ad Constit. Apostolicas L. VIII. c. 22. per concessionem postrema verba dicta esse putat, hoc fere sensu; *Detur Levin publicanum asseclam Christi, alium esse à Matthæo pariter publicano, at Levis tamen nomen in Catalogo Apostolorum non exstare, si excipias quosdam Marci codices.* Idem quoque suspicatur ab Heracleone non innui Levin illum, Alphæi filium, cujus Marcus & Lucas meminere, sed librariorum negligentia factum esse, ut Levi scriberetur pro Lebbæo, atque ita Judas Thaddæus, qui & Lebbæus dicitur, innuatur. Atque hæc sententia arrisit Episcopo Assaphensi, quique hunc laudat, Henrico *Dodwello* in diss. ad Irenæum, & Th. *Ittigio* in hist. Eccl. sæc. I. p. 455. At ego arbitror, & Levin publicanum, & Judam Thaddæum indigitasse Heracleonem, etsi solius meminit Levi, quod qua ratione potuerit fieri ex dicendis confestim apparebit.

§. 6. Levin quoque nostrum à D. Matthæo alium existimavit atque in collegium septuaginta discipulorum cooptavit, *Hesychius* presbyter Hierosolymitanus, qui circa initium sæculi septimi floruit, ceu constat ex ejus συμφωνεια Ευαγγελικη, *Harmonia Evangelica*, ex qua nobis συναγωγην

αποριων

ὑπομνων καὶ ἐπιλυσεων dedit laudatus J. B. COTELERIUS, in monumentis Eccl. Græcæ T. III. In illa pag. 10. hæc proponitur ἀπορια. Πως τον ὑπο τȣ τελωνιȣ κληθεντα μαθητην, Λευιν Αλφαιȣ ὁ Λȣκας καλει, μηδενος των δωδεκα ȣτω καλȣμενȣ; *Quomodo Lucas discipulum à telonio vocatum, Levin Alphaei vocat, cum nullus Apostolorum ita sit appellatus?* Sequitur autem hæc λυσις; Εικος τȣτον ἐκ των ὁ εἶναι, ȣ γαρ ἑνα τελωνην, ἀλλα καὶ πολλȣς εἰς μαθητειαν ὁ Χριςος ἐκαλησεν. Ὁθεν καὶ ὡς τελωνων φιλος ὠνειδιζετο. Ουδεν δε ξενον, τοις ἀυτοις ῥημασι τον Χριςον προς ἑκατερον μαθητην χρησασθαι. *Verosimile est hunc esse è numero LXX. discipulorum. Neque enim unicum publicanum, quia multos ad discipulatum vocavit Christus. Quocirca ut publicanorum amicus infamabatur. Nihil autem mirum, iisdem verbis Christum ad utrumque discipulum usum fuisse.*

§. 7. Hos è recentioribus secutus est Vir summus *H. Grotius*, suamque opinionem in notis ad Matth. IX: 9. haud perfunctorie adstruxit, arbitratus Levin non quidem adnumerandum esse Apostolorum choro, sed tamen aliis Christi viventis sectatoribus. Quamvis vero eam ob sententiam haud leviter vapulet Cotelerio & Calovio, favet tamen illi Theologus Argentoratensis J. C. *Danhauerus* in Christeide pag. 110. Celeberrimus CLERICUS in notis ad Hammondum in Lucam p. 180. Grotii sui sententiam ab Hammondo derelictam miratur, additque Matthæum & Levi forte fuisse in eodem telonio, simulque habitasse. Utrumque videri vocatum à Christo, & ab utroque domi convivio exceptum, sed Levi in Apostolorum numerum adlectum non fuisse. Quare autem Marcus & Lucas omisso Matthæo

thæo hunc adducant, fatetur ſe juxta cum ignari ſimis ſcire.

§. 8. Gratulari mihi itaque hactenus habeo quod non omnino deſint, qui meam ſententiam qua Levin à Marco & Luca memoratum di ſtinguendum eſſe à Matthæo, adſtruere conatu ſum, ſuis comprobarunt ſuffragiis, nemo tamen hominum eſt, qui, quisnam ille fuerit, apert nos docuerit. Hiſtoriæ ejus vocationis à Chriſto inſtitutæ circumſtantiæ haud obſcure innuunt eum inter Apoſtolos quærendum. De nullo au tem horum fere quisquam cogitavit unquam, ha buiſſe nomen Levi, præter Matthæum; Et præ ter hunc cum ulla veri ſimilitudine de nullo, u tali, cogitari poteſt, ſi ab uno diſceſſeris Juda Thaddæo, Jacobi fratre, cujus cognomen etiam fuit LEBBÆI. Atque in hoc quidem illum quem quærimus, & indagandum, & reperiundum non levibus prorſus me puto inductum eſſe argumentis, ut credam.

§. 9. *Primum* (A) enim deprehendo D. Matthæum nunquam mentionem facere τȣ Λευι, meminiſſe autem Judæ τȣ ΛΕΒΒΑΙȣ. Ex adverſo autem Marcus pariter & Lucas meminere τȣ Λευι, nunquam autem τȣ Λεββαιȣ. Inſpice ſodes Catalogum Legatorum Domini, quem uterque exhibet, ille quidem capite *tertio*, hic *ſexto*, & deprehendes *illum* quidem meminiſſe Θαδδαιȣ, *hunc* τȣ Ιȣδα τȣ Αλφαιȣ. De Lebbæo apud utrumque altum ſilentium eſt. Unde conjicio, quem Matthaeus vocat Λεββαιον, non alium eſſe ab illo, quem reliqui vocabant λευι vel Λεβι.

§. 10. Porro (B.) Levin ſuum Marcus II: 14. appellat τον τȣ Αλφαιȣ. Fuit itaque hic Levis unus ex Alphæi S. Cleophæ filiis, qui dicebantur Domini fratres. Debuit itaque porro unus ex his

qua-

uatuor esse, quos Matth. XIII: 55. & Marc. I: 3. ut tales recenseri supra vidimus, vel *Jabus*, vel *Joses*, vel *Simon*, vel *Juda*. Nulla item adest vel umbra verisimilitudinis, ex qua olligeres vel Jacobum, vel Josen, vel Simonem essisse nomen Levi. Adeoque nullus restat, nisi idas noster, in quem nomen hoc quadret. Ip- Matthæus Cap. X: 3. quando eum Λεββαῖον ppellat, non obscure eum filiis accenset Alıæi, medium ei locum adsignans inter Jacobum Simonem, Alphæi sobolem. Ἰάκωβος ὁ τȣ Ἀλφαίȣ, καὶ ΛΕΒΒΑΙΟΣ, ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, καὶ μων ὁ Κανανίτης.

Lucas pariter eum vocat τὸν τȣ Ἰακώβȣ, i. e. Jacobi, Alphæi filii, Fratrem, quemadmoım hanc locutionem explicandam esse ex titu-, quem ipse Judas Apostolus divinæ suæ epiolae praefixit, clarissime patet. Cum itaque evi fuit filius Alphæi, inter filios autem Alıæi nemo potuit Levi esse, praeter Judam haddæum, Lebbaeum dictum, plusquam proıbiliter inde colligo, hunc fuisse Levi illum, à larco & Luca commemoratum.

§. 11. Et quid multa? Vel ipsum hoc nomen) ejusque ἔτυμον huc nos manu vel invitos ahit. Scio varias ejus dari significationes, quaım nonnullæ frigidae satis atque insulsae sunt. ıter quas referas illam Bolduci, insignis anilium rrarum fabri, à Synagoga quadam, quæ *Labia* cta fuerit, id nominis derivantis. Quidam ab braica voce לבי, quasi *leonem* diceres, propter tulum illum Leonis in Genesi XLIX: 9. celeatum, arcessendum volunt, inter quos est Serius. Alii cum Hieronymo Lebbæum dictum ıtant à לב, quasi corculum dicat, uti olim inr Romanos P. Nasica dictus est. His omnibus

prae-

praestare putes conjecturam J. *Ligtfooti*, qui horis ad Matth. X: 3. ita dictum censet ab opp do Galileae maritimo *Lebba*. Illius meminit observat Plinium H. N. L. V. c. 19. *Promont rium Carmelum & in monte oppidum eodem nom ne, quondam Ecbatana dictum. Juxta Getta* (qu sine dubio est Γιτ]α, quam Polybius in excerpt L. XVI. πολιν Παλαιςινης vocat) *est LEBB*. Ligtfootum secuti sunt complures S. *Tillius* a Matth. X: 3. Fr. *Burmannus* P. de Apost. p. 15 Fr. *Spanhemius* Hist. Eccl. L. I. c. 6. Sed non dum evictum est, urbem ejus nominis in Galila exstitisse unquam. Non enim in Plinio comme moratur urbs Lebba, sed omnes editiones, ipi etiam praestantissima illa Harduini, habent *Jet ba*. Neque scio codicem exaratum manu exst re, qui aliam lectionem exhibeat. Prætulerin itaque Ligtfootianae sententiae illam, quai Matth. *Hillerus*, in onomastico suo, bonæ fru gis libro, habet, qua vult Λεββαίον dictum esse quasi לבאי, hoc est *Cordatum*, ad formam adje ctivorum עלאי, זכי, רמאי. Sed, ut quod res es dicam Λεββαιος non aliud nomen est quam לוי LEVI, quo jam ab antiquissimis temporibus P triarchæ Jacobi filius insignitus fuit.

§. 12. Id autem, ne quisquam temere à nob asseri putet, quomodo à Λευι factum sit Λεβ βαιος, paulo plenius nunc ostendendum erit. Note mus itaque (1) literulam υ in Λευι expressam esse e ו in voce לוי, adeoque non ut y sed ut v vel f, v φ, sive ut digamma Æolicum pronunciandun Sic Jos. XVIII: 12. בית און, *Bethaven* τοις εβδο μηκοντα est βηθαυν, תולדה est ευιλατ, חוה *Eva* עשו ησαυ, Esavus. Ita Ευανθης, Νινευε, Ευαγριο ναυαρχος, Ευαθλος, Ευαςηρ, Ευοδιανος, Ευαιος Ευαγγελιον, Ευαγορας, Est *Evanthes*, *Ninive* *Eva*

Evagrios, *Navarchus*, *Evathlus*, *Evaster*, *Evo-lianus*, *Evæus*, *Evangelion*, *Evagoras*. Hinc Buxtorfius in Thes. Grammatico p. 21, 22. recte approbat morem Rabbinorum, qui sine diphthongo: עשו יקו ,יקו ,שלו ,פיו ,יקוה ,שלוים ,שלוי legunt, *Esav*, *Kaf*, *jekaf*, *schelaf*, *pif*, *jekave*, *schelavim*, *schalve* legunt. Confer. J. R. *Wettenii* Or. de pronun. L. Græcæ IX. p. 210, 211. Addo וו, vaf, quæ vox uncum notat aut harpagonem. Sic Casaubonus ad Athen. L. IX: c. 13. monet, Clearchum νευρομετρας vocare, quod apud Suidam legitur νεφρομητρας, ubi vides υ in φ commutatum.

§. 13. Porro (2) illud digamma, sive ut ϝ sive f sive φ scribatur, persæpe cum litera B. commutatur. Indicabo hæc verbis viri sui nominis Hug. GROTII in Matth. I: 6. B *litera hic locum obtinet τȣ διγαμμα, quod jam scribi desierat, itaque Græci ipsi literam sextam, quae nunc in numeris ordinem suum servat, at olim in Alphabeto quoque eodem, quo apud Ebraeos loco conspiciebatur, exprimebant hoc modo βαυ, ut ex Varrone & Didymo tradiderunt Cornutus, Marius Victorinus, Priscianus & Donatus.* Patet id in אכה & אוה velle, דאב & דוה languere, פרבר & פרור, exterior loci pars. כרבל & כרול, saraballum, אברקסין & אורקסין, braccæ, apud Targumistas, תסבר & תסור, Thesaurus. In Talmude hujus rei vestigia exstant, ubi legitur הבאי & הוא & voces בולבטין & ביבר est Græcorum Βȣλευτης & Latinorum *vivarium*. In libro Estheræ IX: 9. ויזתא redditur Βαϊσαθα. דויד effertur in N. T. Δαβιδ, à Josepho Δαβιδης. Inde quidam τὸ ו in nomine illo ἀνεκφωνητῳ expresserunt per secundam Alphabeti literam. Sic יון in Græcis codicibus Ιαυαν, & Ιαβαν. Hinc ex יהוה factum est

Ιαβε pro Ιαυε, unde Theodoretus quæst. XV in Exodum. Καλȣσι δ' αυτο Σαμαρειτας μεν ΙΑΒΕ Ιȣδαιοι δε Ιαω. Paulus Burgensis in libello quæst XII. de nomine יהוה quæst. 1. illud explicui ΙΗΒΗ. Sic Ebraeorum נבל Græci vertunt ναβλ & ναυλα, & Ovidius, *Naulia*, de qua voce vid Politianum in Miscell. c. 14.

Ita inclyta Medorum urbs, quam multi pu tant memoratam in sacris literis Ecbatanam esse quæ vulgo vocatur (b) TAURIS à Persis vo catu

(b) Hæc illa urbs est, quam relationes publicæ nu per ad d. IX. Apr. ingenti terræ motu concussam funditusque fere deletam retulerunt. Valde au tem commemorabile est eam jam plus vice sim plici triste idem fatum subiisse. Id enim factum est anno ab ejus exstructione LXIX. sive Christ 856. regnante Montevekel. Ab eodem auten cum instaurata esset annis postea 190. i. e. æræ no stræ 1046. una nocte de novo eversa est. Di gnum autem est seria animadversione, quod Persa rum scriptores memoriæ prodiderunt Aboutaher Astrologum Persam magni nominis id antea præ dixisse, isto die & hora indicatis. Cum autem sen tiret, vaticinio suo à populo longe alia sibi metu enti non haberi fidem, accessisse illum, qui tun summo cum imperio urbi præerat, & rogasse, u excedere urbe ejus incolas juberet, minis etian additis. Quas cum plerique spernerent ultra XL mille sub ruinis ædium indicta hora fuisse sepul tos. Addunt simul id ab eo vate fuisse assertum nunquam amplius ejusmodi terræ tremorem hui loco fore extimescendum. In quo tamen eum sa ne hodiernus eventus fefellit. Neque id incredi bile nobis videri debet, numerum hominum nu pera Climatia exstinctorum ad 250000 extendi

cun

atur *Tabris* vel *Tebris*, ejusque cives dicuntur *abrizi.* Similem in modum Cl. HYDIUS in otis ad Peritzolii itin. mundi p. 48. *Maurum* di- tum putat à עבר, quasi sit מעברי *Mabri*, tam- uam si diceres *Trajectorem*, *transfretatorem*.

§. 14. Porro Graeci ex lingua Ebraica voces ıas mutuantes ב mutant in φ. Unde Bochartus ı Geogr. Lib. I. c. 1. Phoenices dictos vult quasi בני ע, filios Anak, qua occasione ille adducit ϕεαρ, puteus ex Ebr. באר *Beer*, φαλεναι, balæ- æ ex Syro בעלי נון, quasi piscium Dominus, ρφα, quæ vox apud Hesychium est, arrhabo, o Ebraico ערבה, Sic Παωφι, φαρμτεωθ, φαρμεθι, πιφι, pro באבה, *Babe*, ברמהאת, *Barmahath*, ברמוד, *Barmude*, אביב, *Abib*, pro totidem no- ıinibus mensium Ægyptiacorum dici idem no- t. Nucem, quam Persæ dicunt בכתק, Syri פסו, Græci πιςακια, quæ vox hodie adhuc apud os in usu est, Nicandrum scribere φιςακια ob- ervat Athenæus. Præterea recentioris ævi Ju- æi etiamnum ב pronunciant, instar φ vel F. v. . בבלי, זהב, בבא, רב, טוב, נתיב, אבות, legunt *af*, *Tof*, *natif*, *avoth*, vel *avos*, *bava*, *zahaf*, *afeli.*

§. 15. Ejusmodi autem permutatio literarum & γ sive φ apud Graecos est frequentissima. Quamquam enim non possum cum iis consci- ere, qui υ veteres pronuntiasse putant, ut f, eum- ue pronuntiandi modum sequuntur etiamnum, gr. αὐτος legentes aftos, hodiernis tamen Græ-

 cis

cum eam habitari à 550000, alii 1100000 scribant, certum sit. Vide CHARDIN Voyage en Perse T. II. p. 327. HERBELOT Bibl. Orient. in voce *Tabris*, & de ipsa urbe Itinerariorum scrip- tores. T. d. H.

cis id in usu esse negari nequit. Julianus Imp. in Or. II. p. 72. editionis Spanhemianæ de litera V scribens, ὀνομαζουσι δε, inquit, ἀυτο Ου καὶ χρωνται ἀντι τȣ βητα πολλακις προσπνευσεως οιμαι τινο ἑνεκα, καὶ ἰδιοτητος γλωσσης. *Vocant autem eam literam V. qua pro B saepius propter spiritum, u arbitror, & linguae proprietatem utuntur.* Pate hoc ex innumeris exemplis; Urbs Sicanorum Herbesus, dicta secundum Bochartum quasi הר בצע *Har-bessa*, mons foveae, alii autem legun Vessa, sicut Polyaenus vocat Ουεσσην. Vologesus Parthorum rex vocatur Βολογαισες vel Βολογισης vel Βολογεσσος à Josepho, Dione, Aristide Jamblicho apud Photium, Stephano, Zonara, & Ουλογεσος vel Ουλογαισος apud Lucianum & Xiphilinum, & in nummo apud Ez. Spanhemium de Præst. Num. T. I. p. 461. Uti urbs ab eo denominata, Ammiano Marcellino vocata *Vologessia*, Stephano dicitur Βολογέσσια. Democritus passim à Laertio, Suida, Origene vocatur Αυδηριτης, quam vocem cum Menagio in notis a Laert. p. 405. non opus est mutare in Αβδηριτης. Loco Αυασεις, quae sunt certa loca habitata in Ægypto apud Strabonem L. II. & XVII. mul legunt Αβασεις, & hinc putant ortum nomen *Abessiniae.* Abgari Regis Edessenorum nomen apud Dionem & Herodianum scribitur Αυγαρ. Sic scribitur Λαβρα & Λαυρα, unde Latina vox Labra, qua monachi cellas suas insigniunt, μαβρ & μαυρος, λαβρατον & λαυρατον, Αυρανιτις & Αβρανιτις. In Canonibus Concilii Carthaginensis Novatus modo Ναυατος, modo Νοβατος, & Laurentius jam Λαβρεντιος jam Λαυρεντιος scribitur. Urbs quam Stephanus & Ptolemæus vocant Σαυη vel Σαυαν, Plinio est *Sabe*, uti quae aliis dicitur Σαβαθα, Arabiæ oppidum Ptolemaeo est Σαυβαθα.

§. I

§. 16. Hinc quoque factum est, ut quando Graeci praesertim recentiores Latinas voces suis literis exprimerent, V transmutaverint in B. Audiamus Simonem Portium in Grammat. linguae Graecae vulgaris, quae praefixa est Du Cangii glossario linguae Graecae. *B effertur ut V. consonans, quod ex hoc maxime constat, quod Graeci dum B. Latinorum pronuntiationem volunt exprimere in nominibus praecipue quibusdam ab ipsis Italis mutuatis, & à Graeca literali quam longe distantibus, non utuntur* β *sed* μπ *quod apud illos sonat B. ut videre est in dictione Bombarda, quam nostri Graeci sic scribunt* μπομπαρδα. Hæc ille. Fidem hujus rei facient vocabula Latina, quæ recentiores Graeci sua civitate donarunt, vel ex solo Ducangii glossario depromta; v. gr. Βαδα, *vada*, βαδιον, vadium, βακαντης, Vacans. Βακαντιβος, Vacantivus, ignavus, βαραγγοι, Vargi, βεζηριδες, Vezirii, βεκαριος, Vicarius, βεκτιγαλιος, Vectigalis, βελον & βηλον, *Velum*, βηλαριον, Velarium, βελλανος, Villanus, βενδικτα, Vindicta, βενετιανος, Venetianus, Βενετος, Venetus, βενεφικιον, beneficium, βενεφικιαλιος, beneficialis, βενενον, Venenum, βεντιμα, Vindemia, βεξιλλον, Vexillum, βεργα, Virga, βερεδος, Veredus, Βερεδαριος, Veredarius, βεριδαριον, Viridarium, Βερονικη, Veronica, βερουτα, Verutum, βεστης, Vestis, βεστιαριος, Vestiarius, βηνατωρ, Venator, Βεργηλλιος, Virgilius, βητιον, vitium, βιβαριον, vivarium, βιγκας, Vincas, βιγλα, Vigiliae, βιγλευειν, vigilare, βικαριος, Vicarius, βικεννααλια, Vicennalia, βικια, Vicia, βικος, vicus, βινα, vena, βινδιξ, vindex, βιολα, viola, βικτουαλια, Victualia, βιττιον, vitium, βοιβοδος, *Voiwoda*, βοκαλιος, vocalis, βολονταριος, *voluntarius*, βοτα, vota, βρεβιον, *breve*, Cetera.

§. 17. Idem passim fit in antiquioribus libris. Lambecius in Catal. Bibl. Vindob. L. VI. p. 15. è codice manuscripto vocabula Juris Latina Græce continente affert δεβιτωρ pro debitor. In concilii Carthaginensis decretis legimus Βικτωρ, Βικεντιανος, Φλαβιος, Βαλεριος, Κοοδβολτδεος, Βενουστιανος, Σιλβανος, Σερβους Δει, πριβιλεγιον, βρεβιον. i. e. Victor, Vicentianus, Flavius, Valerius, Quod vult Deus, Venustianus, Silvanus, servus Dei, privilegium, breviarium. Balsamon ad Can. 70. Trullanum habet Βελλιανειον δογμα pro senatus consulto Vellejano, φουρτιβα, furtiva, βιποσεσα, Vi possessa. In Sabæ vita scripta per Cyrillum Scythopolitanum edita à J. B. Cotelerio in Monum. Gr. T. pag. 299. βηλον pro Velum & βινδικες pro Vindices legitur. Herodianus L. I. c. 2. §. 2. *verissimum* reddit βηρισσιμον. Strabo Geogr. L. V. Novum comum reddit Νοβουμκομουμ. Hesychius *ora* vertit ωβεα, *nivem*, νιβα. Vandali dicuntur Βανδιλοι & Βανδηλοι. Urbem Mæsiæ, quam Eutropius L. IX. c. 13. *Viminacium* vocat, & Ptolemæus Ὀυϊμινακιον, ea Procopio & Simocattæ dicitur Βιμινακιον. *Aventinus* mons Dionysio Halicarnasseo vocatur Αβεντινος. *Valere* Zosimo scribitur βαλερε. J. R. Wetstenius in oratione citatâ citat nomocanona suum manu exaratum, in quo exponatur πριβατον, ιδικον, privatum, βιτιον, ἐλαττωμα, vitium, βικτορια, νικη, victoria, βετρανος, πεπαλαιωμενος, Veteranus. Immo beneficia confunditur ibi cum veneficiis, dum βενεφικιαις exponit ἐνεργεσιαις, ποιναις. Ita Moschopulus, βεστια, inquit παρα Ῥωμαιοις τα ἱματια, ἐξ ου και βεστιαριον κυριως, ἐν ᾧ καὶ τα βασιλικα ἐνδυματα φυλασσονται. Vesuvium montem Strabo vocat Βεσουβιον & Plutarchus Βεσβιον. Vettonicam Plinii Dioscorides Βεττονικην. Apud Cedrenum legitur βε-

ξιλ-

[ι]λλατιωνες pro *vexillatione* & βεργια, quasi, vergia, i. e. virgæ, quibus in exercitationibus utebantur milites. Visurgis noster Straboni vocatur Βισεργις, uti Vienna Allobrogum Stephano Βιεννος & Eusebio Βιεννα. Stephanus in voce Μαντυα Virgilium vocat Βεργιλιον, sicut ita quoque Βεργιλιοις mentio fit in monumento, quod olim in foro Trajani visum fuit. Versum Dionysii in περιηγ. vs. 618.

Βυζαρες τα πρωτα, και αγχοτι φυλα Βυχειρων.

Ita transtulit Priscianus:

Buzeres primi, quos juxta terra Vechirum. Sic in veteribus Glossis καβιδαριοι, *cabitarii* sunt qui in Cod. Just. de excusationibus artificum dicuntur *cavidarii.*

§. 18. Apud Suidam quoque hujusmodi vocum haud parca seges est. Βακαντης, vacans (explicat ὁ σχολαστης, hinc discimus originem vocis Bacchantis, qua olim studiosi in Academiis vocabantur) βακαντιβος, (de qua voce consule Full. Misc. L. II. c. 19.) Βαλεντιανος, Valentinianus: Βαλεριανος, Βενεβεντον, Βενετιανος, βερεδον, Veredum. Βεσπασιανος, βεστιαριον, Vestiarium, Βεστινοι, Vestini, Βετερανος, Βερινη, Verina. Βηρος, Verus, Βικαριος, βικτωρ, Βιτελλιος, Βολουσκοι, Volsci. Κορβινος, Corvinus, uti & monet Romanos vocare κορακας κορβους, i. e. *corvos.* Observatione dignus est ejusdem Suidae locus, quem Latine adscribam. Βηρουνιον, *Nomen urbis. Norici gens est, apud quam vastae molis aper divinitus immissus agrum vastabat. Quamvis autem omnes ipsum aggrederentur, nihil tamen proficiebant, donec quidam vir aprum prostratum in humeros imposuit. Norici vero acclamarunt sua lingua*, εἰς ἀνήρ. i. e. *Vir unus. Unde urbs ipsa* Βηρουνιον, Virunium *ap-*

pellata. Ex quo loco (c) clariſſime patet V Græcos, expreſſiſſe ut ϐ, cum *Vir* mutarunt in βη (b) Id quod & veteres *nummi* confirmant, in quibus Οκταϐια pro *Octavia*, Σεβηρος pro *Severo* Φλαϐιος, pro Flavius, Βαλεριανος pro Valeriano occurrit frequenter.

§. 19. Sic ſaepe in vocibus Graecis φ cum β permiſcetur, v. Gr. ϛροβεω, & ϛροφεω, ὑβος & κυφος, gibbus; ἀσεμϐης & ἀσεμφης, συμϐαζω & συμφαζω, ϐλαζω & φλαζω, κεφαλη & κεφλη. Unde Caput & Kopff / Kopp. Plutarchus id tribuit Macedonibus in quaeſt. Græcis Opp. T. II. p. 292 Ου γαρ ἀντι τω φ τῳ β χρωνται Δελφοι, καταπερ Μακεδονες βιλιππον, καὶ βαλακρον καὶ βερον, κην λεγοντες κ. τ. &c. *Neque enim Delphi ph utuntur pro b SICUT MACEDONES bilippum, balacrum beronice dicentes* pro φιλιππον, φαλακρον, φερονικη Idem docet Etymologici magni auctor in voce Αφροδιτη, ubi ait. Το β τῳ φ συγγενες εϛι. Δηλον ἐκ τȣ Μακεδονας μεν τον Φιλιππον Βιλιππον καλειν, και τον φαλακρον, βαλακρον. καὶ τȣς Φρυγας Βρυγας, καὶ τȣς ἀνεμȣς δια το φυσαν φȣση τας ὀντας, ϐυκτας. Ομηρο Βυκταων ἀνεμων. Hæc ille. Et rurſus in voce Βεροια Βεροιά inquit, πολις Μακεδονων, ἡν φασιν ἀπο φερητος τινο κτισθεισαν. Φέροια καὶ κατα Μακεδονας, Βεροια, τροπη τȣ φ εἰς ϐ, ὡς Φερενικη, Βερενικη, καὶ την κεφαλην, κεβαλην λεγȣσι. Alias id quoque fieri idem monet v. gr. in voce Αμορβης, inquit, παρα την ὀρφνη ἀμορφνης, καὶ ἐλλειψει τȣ ν, καὶ τροπη τȣ φ εἰς β, ὡ εν τῳ κυφος, κυβος, Φερενικης, Βερενικης. Vide eundem quoque in voce ϐλιμαζειν. Confirmatur res eadem a vocibus, quæ a Græcis tranſiere ad Latinos. v. Gr. A Θριαμϐος fit triumphus, a ϐασ-

κα-

(c) De commemorabili hoc loco ſequenti faſciculo plura monebuntur,

…ανος, βασκαινειν, fascinus, fascinare, à βρεμω, freno, à βορμαξ, formica, à Βέῤῥης, Verres, à βάδω, vado, βαγευειν vagari, βαγιζειν, vagire, ἀμφω, ambo, Οροβος, Ervum, σιφλωζειν sibilare. Sic Græcorum χαροπος est Latinorum *torvus*. Ex πολφος venit pulpa, ex βαμμα, βαππα, *vappa*. Neque minus ex iis, quæ vel Ebræis à Græcis ad Germanos, vel ab his ad illos translatæ sunt. βοριαζειν & βρυττειν est nostrum fressen/ vreten, freten, ut Saxones mei loquuntur. Βανδος, signum militare est Fahne/ unde βανδοφορος Fanderich/ θαβλη, Tafel; κανναβις hanf; διαβλος, Teufel; θριαμβος, Triumff/ βλιζειν, fliessen/ βελος, Pfeil/ σεμβειν, stampffen/ φεβειν, φοβειν, beben; nos dicimus *beven*. Φερειν ferre, hinc *baar*, vel *böhre*, ut nos pronunciamus, i. e. feretrum. Βαλαν Græci recentiores vocant equum, quid ea vox aliud est, quam Germanorum füllen / quod in inferiori Germania exprimimus, fahlen / unde nomen Westphaliæ ortum, quod ejus duces in insignibus pullum equinum ostenderent, observarunt nonnulli. Sic a פרד est Pferd / a פוש abundavit, est piscis ein Fisch; Et illa permutatio locum habet in vocibus, quæ a superioris Germaniæ ad Caucos nostros transiere, & vicissim; v. gr. Affe; Ape; schreiben/ scrifen, treiben; driven, lauffen/ loopen, Dieb / Deef, Schaaf/ Schaap, schlafen/ slaapen, Lieb/Leef, Schiff/ Schip, sieb/ leef, rube/ reeve, glauben/ gleeven, Haupt/Heeft, schreiben/schrieven, & sexcentis aliis.

§. 20. Neque minus illa literæ B cum F vel V permutatio obtinet inter Latinos. Olim ADAMANTIUS Martyrius integrum librum de hac re scripsit, cujus excerpta exhibet Cassiodorus in collectaneis de Orthographia, quæ in colle-

ctione Grammaticorum Putſchiana pag. 2295. ſqq leguntur. Priſcianus in eadem Putſchii editione pag. 547. *Et apud nos*, inquit, *quoque invenire eſt, quod pro V conſonante B. ponitur.* Hinc *Bernam*, non *vernam*, *beſicam* non *veſicam*, *nebum* non *nevum*, *manuvias* non *manubias*, *balbas* pro *valvis* ſcribere injunxit, eam ob rem caſtigatus *Lipſio* de Pronunt. L. Lat. pap. 57. SALMASIUS ad Vopiſcum p. 676. antiquos *Cabeam* pro cavea, *albium* pro alveo, *albiolum* pro *alveolo*, & alibi pag. 730. *Cabatoribus* pro cavitoribus, *Connibentiam* pro conniventia (quod & aliquoties in Rabani Mauri gloſſario, ſicut & *incurbat* pro *incurvat* occurrit) *fulbum* pro *fulvo*, ſcripſiſſe obſervat. In antiquis codicibus promiſcue ſcribi *Bavius* & Vavius, *Bacchus* & Vaccus, *Fabius* & *Vavius*, *Vitrubius* & *Vitruvius* notat Pierius ad Virg. Ecl. III. vſ. 90. In gloſſario Stephani *Bacca* pro *vacca*, in Gloſſis Philoxeni Βιμαλλοι, *Bibilles* pro *Bivillis*, *Biſpelliones* pro *Veſpillones*. In lexico, quod dicunt Cyrilli, *Adulteriæ Clabis* pro *clavis*, *livamen* pro libamen, *deglùvo* pro *deglubo*, *Valvus* pro *balbus*, *valvutio* pro *balbutio* ſcriptum eſt. In Pandectis Florentinis frequenter haberi *Bobis*, *vervis*, *Verutienſis*, *jubantur*, *ubas*, *vibebat*, *cabillatio*, *negatiba*, *ſivi*, *venigna videbatur*, *alveſcente*, *favia lex*, *Faviana*, *averit*, *viduum*, *vajulat* pro *vobis*, *verbis*, *Berutienſis*, *juvantur*, *uvas*, *vivebat*, *cavillatio*, *negativa*, *ſibi*, *benigna videbatur*, *albescente*, *Fabia*, *Fabiana*, *aberit*, *biduum*, *bajulat* &c. ab aliis notatum eſt. In Tertull. de Pall. *Virus*, *videns*, *infamaris*, pro *virus*, *bidens*, *infamabis* legitur. Dicimus *Vatillum* & *batillum*, *Vaſternas* pro *Baſternas*, *ferbeo* & *ferveo*. Inſula Aethalia, quam Virgilius & Plinius *Ilvam* vocat, Solino dicta eſt *Ilba*. Nonius vocat *plevitatem* quod

uod Catoni est *plebitas*. Idem ex Lucilio *Vulgum* adducit pro *Bulga*, *Fruges* dici *bruges*. Quint. L. I. c. 6. Inst. Orat. docet. Beda scribit *erbenam* incipere utramque syllabam à B, cum tamen alii scribant Verbenam. In Glossis antiquis *ποδάτον* explicatur *berbix*, quod est *vervex*, sicut & in antiquissimis atque optimæ notæ Codicibus *berbicem* pro *Verbece* legi testatur Salmasius in Vop. p. 592. *Vascones* vetus Poeta apud Max. Victorinum de metri ratione vocat *Bascones*. *Bulæ* pro *vulvis* legitur apud Lampr. in Heliog. c. 21. & ita habet Nævius apud Macrobium. *Vettonicam* Plinii Dioscorides appellat *Βεττονικην*. *Vexoris* Aegypti Rex apud Justinum aliis appellatur *Bexoris*. *Volscos* Paeanius vocat *Βολυσκς* & *Βυλυσκς*. Braunius in Sel. S. p. 468. *Venus* idem esse, quod *Bonus* suspicatur. Montes quos Cæsar, Ausonius, Lucanus, Plinius vocant *Gebennas* vel *Gebennicos* nunc dicuntur *Sevennes* vel *Cevennes*. Et hac observatione nonnulla veterum loca restituere conatur Rutgersius in Lect. Venus. c. 8. Eaque elocutio locum habet apud Hispanos, qui pronuntiant bestiam, *vestiam*, bene, *vene*; vitam, *bitam*, vaccam *baccam*, bonum vinum, *bonum binum*. Et Hydius ad Peritzolium p. 49. testatur ex ore Sallii, Professoris Salmanticensis se audivisse in Collegio Salmanticensi in quotidiana mensæ benedictione inter cetera pro *Benedictus sit Deus*, *qui vivit in saecula*, dici *Venedictus sit Deus*, *qui bibit & regnat*.

§. 21. Et, si quis adhuc dubitet B & V commutari, in veterum inscriptionibus id reperiet frequentissime. Lipsius se in illis vidisse oculis suis testatur scriptum DANUVIUS, VASE, VEHEMERENTI, PLACAVILE pro Danubius, Base &c. & contra BIBA, CIBICA, UNIVERSUS,

SUS, ATABIS, SIBE, PROBINCIA, AL-BEI, CABATORES, pro Viva, Civica, universus, Atavis, sive, provincia, alvei, cavatores. Ita *Minerbæ* pro Minervæ legitur in Ichnographia Veteris Romæ à Bellorio edita.) Farraginem ejusmodi exemplorum exhibet vel index Gruterianus ubi præter adductas voces invenies *Abe*, *adsignabit*, *baleas*, *bela*, *benantia*, *beneficio*, *berna*, *bibas*, *bixit*, *Boltinia*, *consacraberunt* *curbati*, *dedicabit*, *flavialis habe*, *inbicto*, *jubentutis*, *lebo*, *Octabius*, *pelbem*, *bibos*, *vibus*, *seberа*, *seberus*, *serbus*, *conserbus*, *sibe*, *verbecem* *viba*, *vibe*, *vibus* &c. in quibus omnibus loco B. ponenda esset litera V. Et rursus, *avenas*, *devitum*, *Favius*, *incomparavili*, *placavile*, *plevi* *transdanuviani*, *Urvinum*, in quibus reponas loco V. literam B. Pariter Reinesii Inscriptionum operis index sequentia exempla suppeditat; *Ababo*, *Abentias*, *Abienus*, *abita*, *Albidii*, *Atabo* *Baleria*, *Balerius*, *Barus*, *Bedua* (pro Vidua) *bendidit*, *Beneriæ*, *Benerosa*, *Beniæ*, *Beronice* *Bernaclatæ*, (pro Vernaclæ) *Bibantia*, *Bibates* *Bibiane* (pro Vibiana) *Bibius*, (pro Vibius) *Bictorinus*, *Biginti*, *Bincenti*, *Birginius*, Βινκεντια *Birgo*, Βιταλις, *Birno*, *Bibo*, *Bolusеæ*, (pro Volusiæ) *Elbia* (pro Helvia,) *Habiæ*, *Flabieno*, *Libius*, *Naebia*, *Primitibus*, *reberenti*, *Salbius* &c. Quæ si legere velis; B. mutanda rursus in V. Et ex adverso *Davit*, *duvius*, *orvius*, *Vassilla* (pro Bassilla) *Velovaci* (pro Bellovaci) *Vennius* *Vivius*, (pro Vibius) *Vonæ* (pro Bonæ) *Vrittiæ* pro Brittiæ vel Bruttiæ. In quibus restituenda rursus B. Adde, quæ in hac causa collegerunt *Laurenbergius in Antiq.* p. 49. *Sponii* Miscell. p. 184. & du *Cange* Gloss. med. Latinit. p. 415.

§. 22. Idem etiam usu venit in veterum numismatibus; Sic in nummo Gallieni aereo mi-

no

oris moduli apud Morell. in specimine Tab. XII. p. 221. IVBENTUS AVG. pro Juven-as. BENERI GENETRICI pro Veneri apud undem in ed. Paris. p. 9. DANUVIUS in ummo Constantini M. apud Oiselium in Thes. Numism. T. XXIV. n. 4. Sicut & in nonnul-s Trajani. In nummo Valentiniani apud Trista-um T. III. p. 612. RENOBATIO URBIS ROMÆ, uti in aureo quodam Theodosii num-no GLORIA ORVIS (pro *orbis*) TERRA-RUM. In nummis Valentiniani occurrunt hæ iteræ C. O. N. O. B. Hæc alii explicarunt aliter. ed si Cedreno fides, in Theodosio ita sunt legen-a. *Civitates Omnes Nostræ Obediunto Benera-ioni.* Ita enim Οτι τα ἐν τοις νικαϱιοις τȣ νομισμα-ος ὑποκειμενα Ρωμαικα γϱαμματα δηλȣσι ταυτα. Το Κ κιβιτατις. Το Ο ὁμνις, το Ν νοςϱω το Ο. ὀϐεδι-ντο, το Ϭ. ϐενεϱατιονι. Vides scribi κιϐιτατις ϐενε-ατιονι. pro *Civitatis veneratione.*

§. 23. Sed ohe jam satis est. Imo satis super-que, quam satis est, grammaticati sumus. Re-deundum ad institutum nostrum. Nimirum, his nunc animadversis nihil est pronius expeditius-que, quam ostendere, quomodo ex לוי factum est Λεϐϐαιος. Id enim nominis translatum est Græce Λευι vel Λευις, & pronunciatum Levi. Cum autem facillima & maxime vulgaris esset permutatio digammatis Aeolici in B. inde na-tum Λεϐὶ, quod scilicet, ut Ausonius loquitur in Id. XIII. esset.

Cecropiis ignota notis ferale sonans V.

Atque in ea sententia eo confirmor magis, quod videam Theodoretum quæst. XVI. in Numeros ita legisse Θαδδαιος ο καὶ ΛΕΒΙ; scilicet in editio-ne prima Græca Par. 1558. quamquam in Græco-

Latina

Stina Sirmondi legatur Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεββαῖος. In editione Latina Coloniensi a. 1573. legitur *Thaddæus, qui etiam Levi*, ubi perperam interpres Johannis Picus addidit, pro *Thaddæo legendum videri Matthæus*. Sic & Origenes L. I. contra Celsum habet ΛΕΒΗΣ ut visum est §. 4. Et ita lectum esse constat ex Syro interprete, qui habet ܠܒܝ *Labi*. Hinc itaque vulgari & Græcis usitatissima in nominibus propriis addita terminatione αιος factum Λεβαῖος, sicut ita legitur apud Hesychium Hierosolymitanum apud Cotelerium in Monum. Gr. p. 11. Cum autem apud Syros literæ ad indicandam vocalem longam, præsertim β, sæpe soleant addito dagesch geminari, ut patet in vocibus ἀββα, Βαραββας, σαββατον κ. τ. ε. hinc factum est ΛΕΒΒΑΙΟΣ, quam vocem hodierni Græci pronuntiant Λευαῖος. Habes itaque לוי, Λευι, Λεβι, Λεβαιος Λεββαιος. Ex quibus omnibus subductis bene rationibus hanc facies cogitationum tuarum summam, *Levin* à Marco & Luca commemoratum non alium esse, quam apostolum, & fratrem Domini, auctorem epistolæ, quæ etiamnum in sacro codice N. T. penultimum locum obtinet, JUDAM, cognominatum aliàs *Thaddæum* & LEBBÆUM J. Q. E. O.

§. 24. Quamvis autem nemo a nobis sit repertus recentioris aevi scriptorum, cui in mentem venit illius sententiæ, tamen illa veteribus non prorsus videtur peregrina atque incognita fuisse. De Theodoreto id colligas ex iis, quæ §. præcedenti monuimus. Et, quisquis verba illa Origenis, quæ paragrapho leguntur quarto, consideraverit, haud vane ex iis colliget, vel Marc. II. 14. Λευιν in quibusdam exemplaribus quoque vocatum Θαδδαῖον, vel Marc. III. 18. τῷ Θαδδαίῳ additum] fuisse Λευιν, sicut & in codice Cantabrigiensi, qui Theodori Bezæ fuit, etiam-

tiamnum legitur Λεββαιος adjunctus. Sed h ab.
lane incerta sunt. Unicus omnium, quem n-
erte mihi assentire deprehendi, est auctor later- d
uli apostolorum, quem ex codice regiæ biblio-
necæ Parisiensis Cotelerius imprimi fecit in Mo-
um. PP. Apost. ad Const. Ap. L. II. c. 63.
go hunc integrum lectori exscribam, quòd ille
ber in paucissimorum manibus versetur.

Πετρος, ὁ καὶ Σιμων, καὶ Κηφᾶς καὶ Συμεων.
. Ανδρεας, Αδελφος αυτȣ.
. Ιακωβος, υιος Ζεβεδαιȣ, καὶ Ιωαννης δ' εκαλȣντο
διὰ το βοανεργεις, υιοι βροντης.
. Φιλιππος, ὁ ἐν Ιεραπολει.
. Βαρθολομαιος, ȣτος Ινδȣς διδασκει.
. Ματθαιος, ὁ τελωνης.
. Θωμας ὁ καὶ Διδυμος, Παρθοις καὶ Ινδοις,
. Ιακωβος Ἀλφαιȣ: ἑρμηνευεται δε μαθητης ζωης.
. Θαδδαιος ȣτος παρα μεν τῳ Ματθαιῳ Λεββαιος καλειται. παρα δε τῳ Λȣκᾳ Ιȣδας.
ακωβȣ. ΠΑΡΑ ΔΕ ΜΑΡΚῼ ΛΕΥΙΣ, καθημενος παρα το τελωνιον. ἑρμηνεύεται, δ' ἀνησις, vel αἰνησις.

Thaddæus; Hic à Matthæo quidem vocatur Lebæus, à Luca vero Judas Jacobi; a Marco autem LEVIS, qui sedebat ad Telonium. Exponitur *vero* laudatio.

Et pergit,

: Σιμων ὁ Κανανιτης: σαυρῳ προσηλωθη.
καὶ Συμεων καὶ Κλεωπας καὶ Ιȣδας λεγομενος.
. Καὶ Ματθιας, ὁ ἀντι Ιȣδα εισαχθεις.
ελωναι, Ματθαιος, Ιακωβος, καὶ Ιȣδας.

Ματθαιος λεγει αυτον κεκλησθαι τελώνην. ὁ δε Μαρκος
ον Ιακωβον Ἀλφαιȣ, ὁ δε Λȣκας ἐν τῳ λή κεφαλαιῳ τον
Λευιν,

Λευιν, ὡς καὶ ὁ Μαρκον ὀνομαζει ἐν δε τῷ μδ' Ιȣδαν Ιαχωβȣ. *Matthæus dicit ſe vocatum publicanum Marcus autem Jacobum Alphæi commemorat. Lucas vero in Capitulo 38. LEVIN, quomodo etiam nuncupat Marcus, In capitulo autem 48. Judam Jacobi.* Ex quibus videmus Thaddæum, Lebbæum, Levin, & Judam fratrem Jacobi pro vero eodemque eſſe ſumtum.

§. 25. Neque putamus nos aegritudinem conciliaturos Lectori, ſi & alterius Legatorum Chriſti Catalogi ei copiam faciamus, quem pariter Cotelerius duobus ex codicibus regiæ ejus Bibliothecæ ibidem exhibuit,

Των ιβ' Αποςολων αἱ πατριδαι, καὶ τὰ ὀνοματα τῶν γεννησαντων ἀυτȣς.

Πετρος καὶ Ανδρεας ἀδελφοι ἐκ πατρος Ιωνα, (Ιωαννȣ) μητρος Ιωαννᾶ (Ιωνας,) ἁλιεις την τεχνην, ἀπο βιθσαιδας της κωμης.
Ιακωβος καὶ Ιωαννης ἀδελφοι, ἐν πατρος Ζεβεδαιȣ, μητρος Ιεροκλειας, ἁλιεις καὶ ἀυτοι.

Φιλιππος, ἐκ πατρος φιλισανως (φιλισαονων) μητρος δε Σοφιας, ἀπο Βιθσαιδας της κωμης, ἡνιοχος ἐπιτηδευμα.

Θωμας ὁ και Διδυμος, (και Ιȣδας Διδυμος) ων μιᾶ ἀδελφης λεγομενης Λυσιας (Ασιας) ἐκ πατρος Διφανȣ μητρος δε Ρωας, ἀπὶ Αντιοχειας.

Βαρθολομαιος, ἐν πατρος Σωσθενȣς, μητρος δε Ουρνιας, νομαρειτης (πωμαριτης) ἠτοι λαχανια φυτευων (Λαχανᾶς το ἐπιτηδευμα)

Θαδδαιος ὁ καὶ Λεββαιος, ἐκ πατρος Νεκροφανȣ μητρος δε Σελενης Ιταλικος, (Σιανῆς Ιταλικης ὁ και Ιȣδας Ιακωβȣ.)

Ιακωβος ὁ τȣ Αλφαιȣ, ἐκ πατρος Ἀνδρονος, μητρος δε Ευτυχιας, ἀπο Ιεραπολεως, λαιξος (λαοξας) την τεχνην.

Ματθαιος, ὁ καὶ Λευις (Λευιτης) τελωνης το ἐπιτηδευμα, ἐκ πατρος Ρȣκȣ, μητρος δε χειροθειας (κεχειροθιας) ἀπο της Γαλιλαιας. (Ιαλλιας.)

Σιμων ὁ Κανανιτης ἀριστοκλητος, (ἀριστοκλητωρ) τȣ κυριȣ εἰς τȣς γαμȣς, ἐκ πατρος Γαλλίωνος μητρος δε Αμμιας (Διανιας)

Σιμων ὁ καλȣμενος, ζηλωτης ἀπο Σαλειμ, ἐκ πατρος Ζηνωνος, σημειωσαι δε, ὁτι ὁ Λȣκας τον μεν Θαδδαῖον Ιȣδαν Ιακωβȣ ἐκαλεσεν, Σιμωνα δε τον Καναιτην, Ζηλωτην ἐκαλεσεν.

Ιȣδας ὁ Ισκαριωτης.

Quæ Uncinulis heic inclusa, variantes duorum Codicum lectiones indicant.

V I I.

Illustrissimi ac Potentissimi Regis, Senatus, populique ANGLIÆ sententia, (a) *& de eo CONCILIO, quod PAULUS Episcopus Romanus MANTUÆ futurum simulavit, & de ea bulla, quæ ad Calendas Novembres id prorogavit, declarata,* A. cIↄ Iↄ XXXVII.

CUm orbi pene testatissimum sit, nos jam pridem prorsus in hanc unam rem incumbere, ut & yetus honos & pristina dignitas sacris literis

a) Hujus Anglorum oppido commemorabilis declarationis mentionem passim faciunt scriptores. *Sleidanus* L. XI. p. m. 320. Suavis *Polanus* in hist. Conc.

literis restituta tandem aliquando sit, existimamus nostras partes esse, non tam nullam restaurandæ religionis occasionem omittere, quam omnibus Romanorum pontificum machinis, qui nunquam desinunt veritatem turbare, obviam ire. Huc nos cum veritatis studium, tum jampridem à nobis susceptum religionis patrocinium vocat. Certe cum Paulus Episcopus Romanus, maximis propositis præmiis, undique homines doctos ad veritatem oppugnandam conducat, neminem non in Collegium Cardinalium cooptans, à quo aliquam imposturarum defensionem sperare possit, jampridem nos non potuimus non anxio animo esse, non sæpe cogitare, quid tantus rerum & ingeniorum apparatus sibi vellet. Quod res est, divinabamus. Nimirum jam diu ad Pontificum fraudes & stratagemata assuefacti, facile augurabamur, hominum in verba & voluntatem Pontificis Romani juratorum Concilium, quod illi falso generale appellant, etiam tum futurum, cum nondum ulla Concilii mentio esset. Quid multis? Tandem, rebus recte ad fraudem constitutis,

Conc. Trid. p. 72. L. *Surius* in comm. rerum in orbe inde ab a. 1500. gestarum p. 304. *Pallavicinus* in hist. del Concilio di Trento T. I. editionis Romanæ p. 369. Lud. *Jacobi* in Bibl. Pontif. p. 474. alii. Nemo tamen unus eam integram, quod sciam, exhibuit. Impressa quidem est tum temporis Wittebergæ a. M. D. XXXVII. apud Johannem Lufft. Sed ejus exempla ita evanuere, ut mihi quidem neque vel unicum usurpare oculis, vel, ubi aliquod lateat, indagare licuerit. Ejus tibi nunc copiam facio ex exemplari exarato manu, quod benevolentiæ eruditi clarissimique Viri J. G. SCHELHORNII debeo. T. d. H.

tis, Concilium, ad quod vel neminem, vel quam pauciſſimos ex Chriſtianorum Monarchis accedere poſſe, Paulus Pontifex certo noverat, indicitur. Videlicet & tempus, quo celebrandum erat, & locus quo futurum ſtatuerat, poterant illi certo promittere, regem nullum adfuturum.

Bulla quò non vadit? quem regum non accerſit, audax regum miniſter, & ad fraude cauſam ſuſcipiendam, & ad promovendam indicti Concilii ſimulationem? Nam quis eſt, qui non exiſtimat, Paulum & ſuos ſimulare potius, quam ex animo moliri generale Concilium? Quis enim eſt, qui minus deſideret publica hominum Chriſtianorum comitia, quam ii, quibus plane de cauſa ſua deſperandum eſt, niſi ipſi judices de ſuorum adverſariorum lite pronuncient? Certe nos, qui non niſi ægre à regni & reipublicæ noſtræ procuratione avocamur, poſſumus ad hoc Concilium nec venire ipſi, nec procuratorem quenquam noſtra cauſa eò mandare, neque culpæ vel levem aliquam ſuſpicionem metuere. Quis enim nos accuſet, quod illo vocante non veniamus, qui nullum jus vocandi nos habet? & ut demus, jus illi eſſe, ut largiamur, quod nemo, niſi ſacrarum literarum imperitus, illi dat, Quid attinet ad id Concilium acceſſiſſe, in quo niſi vera oppugnes, falſa confirmes, nullus tibi locus ſit? Vident omnes, qua integritate, fide, religione, illi res controverſas explicaturi ſint, qui hoc turbulentiſſimo tempore ſe de his diſceptaturos polliceantur. Cum Mantuam ad hoc Concilium celebrandum delegerint, nonne palam eſt, quam nihil fructûs ex hoc conſeſſu reſpublica Chriſtiana ſperare debeat? An eſt quisquam Chriſtianorum principum extra Italiam, quisquam

etiam Italus, qui, cum diffentiat ab Epifcopo Romano, aufit ifthuc accedere? Cum accedat nemo, qui oppreffæ veritati audeat vocem commodare, hoc eft, vitam dedifse. Mirumne eft, fi Papa judice, nemine repugnante, ne reclamante quidem, papatus patroni hoc impetrent, ut Papæ autoritas, jam pridem labefactata, ac prope collapfa quoque, nunc ifto Concilio reftituatur? Hoccine eft rebus afflictis, turbatis religionibus, concuffæ veritati opem ferre? Tun' Paule Pontifex, vel tuorum quisquam, unquam aliquando vel per fomnium cogitet (fi ad iftum modum folis, fine ullo adverfario, de rebus controverfis vobis pronunciare liceat) Ecclefiæ Ecclefiafticorumve morbos, qui irrepferunt in Ecclefiam, non aliunde potius, quam ex hujusmodi Conciliis, fanare? Eft profecto admodum verifimile, vos, qui nihil aliud quam quæftum quæritis, libenter ea antiquaturos, quæ invito Chrifto, invitis facris literis, hæc aliquot fecula veftri lucri caufa per veftros majores conftituta funt. Imo cum illi, quoties ftatus fui quæftio, honos, poteftas, primatus, in judicium adducebantur, perpetuo proculcatis Dei legibus, per fcelus dignitati fuæ, vel ut verius loquamur, intolerabili fuperbiæ confultum vellent, annon certum pene effe poteft, vos nequaquam filios degeneres patrum veftrorum veftigia fecuturos, novosque canones, qui majorum decreta tutentur, ftatuturos effe? Sed quid noftra refert, vel quid illi olim decreverint, vel quid deinceps vos ftatuatis, cum Anglia jam pridem veftris fraudibus æternum valedixerit? Nihil Romano Pontifici negotii cum Anglis, nihil commercii. Certe ut nobis negotium faceffat, merces fuas pofthac nemini noftrûm obtruferit. Ea vero quæ ille figit
vel

vel refigit, nihil ad nos pertinere volumus, certe quidem non magis, quam quæ qui is alius Episcopus ſtatuit.

Verum ne videamur orthodoxis hominibus animi libidine abuti potius, quam judicio duci, hic orbi teſtatum volumus, nos ſinceram fidem & Doctrinam Chriſtianam, & ea omnia, quæ has vel juvent, vel ornent, amplexari, profiteri, perpetuoque profeſſuros, omnia fidei dogmata ita nobis curæ eſſe, ut de regno noſtro libentius periclitemur, quam ullum fidei dogma apud nos periclitetur. Teſtamur à Catholicæ fidei unitate, neque diſceſſiſſe nos, neque unquam disceſſuros, imo vitam depoſituros eſſe nos, quam ullus hujus fidei articulus apud Anglos concidat. Teſtamur, nos, qui in hac tota cauſa nihil aliud, quam Chriſti gloriam, & orbis cum utilitatem, tum tranquillitatem ſpectamus, impoſtores diutius ferre non poſſe, Imo vel honeſtiſſimis rationibus nos adductos, repudiaſſe pontificum Romanorum autoritatem, ſententias, decreta, Concilia. Teſtamur denique, nos neque antehac unquam ad publica Chriſtianorum comitia venire recuſaſſe, neque nunc non omnem operam noſtram, ſtudium, fidem polliceri, quo & religio turbata aliquando ſuo loco conſiſtere poſſit, & cæteræ controverſiæ, quæ orbem jam diu vexant, tandem finiantur. Tantum Chriſtianos omnes admonitos etiam atque etiam volumus, nos diutius pati non poſſe, ut ii putentur errores tollere velle, qui modis omnibus hoc agunt, ne quisquam citra capitis periculum eos convellere poſſit. Concilium volumus, expetimus, atque adeo efflagitamus, ſed quale inter Chriſtianos celebrari par eſt, hoc eſt, liberum, quo quisque intrepide, quæ vera ſunt, dicat. Pium volumus, ubi omnes omnem ope-

ram suam Christianæ pietati restituendae, non opprimendae veritati navent. Generale volumus, hoc est, eo tempore & loco celebrandum, quo, sine suo periculo quisque, qui gloriam Christi quaerit, adesse, libereque sententiam suam dicere possit. Tum enim Concilium generale videri potest vel cum nemo Christianorum, qui dissentiat ab Episcopo Romano, abesse cogitur, vel cum, qui adsunt, nullo proposito terrore impediantur, quo minus quæ vere sentiunt, audacter pronuncient. Nam quis est præter pontificem Romanum, Cardinales, & Episcopos aliquot Papisticos, qui non ad ejusmodi Concilium lubentissimo animo veniret? Rursus, quis tam stultus esse potest, ut, cum videat Pontificis Romani causam pene solam agi, pontificem Romanum in hoc Concilio regnare, dominari, præsidere velit? Imo, si iste, qui causam suam nullo modo apud alium quàm se judicem defendere potest, perpetuo judex, litem non tam dirimat, quam impios errores constituat, quid magis in republica Christiana veritati perniciosum excogites, quam generalia Concilia? Atqui ut de istorum audacia aliquid dicam, quo jure, quove titulo ad Concilium à pontifice Romano vocentur reges? An cum olim Concilia omnia Imperatorum, Regum & Principum autoritate, consensu & mandato fieri consueverunt, non par est, vel ut hodie fiant, vel ut cur non fiant, causam adferatis? Verisimilius est, inquiunt, Pontifices Religionis curam suscepturos quam Reges. Expertus est orbis magna cum pietatis clade, quanta fide hoc negotium isti tractent. Annon nunc videmus omnes quam probe Paulus Pontifex constituendæ tyrannidis suæ occasionem captarit? Non videmus, quod tempus homo reli-

religiosus ad generale Concilium delegerit? An non verisimile est, hunc ex animo cogitare de restitutione religionis, qui nunc Concilium indicit, cum Cæsar & Rex Galliæ, duo potentissimi principes, sic acribus studiis inter se bellum gerant, ut neque illis, neque cuiquam Christianorum Regi, ullus Concilii locus relictus videatur? Age vero, age, Romane Pontifex, occasio, quam tot annos tu & tui omnes tam ardentibus votis optastis, contigit, præsentem preme, porrectam ad scelus & fraudes ansam arripe. Convoca Cardinales, creaturas plane tuas ostende, illudendi principibus & populo Christiano occasionem mire in tempore sese obtulisse. O homines, quod ægre dicimus, plane stultos, & quod libenter dicimus, prorsus improbos. Diu apud principes populumque Christianum hac suspicione laborastis, vos quidvis velle potius, qui probe simulatis ac dissimulatis omnia, quam generale Concilium. An tam stultos esse vos par est, ut nunc aperte omnibus ostendatis, nihil moliri vos aliud, quam ut privatis his vestris conciliabulis legitimi, catholici, generalisque Concilii spem omnem orbi præcidatis? Tantumne odium cum veritate geritis, ut nonnisi illa plane in æternum exilium ejecta cessetis? Vivit Deus, nec illo vivo ad tantum dedecus, contumeliam, injuriam veritas vocari potest. Fallimur, ad hæc omnia vocari potest, venire non potest. Quis non vehementer doleat, homines tanta audacia esse, ut aperte hostilem animum in Christum gerant? Rursus, quis non afficiatur summa lætitia, parem cum impietate stultitiam conjunctam esse? Orbis, ô Paule pontifex, non nunc in tenui quadam suspicione versatur, ut olim, imo positas ante oculos fraudes vestras cernit, immor-

tale illud veſtrum in veritatem odium deteſtatur. Vident omnes, quantas tragœdias ille veſter concordiæ unitatisque prætextus in orbem Chriſtianum invexerit. Intelligunt veſtrum faciendæ pacis ſtudium, contra Reip. tranquillitatem, à ſeditione diu ſtetiſſe. Cernunt, vos nunquam acrius religionem oppugnare, quam tum, cum eam maxime defendere videri vultis. Dolent, ſummas ingeniorum vires fraudum patrocinia tam diu ſuſtinuiſſe. Dolent, rationem vim omnem ſuam ad ſcelus, ſuperbiam impietatemque promovendam convertiſſe. Dolent, virtutes etiam aliquot operam ſuam vitiis locaſſe, ſanctimoniam hypocriſi, prudentiam calliditati, juſtitiam tyrannidi. Gaudent, ſacras literas nunc tandem pro ſe, non contra ſe, pugnare. Gaudent, Deum non nunc Deo negotium faceſſere Chriſtum non nunc oppugnare Chriſtum. Gaudent, non tam olim calliditatem veritati vim feciſſe, quam nunc factum eſſe, ne poſthac plus agat contra religionem audacia, quam pro veritate conſtantia poſſit. Vident, olim omnium pene veſtrorum Conciliorum finem fuiſſe LUCRUM. Vident, veſtra commoda vel cum veritatis interitu vos ambiiſſe, vos maluiſſe Evangelicis præceptis fraudem facere, quam veſtram autoritatem, hoc eſt, audacem impudentiam labefactatam cernere. Certe Paulus Pontifex vix hodie aliud agere videri poteſt, qui principibus tot tantisque rerum tumultibus occupatis, ac pene obrutis, etiam Concilium generale, ſi Diis placet, indicit, quam ut poſthac titulum aliquem habeat, quem ſuæ improbitati prætexat, ſi tum is ad Concilium venire recuſet, cum tempus & locus commodior de religionis negotiis conſultandi ſeſe obtulerint. Licere ſibi putabit, par pari

i referre. Putabit fas , tum non venire, quod eges hodie non veniant, Superi velint, ne perpetuo mutuis conviciis nos inter nos rixemur, neve cum maxime diſſentiamus, jactemus utrique, nos meliorem partem defendere. Velint, ut veritas firma tandem & conſtituta nefarios mpoſtorum conatus frangat. Velint, ut orbi Chriſtiano reddita pax & tranquillitas diſceptandi empus & ſpatium de religione Chriſtiana aliquando dent. Niſi enim Reges inter ſe conveniant, depoſitoque bello pacis artes amplectanur, non videmus, quid aliud ſit Concilium indicere, etiamſi Concilium maxime expetis, quam oleum & operam perdere. Immo vero, cum illi bello & armis occupati, nihil aliud quam bellum cogitent, Pontifex non omnia in rem ſuam converſurus videatur, non confirmaturus errores, ſi iſtis abſentibus Concilium ſuffuretur. Nimirum cum illis non vacet adeſſe, qui alioqui adfuturi erant, & nobis de jure noſtro tantum Pontifici cedere non lubet, non ille & in rem ſuam, & in errorum defenſionem, pulchre omnia ſtatueret? Quomodo quisquam noſtratium Mantuam, tot periculis adeundam, tam procul à nobis diſſitam, tot tuis, ô Paule, parentibus, cognatis, amicis, quos vel eadem patria, vel naturæ fœdera, vel lucri ſpes, vel alia quævis cauſa tibi paravit, undique circumſeptam, non recuſet adire, qui prorſus amens non ſit? Annon perire dignus eſt, qui vivus videnſque in flammas ſe conjicit? cum is de vita periclitetur, qui Cremonam, Mantuæ vicinam urbem, hac tempeſtate adierit, hoſtis tuus, hoc eſt ut vulgus hæreticorum hominum interpretatur, hæreticus, an noſtratium quisquam tuto vel intra Mantuæ muros verſabitur? Quid quod Mantua, ſi juſtus cele-

 brandi

brandi Concilii numerus eo accedat, vix tot ho
pitibus excipiendis satis ampla est? Quid quo
iter omne, quo hinc Mantuam usque nostr
eundum sit, plenum periculis est? An nescit
hanc Legum omnium vocem & sententiam esse
cogi neminem per loca nusquam tuta ad Con
cilium venire? Quid quod hactenus nullam eun
di & redeundi liberam facultatem, nullam secu
ritatem ab iis, quorum sub ditione ea loca sunt
nobis impetraveritis? Quid quod, si hanc etia
impetrassetis, temerariorum notam subeamus no
qui cum justo alioqui timore deterreri & potu
mus & debuimus, tam periculoso itineri nosm
commiserimus? Nam næ ille profecto, qui r
bus sic se habentibus, ut nunc se habent, ex An
glia ad Mantuam proficiscitur, securus esse po
test, si mentis illi nihil sit, certe tutus esse no
potest. Nam cui ignotum est, quoties Roma
pontifices in hujusmodi negotiis fidem fefell
rint? Quoties per pontificum fraudes, perfidia
& scelus interierunt hi, qui data fide, neque i
itinere, neque interea Concilii, neque dum red
rent, quicquam periculi illis creatum iri, ad Con
cilium venerint? Novum non est Papas perf
dos esse, promissis non stare, contra jusjuran
dum, bonorum virorum sanguine cruentas ma
nus fœdare? Sed nimium diu in istis moramur
quæ nobis cum cæteris nationibus communia sun
ista diutius non persequemur, ad ea orationem
conversuri, quæ privatim & seorsim cum Anglo
rum Regem, tum omnes Anglos commover
debent.

Estne quisquam hominum, qui nesciat, Pau
lum Pontificem animo plane hostili in Regem
esse? illum modis omnibus omnes insidias stru
re saluti cum regis, qui tyrannum ejecerit, tu

piscoporum ac nobilitatis plane interitum mo-li, quod summis illorum studiis ejectus sit? Quis non videt, hominem adeo jam flagrare odio, ut diutius vel iræ impetum cohibere, vel insidias tegere non possit? Apertus est hostis, non dissimulat, neminem non provocans in Regis caput, in regni cladem neminem non armans. Jam totum triennium nihil aliud quam populum Britannicum, nunc pecuniis, nunc ultro delatis honoribus, ad seditionem concitat. Nihil dicemus, quanto studio, quanto cum scelere, principes Christianos contra nos excitare conatus sit. Haud dubie homo Christi vicarius, vitâ ostendit, quomodo, quæ Christus dixerit, intelligat. Vicarium se putat, cum sibi liceat illud Christi dicere. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Gladium inquam, non illum, quo Christus suos armatos voluit, sed quo immanes homicidæ in proximorum sanguinem, cædem, strages abutuntur. Non valde miramur, si sæpe in alios sæviant, cum nobis, quorum beneficia nec mediocria senserint, pro gratia contumeliam, pro bene meritis injurias rependere studeant. Non libet hic commemorare, quot nostra officia, in pontifices Romanos collata, perierint. Valeant ingratissimi homines, indigni plane vel hominum nomine. Certe ejusmodi, ut nescias, Deusne, an homines eos pejus odisse debeant. Nos, nisi didicissemus, vel inimicis bene velle, quid istis tam malè imprecemur, quin minus quam pro eorum in nos maleficiis imprecati videamur? Tantum hoc imprecamur, Deus mentem meliorem illis ut det. Nos, gratia sit superis, seditiosos illorum conatus irritos reddidimus, ita tamen, ut perpetuo nobis ab inimicis cavendum arbitremur. Certe quamdiu isti nobiscum simultates

tates gerunt, non committemus, ut grex à [illegible] bis desertus à lupis sanguinariis dilanietur. [illegible] insidiæ omnes nunc cum nulli, nisi insidiato[illegible] bus, obsunt, consumantur. Sæpe indicent, qu[illegible] nobis male velint, quam cupiant nos lædere. [illegible] gnitus hostis nonnisi stultum & incautum læ[illegible] Manet, manet alta mente repostum spreti ju[illegible] cium Clementis septimi, Pauli tertii. Metuu[illegible] ne si nos damno nullo afficiamur, cæteris pri[illegible] cipibus Christianis exemplo simus, ut Roma[illegible] Pontificis injustum alioqui imperium diutius n[illegible] ferant. Docent suæ tyrannidi, avaritiæ, supe[illegible] biæ, iter omne apud Anglos præclusum esse. [illegible] gre patiuntur, à majoribus nostris concessa pri[illegible] legia, hoc est, liberam prædandi illudendiq[illegible] civibus nostris, atque adeo nobis ipsis, erepta[illegible] licentiam. Iniquum putant æqua à se postula[illegible] qui legibus nullis se subditos esse volunt. Inj[illegible] riis affici se credunt, quod illi alios ne afficia[illegible] prohibeantur. Vident interdictas indulgentiaru[illegible] merces, ingentem auri vim hinc sibi periisse. D[illegible] plomata nulli jam obtrudi posse. Nimirum A[illegible] glia infantiam posuit, Nemo est, qui nesciat stulte facere eos, qui aurum plumbo, etiam Petri & Pauli facies ad imposturas prostet, com[illegible] mutant. Imo dolent sanctorum vultus horu[illegible] audacia, ad quæstum cogi. Certe nisi superi n[illegible] bis irati mentem adimant, Papæ nomen etia[illegible] apud Anglos brevi interciderit, nedum autorit[illegible] ulla illi fuerit. Profecto jus ille suum in nos cives nostros posthac nunquam exercebit. A[illegible] illo Consilium petere tum volumus, cum lub[illegible] decipi, falli, errare. An si ex fraudulenter j[illegible] ctis fundamentis fraudulentam fore totam fabr[illegible] cam conjicere fas sit, ab istis expectas aliud quam pietatis Christianæ Cruces, carceres, flam[illegible]

mas

rs? Veritatis vulnera? cicatrices? interitum? Aud si quid erit in hoc Mantuanensi consessu tutum, nobiscum cogitate, Pontificum non mediocrem laudem esse, honestatis specie ad honestatis perniciem subinde abuti. Volunt, cum libet, quædam in gratiam concessisse videri, nusquam magis metuendi, quam cum maxime nobis obsecundant. Falli volunt, hoc est, patiuntur quædam sua dogmata explodi, abusus aliquot reprehendi. Verum cum ista largiuntur, plura & longe graviora poscunt. Vix fieri potest, ut tibi ab istis satis caveas. Profecto accedat ad has technarum nundinas, ad has fraudum officinas, qui volunt, nos jus nostrum incolume volumus. Nos neque veniemus ipsi, neque unquam nostrûm procuratorem illic esse patiemur.

Hactenus hanc rem ita disputavimus, perinde ac si Mantuæ Concilium futurum esset. Nunc pacis de ea bulla dicemus, quæ nuper Concilium ad Calendas Novembres, nullo, ubi celebretur, designato loco, prorogarit. An non verisimile, si nusquam celebretur, si Papa locum nullum, quo victoriam sperantes mystæ sui confluant, reperiat, si denique Concilium nullum nullibi sit, nulla decreta in eo contra religionem Christianam constitutum iri? Factum, ita Deus bene amet Paulum & suos, factum bene. In aliud tempus Concilium Mantuanense protrahitur. Quamobrem tandem? Cur, cum ii jam in urbe Mantua sunt, qui tuis bullis parendum censent. Cur pollicitis, Paule, non stas? Cur non cogis Concilium? Bulla nobis obstrepit, Audimus, Dux Fredericus nobis super hoc respondens, non parvam huic negotio intulit difficultatem, asserens militare præsidium, & pro eo

nu-

nutriendo ſtipendium neceſſarium eſſe. Id quod inquit, nihil aliud erat, quam civitatem prædictam manifeſte negare.

Quæ contumelia magnanimos heroas unquam tetigerit, ſi iſta tam inſignis eorum omnium animos non commoveat, non acerbet, non exulceret? An non aperte irrides, & plane contemnis Cæſarem, reliquosque orbis monarchas qui ad eam urbem, maximo cum rerum ſuarum diſpendio acceſſuros, accerſis, quam ne ipſe tu Concilii celebrandi cauſa intrare poſſis Si ulli unquam Reges habiti ſunt ludibrio, n tu Paule Reges bis ludibrio habes, vel quod vocas, quo venire non poſſis ipſe, vel quod Concilium differs, nec ullum locum deſignas? A ſi tibi paruiſſent, iterque, cum tu primum a Mantuam neminem non vocares, ingreſſi fuiſſen non probe deriſi domum rediiſſent? Habes nimi rum, cur poſthac Principes accuſes, ſi minus v nerint vocati, quos cum vocas, ſic contumeli ſe derides. Finge omnes imperium tuum agn ſcere, omnes tibi parere debere, an non vere dum, ne ab obedientiæ officio diſcedant, ſi tuo imperio in eos ſic abutare? Nunc vero cu illi tibi parere nullo modo debeant, tu omni h manæ creaturæ, nedum Regi, tanquam præ cellenti, obedire jubearis. Potes poſthac ſpe re Monarchas morigeros, quos tam aperte lu ac deludis? Quis unquam tam temerarius, a dax, impudens, ut Reges ad Concilium voc neque certum aliquem locum, ubi conſulten illis ſignificavit? Paulus vocat Reges ad Con lium. Quò? Nusquam. Quid eſt Regum M jeſtati illudere, ſi hoc illudere non eſt? At t dem homo memor, quanta injuria vel contun lia potius omnes affecerit, dolere ſe ſimul

Magn

Iagnum profecto illi negotium, dolorem simu-
re, qui nihil non probe norit simulare. Falsum
fuisse dicit, sperasse se dicit, Ducem Mantuæ
benter passurum, ut Mantuæ Concilium fieret.
ux passurum se negat, nisi dato præsidio. Pau-
s hinc veretur, ne aliqui indictioni suæ confisi
er ceperint, metuit, ne rectâ Mantuam pro-
effi sint, unde jam exclusi, magno cum suo
commodo domum repetere cogantur. Verum
omnes intelligant, quam nihil Papæ metuere
ssint, ait se æquiore animo hanc orbi illatam
juriam ferre, quod aliena, non sua culpa hic
ccatum sit. Hanc vero? Non satis est tibi
sentes contumelia affecisse, nisi tua culpa Fre-
ricum Mantuæ Ducem oneres? Quid peccat
le, quod tantum hominum numerum intra ci-
tatis suæ muros, nisi accepto militum præsidio,
recepturum negarit? Tu qui venerabiles fra-
es tuos, Patriarchas, Archiepiscopos, Episco-
os & dilectos filios tuos abbates, & cæteros Ec-
lesiarum & monasteriorum prælatos fulmine fe-
s, nisi illic sint, ubi esse non possunt? An
aculata fulmina pro tuo arbitrio revocantur,
uoties libet? At pulchre te purgas, omnique
imine facile te eximis, qui dicis, te judicasse
m incongruam, & mali exempli, armatum
oncilium celebrare. Nonne bellum hoc, &
ane paparium? Si non das præsidium, Dux
on permittit tibi & tuis Mantuam suam, sin das,
æter juratos tuos eò accedat nemo. His arti-
us facile declaras quod omnes jam diu suspi-
ati sunt, te omnino generale Concilium nol-
. Vis omnes adesse ad Calendas Novembres,
ec, ubi tum tu futurus sis, etiam dum nosti.
uanquam quid attinet, quò nos voces, cum
aria sunt nusquam esse, & ibi esse, ubi Con-
cilium

cilium fieri non possit. Nullus locus perinde t bi servit, qui prorsus decrevisti, nullum Conc lium haberi, ac quisque locus. Imo præstiter tibi, qui tecum statueris non adesse, nullum quam certum aliquem locum præscribere. Facil fidem literas, si nihil pollicere. Nonnisi seme Principibus illusisse, in Papa magna quoque lau est. Certe si quem tandem locum designet non dubium est, quin vel ad civitatem aliquan suam (suæ putantur verius quam sunt, quas & majores sui per vim & dolos sibi compararunt, & iste contra jus & æquum malæ fidei possessor, de turbatis iis, ad quos jure hæreditario venire debent, occupat) vel ad cujusquam alterius principis imperio subjectam nos vocet. Ad illam nemo unquam, cui aliquid mentis est, si ab isto dissentit, sese contulerit. Et si eò nos invitet ubi nec is esse potest, nisi exercitum alat, annon plus quam stulti sunt, qui semel illusi, bis s decipi patiantur? Annon verisimile est, nos deceptum iri, si illi credimus, qui promittit, quod præstare non potest, si velit, nec vult, si posset? Sed in re, quæ nihil ad nos pertinere videri potest, nimium diu moramur. Nam locum reperiat, quem velit, tutum, quò omnes tuto sine ullo vel periculi metu accedant, nos, isto vocante, ad nullum unquam Concilium veniemus. Imo & Paulo & suis hoc, quod sæpe diximus aperte dictum volumus, nullum jus illis in Anglos esse, nos nullum illis cedere, & id quicquid est, quod à nobis olim per vim & scelus extortum est, jure, & optimo jure, repetere. Olim dedimus vobis primatum, si à nostro consensu vestra in nos autoritas initium habeat, per nostrum quoque consensum finem habeat, Cur enim qu dedimus, sustulisse non possumus? Olim scrip-

simus

ſimus, nos Pontificibus minores eſſe, minores quamdiu nobis viſi fuimus, illis libenter paruimus. Longe alia nunc ſcribimus. Et proinde, ſi poſthac eorum decretis non obtemperemus, non eſt, quod valde mirentur. Leges cum civiles, tum Dei pro nobis pugnant. Non enim amittit libertatem ingenuus, imo nec libertatis cauſam lædit, qui ſe ſervum ſcribit. Si conſuetudine nos oppugnant, Cypriano reſpondeant volumus, qui, cum veritas abeſt, putat, conſuetudinem nihil aliud, quam erroris vetuſtatem eſſe. Quid quod Chriſtus perpetuo dixit, Ego ſum via, veritas & vita. Nunquam dixit, Ego ſum conſuetudo. Et proinde cum hac parte pro vobis conſuetudo, ex illa pro nobis Sacræ literæ pugnent, audetis in harenam deſcendere? Chriſtus quoties vos admonet (ſi tamen ejus diſcipuli eſtis, qui præceptore veſtro multo doctiores illius leges violatis, veſtras traditiones extollitis) ut nullo quæſito primatu vosmet cæteris non anteponatis. Sed non commorabimur in re aperta. Cauſum optamus, ut Cæſaris & Chriſtianorum principum autoritate Concilium generale, idque liberum, ſit, uti veritati & religioni conſulatur, quæ hactenus non alia re magis oppreſſæ ſunt, quam iſtis Romanorum Conciliis, vel ut verius dicamus, conciliabulis. Jampridem in immenſum creſcunt errores, abuſus, impietates. Erudimini tandem, qui judicatis terram, & tot malis, tantis ægrotantis Eccleſiæ morbis, aliquid ſaltem remedii excogitate. De generali Concilio, qui prudentiores ſunt, vident plane deſperandum eſſe. Nos optimum arbitramur, ut interea, dum magis Concilium optamus, quam ſperamus, ſui quisque regni errores ſua autoritate tollendos curet. Conſilii noſtri omnes participes eſſe volumus,

ſi rectâ monuiſſe videbimur, non credimus hortatore opus eſſe, qui ad hæc eos invitat. Bona ſpes nos habet, quemque Regem Regum Majeſtati jam pene reſtitutæ adfuturum. Non alent poſthac lupi catulos. Non, ſi nos audient, callidis Paparum commentis, audaciæ, impietati ſubſcribent.

Cœptis favete Principes, veſter honos, dignitas, majeſtas reſtituta eſt. Memineritis, hoc unum ad veſtrum officium vel maxime pertinere, ut veritati religionique Chriſtianæ operam veſtram navetis. Cavete, ne plus hoſtium doli, quam veſtra virtus poſſit. Nobiscum bellum gerite cum Pontificum vitiis æternum. Ita eorum decretis aures veſtras accommodate, ut ſi quid vel in hoc Mantuanenſi, vel quovis alio Concilio decernant, quod religionem adjuvet, veritatem illuſtret, id libenter amplexemini. Non quidem quod à Pontifice ſuisque Cardinalibus decretum eſt, ſed quod hic honos religioni veritatique perpetuo deferendus eſt. Vera enim & honeſta etiam ab Ethnico libenter diſcimus.

Atqui quemadmodum libenter ea admiſerimus, ſi qua ſunt, quæ Chriſtianæ pietatis negotium promovere videantur, ita ſi quicquam ſtatuant in veritatis præjudicium, vel quod ad eorum primatum poteſtatemve papariam confirmandam faciat, vel quod Regum jus, autoritatem, Majeſtatem minuere, lædere, violare videatur, hac noſtra teſtatione orbi denunciamus, nos eorum nihil neque probare, neque unquam probaturos.

Habetis, Chriſtiani orbis incolæ, quæ de Concilio generali nos in præſentiarum ſcribenda putavimus. Arbitramur, vobis planum eſſe, Epiſcopum Romanum ſibique addictos Cardinales, Epiſcoposque non hoc animo Concilium velle, u

verita

veritas regnet, sed ut hæc una cum Christo conculcetur.

Intelligitis, non hoc tempus Conciliis celebrandis idoneum esse, non Mantuam locum esse idoneum, multo minus nullum locum idoneum esse. Videtis ubi sit, nos neque ipsos venire debere, neque quenquam nostra causa eò mandare. Videtis, vix tenuem spem Concilii generalis esse. Admonitos vos videtis, quo pacto quisque principum domi suæ res religionis, alioqui turbatas, tranquillet. Si quis vestrum meliora adferat, pollicemur, nos ea libenter facturos, quæ maxime à religione stent, neque nos nostro consilio usuros, si quis nobis rectius consulat.

Quem animorum nostrorum affectum Deus Opt. Max. qui dedit, pro sua bonitate, non tam in nobis augere, quam in omnes vel eum ipsum, vel meliorem effundere dignetur. Cui honor omnis, omnis gloria, in omnia secula seculorum. Amen.

VIII.

Excerpta ex literis C. A. HEUMANNI ad Editorem.

LEgi pereruditam Tuam de THEOPHILO (a) disputationem, in qua etsi amplissima Tua lectio pæne innumeros Tibi suggessit Theophilos, unum tamen habeo, quem pace Tua aggregem tuis Theophilis. Scilicet Tomasinus lib. de Donariis cap. 26. p. 189: exhibet quendam

 Cedi-

(a) Vide Cl. IV. fasc. III. p. 470. sq. & sqq. Deinde comperi Joh. Ad. *Osiandrum* de THEOPHILO Κρατίστῳ vulgasse diss. Tubingae 1659. in 4. sed eam intueri oculis non licuit. T. d. H.

Cedicium Theophilum, cujus mentio fit in inſcriptione (b) ibi exhibita. Quod ad Tuam de Theophilo Lucæ ſententiam attinet. qua Theophilum, Pontificem Judæorum maximum, ab eo reſpici putas, fateor, Tuam iſtam ſententiam quantâ potuit probabilitatis luce abs Te perfuſam eſſe. Illud unum, quo minus Tecum ſentiam, obſtat, quod ex verbis Lucæ apparet, Theophilum illum non fuiſſe hoſtem ſectæ Chriſtianæ, ſed miti ingenio præditum Chriſtianis ſe præbuiſſe ſatis æquum; cum Pontifex ille Hieroſolymitanus fuiſſe videatur acerrimus Chriſtianorum hoſtis. (c) Sane ſi æquior cæteris Judæis erga Chriſtianos fuiſſet, videtur Lucas ejus rei æque mentionem facturus fuiſſe, ut Gamalielis & Gallionis. Quod porro exiſtimas, VIR celeberrime, Theophilum omnino potuiſſe eſſe Chriſtianum, cum & Sergius Paulus aliique magnæ dignationis viri jam tum Chriſto nomen dederint; (ex quibus Pomponiam Græcinam, quam ab Heineccio præteritam eſſe miraris, etiam Chriſtianis ad-

(b) At vero eam jam citaveram Cl. IV. p. 479. ex Reineſio, ubi tamen mendum operarum eſt, neque enim legendum *Cardicius*, ſed *Caedicius*. T. d. H.

(c) Neque id obſtat ſententiæ meae. Potuit enim Chriſtianorum hoſtis eſſe Theophilus, & creſcente aetate mutaſſe ſententiam. Potuit eorum hoſtis eſſe ad extremum vitae halitum, neque id impedit, quo minus, cum tam multa de Chriſtianis, eorumque religione ad eum deferrentur, rerum illarum curioſus exactiorem de iis notitiam deſideraverit, atque ita D. Lucae occaſionem praebuerit, Evangelium ſuum, tanquam Chriſti, ejusque Legatorum, hiſtoriam Apologeticam conſcribendi. T. d. H.

adſcripſit Huetius Demonſtr. Evang. Prop. III §. 21. pag. 71.) haud ſane ignoravi, quod affers, imo ipſius Sergii Pauli in ultima diſſertationis meæ pagina liquidam feci mentionem. Sed velim recorderis argumenti illius, quo uſus negavi, Chriſtianum fuiſſe Theophilum noſtrum. Primo enim oſtendi, id non debere credi, niſi afferantur lucidiſſimæ probationes. Deinde ex ſilentio Lucæ ſatis clare probavi, opinor, Theophilum non fuiſſe Chriſtianum. Sane ſi Theophilus ex ethnico præſide factus fuiſſet Chriſtianus, ea res miraculi inſtar habens non fuiſſet à Luca prætерita ſilentio. Imo vix dubitari poteſt, eum in *Actis Apoſtolorum* facturum fuiſſe mentionem converſionis Theophili, ſicut ibi relatam legimus hiſtoriam de converſione Sergii Pauli. Sed ſatis dixi de Theophilo. Quod attinet ad Tuam diſſertationem, quam nuper in *Bibliotheca Bremenſi* (d) exhibuiſti, de phraſi *tegere pedes*, gratias Tibi ago debitas, qui novam veritatem cum Scripturæ S. interpretibus feliciter communicaris: nec dubium eſt mihi, lectores omnes, quotquot ſapiunt, Tibi aſſenſuros eſſe applauſurosque.

Scripſeram hæc, cum oblata mihi fuit Celeberrimi Fratris Tui de Theophilo diſſertatio multo doctiſſima, Bibliothecæ Bremenſis Tomo IV. inſerta p. 1048. ſqq. Verum nolo, quæ mihi eam legenti in mentem venerunt, proferre, ſed perſpicaciſſimo cuique lectori permitto & ipſius & mea dicta rite ponderanda, ne longiori de uno argumento diſputatione tædium creetur & nobis & legentibus.

(d) Claſſ. IV. faſc. IV. p. 757. ſqq.

I X.

De Brief van den H. Apostel Paulus aan die van EPHESEN *&c.*

Sive

Epistola S. Apostoli Pauli ad EPHESIOS explicata & ad praxin pietatis translata, Authore PETRO DINANT, Verbi divini in Ecclesia Roterodamensi Ministro. Pars Prior Roterod. 1721. in 4. Sex & quod superat Alphabeta continens.

AUthor admodum Reverendus, cum ante aliquot annos caussam totius Scripturæ sacræ feliciter defendisset, (a) singularem eju partem commentario, eruditionem non minus egregiam quam pietatem masculam clarissime docente, illustrare instituit. Ampla operi præmisit Prolegomena, in quibus primo loco Apostolum Paullum vere Epistolæ ad Ephesios scriptorem esse, adeoque Canonicam authoritatem ei competere, demonstrat. Agit deinde de Epheso ejusque,

(a) Titulus libri est: *De Achtbaarheit van Gods Woort, waar in verklaart, bewesen en verdedigt worden, De noodsakelykheit eener openbaringe na den Val; de Goddelykheit der H. Schrift; de onfeylbare leiding der Propheten en Apostelen; de onberispelykheit van hunnen Styl; de Canon, of samenvoeging der H. Boeken: met nog verscheide andere voorname Stoffen, door* PETRUS DINANT Rotterd. 1709. 4. Opus sane multivaria doctrina refertum.

que, cum Apostolus hanc epistolam conscriberet, statu: de Dianæ cultu: de incolarum genio: de magicis Judæorum illic degentium artibus: de literis Ephesiis: de Apollonio Tyanæo in urbe illa fraudes suas exercente. Hinc refutat Grotium, qui Marcionem secutus non ad Ephesios sed Laodicenses scriptam hanc epistolam credidit. Sententia quoque Usserii, qui non ad solos Ephesios sed plures Ecclesias destinatam, ideoque pro *encyclica* habendam putat, examinatur ac rejicitur. Quoad scopum epistolæ modeste dissensum Rev. Author à *Salomone van Till* profitetur, qui putat, Apostolum prævidisse periculum ab Apollonii Tyanæi seductione Ecclesiæ imminens & contra id munire fideles voluisse. Adsurgendum potius putat Heideggero & præcipue Grotio scopum Apostoli latius extendenti, ad confortandum Ephesios contra Philosophos gentilium & Judæos, Christianorum doctrinam varie oppugnantes. Tempus scriptionis incertum putat, & licet quidam ad prima, alii ad postrema vincula, in quibus Paullus Romæ hæsit, id alligent, in medio tamen hanc controversiam, cum ab utraque parte nodi supersint, relinquit.

In tractatu ipso homiletica methodo Cl. Author procedit, ita ut singulos textus post aptum exordium primo accurate explicet & deinde ad vitam Christianam formandam transferat. Ex densa pulchrarum observationum sylva quasdam tantum seligemus, unde patet, quam lucidam obscurioribus etiam hujus epistolæ locis facem accendat. Ad phrasin ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν Χριςῷ indicatur, bis tantum hanc vocem in N. T. occurrere, Rom. XIII. 9. & hoc loco, ubi recte verti censet, *in unum recolligere*. Desumtam enim vocem esse ab arithmetica, in qua plu-

 res

res numeri præmiſſi in unam denique ſummam reducuntur. Inde etiam transferri ad rhetores, qui poſtquam rem aliquam prolixe pertractarunt, finientes dicta compendio exhibent, quæ epitome κεφάλαιον dicitur apud Græcos ſcriptores & Hebr. VIII: 1. ipſaque talis dictorum in ſummam contractio ἀνακεφαλαίωσις: quod etiam adhiberi poteſt de Duce exercitus, milites diſperſos in cohortes ſuas reducente. Quosdam jam Patres in noſtris verbis ἀνακεφαλαίωσιν πάντων *in Chriſto* interpretatos eſſe de actuali implemento omnium, quæ de Chriſto prædicta & præfigurata erant, ita ut ille omnium Prophetiarum ac typorum centrum finisque ſit. Hoc, licet in ſe verum, in loco tamen præſenti non ſufficere, cum *omnia*, quæ recolligenda ſunt, comprehendant, quicquid in cœlo & terra eſt. Totum ſane ratiocinii Apoſtolici nexum id indicare, quod reſpexerit inſtaurationem rerum omnium per munus mediatorium Chriſti, per quod omnis hiatus, omnisque diſperſio & confuſio per peccatum coorta, eſt deleta, priſtinaque concordia & felicitas, qualis ante lapſum fuit, poſtliminio emerſit. Quare Interpretem latinum vertiſſe: *reſtaurare*, quod non minus aptum ſit, quam *recapitulare*; licet Hieronymus Comm. ad h. l. poſterius præferat, aut potius ipſam vocem Græcam in Latina verſione ſervandam eſſe judicet. Hinc per partes reconciliationem tum Dei cum peccatore, tum peccatoris cum omnibus creaturis, tum Judæorum cum Chriſto exſequitur. Hanc omnium collectionem cœptam ab omni ævo, promotam in œconomia N. T. ad ſummum denique cacumen perducendam in cœlis. Ubi tamen cavendum, ne cum Origene ultra, quam fas eſt, ad collectionem ipſorum Diabolorum & damnatorum dictum Apoſtoli extendamus.

Epheſ.

Ephes. I: 14. ambiguum est, quomodo ἀπολύ-τρωσις τῆς περιποιήσεως debeat intelligi. Quidam enim per περιποίησιν ipsam Ecclesiam designari aestimant, quae λαὸς περιποιήσεως dicitur 1. Petr. II: 9. Nostro Authori id incommodum videtur, quia modo mentio fuerat facta Ecclesiae sub voce ἡμῶν. Quare ipsi potius videtur, ut cum Belgis Interpretibus reddatur per *redemtionem reportatam* seu *plene acceptam*. Redemptio enim & salus Ecclesiae destinata quidem est in decreto aeterno, acquisita per Christi sanguinem, promissa in verbo, secundum primitias concessa in hac vita; neque tamen plene possidenda datur, nisi post mortem & judicium. Tum non erit amplius *sperata* & *promissa*, sed in fruitionem concessa.

Eph. I: 17. emphatice explicatur, quomodo Deus dicatur *Pater gloriae*. Nomen *Patris* inter divina, ab ipsis gentilibus relatum esse in antecessum exemplis probatur, quod tamen sensu longe excellentiori eidem Scriptura tribuit. Pater vero *gloriae* dicitur, tum ob infinitas perfectiones, quas possidet, quasque modo plane glorioso in opere redemtionis revelavit: tum quia primus fons est omnis gloriae, quae in creaturis, in Angelis, in Ecclesia, in coelo & terra micat: tum quia illi ab omnibus creaturis propterea honor debet reddi. Emphatice etiam *gloria* haec cum nomine *Patris* construitur, ut doceatur, gloriam non esse amplius inaccessibilem, & peccatorem ad propiorem ejus adspectum ac communionem per fidem admitti.

Circa τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ Ephes. II: 14. notatur, Apostolum alludere ad Templum non tantum velis suis Israëli occlusum, sed etiam muro atrium Israëlis ab atrio gentium dividente cinctum,

 alti-

altitudine trium ulnarum, cui Græcis ac Romanis literis inſcriptum erat: *Μὴ δεῖν ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παριέναι* *In locum ſanctum tranſire alienigenas non debere*, referente Joſepho de Bello Jud lib. VI. c. 14. Illo muro publicum documentum excluſionis gentium a communione Judæorum exhibebatur. Fons vero & nutrimentum hujus ſeparationis erat Lex ceremonialis, quæ propterea muro hinc comparatur. Hæc enim ratio inter alias fuit inſtitutæ illius Legis, ut Judæi a coeteris terræ incolis ſegregarentur, in quem finem talia præcepta circa ritus tum eccleſiaſticos tum politicos dabat, quæ magnam partem e diametro conſuetudini gentilium adverſabantur. Qua occaſione ſententia Spenceri & Marshami de Lege ex moribus gentilium & ſigillatim Aegyptiorum hauſta refellitur.

Ad cap. III. 18. ubi generatim Apoſtolus commemorat *τὸ πλάτος καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος*, poſt examinatas diverſas ſententias, ei tandem ſubſcribitur, quam Theophylactus amplexus eſt, ex qua ſubjectum, cui diverſæ hæ dimenſiones applicantur, non eſt aliud, quam ipſum redemtionis opus, quod adſtruitur tum ex nexu tum ex locis, in quibus eidem huic operi Pſ. XXXVI 6. XCII: 6. altitudo ac profunditas adſcribitur. Rationes vero variæ hujus denominationis adduntur (1) ut abſoluta hujus operis perfectio indigitetur, ob quam inſtar conſummati ædificii plenam menſuram habet. 2) Latitudo, profunditas, longitudo, altitudo, nil niſi externæ tantum figuræ ejusdem corporis ſunt, pro vario ſitu eorum, qui id intuentur. Ita opus etiam redemtionis ſub variis formis in diverſis temporibus Eccleſiæ eſt propoſitum & conſideratum in promiſſionibus, in umbris Legis, in ipſo denique implemento

3) Pluralis

) Pluralis mensurationum numerus pluralitatem eneficiorum gratiæ simul indigitare potest. 4) Ma-is etiam proprie singulæ mensuræ operi salutis ribui possunt. *Latitudo*, quia nulli amplius gen-i adstrictum; *Profunditas*, non solum, quia Deus habitat apud fractos corde, sed etiam quia ic abyssi sunt cognitionis: *Longitudo*, quia jam nte jacta mundi fundamenta delineatio ejus ope-is est facta, & duratio ejus per omnes mundi ae-ates in æternum se extendit: *Altitudo*, quia a te-uissimis initiis paullatim per diversos gradus ad ummam perfectionem adscendit & objecta sua upra visibiles cœlos exaltat.

Hæc specimina sufficiunt, ut de diligentia & tudio Cl. Authoris in affundenda divinæ huic Epistolæ luce constet. Quare ex animo vovemus, it altera quoque Commentarii hujus pars, quæ rælum jam nunc exercet, in gratiam Φιλοβίβλων mox in dias luminis auras prodeat. F. A. L.

X.

Continuatio Catalogi librorum à REFORMATIS editorum BELGICE.

HOnigraad der verdrukkingen, of een Bundelken van Leerredenen over Rom. V: 3-5. Ps. XXXIX. 10. XCIV. 19. sprekende van de verdrukkingen der Gelovigen en hun gedrag en vertroostingen in deselve. Dese derden druk vermeerderd met Ps. CXIX: 75, 56. en J. la *Placette* over het gebruyk der vertroostingen. Door J. D'OUTREIN, Pred. tot Amsterdam. Amst. 1720. 8.

De Onderwerpen van den Heiligen Doop nader bepaald door Gerhard *Meier*, &c. Vide Cl. IV. fasc I. p. 167.

Ver-

Verklaringe der H. Gelykluydende Texten, uyt het Oude en 't geheele N. Test. en voor a den brief van Paulus aan de Hebreeen werden a gehaald, eertyds opgestelt in de Latynsche T door Fr. JUNIUS, in syn leven Professor der Godgeleerdheyt te Leyden, nu in 't Nederduyts v taalt door R. O. in 2. delen, waar van het eer is verryckt met een voorrede tot de gemeente Cl sti te Delft, zynde een Inleyding en Voorberi zo tot onderzoek van die H. Gelykluydende Te ten, als tot een nuttig gebruyk van dese uytl ginge over deselve. 't Tweede deel is verrykt r eene Voorrede, in de welke na de te voren g stelde ordre word verklaart en betoogt Act. I 22, 25. & VII: 37. coll. Deut. XVIII: 15, 18, Ook word in dese voorrede voorgesteld eene ko te aangeschakelde ontleding van den brief van Pa lus aan de *Hebreen*, na de opvatting van den H *Junius*, door Johan Adriaan THIERENS, Pr dikant tot Delft. Delft. 1720. 8.

De Spiegel der Selfskennis, door Bernard FREEMAN, Predikant op Nieuw Jorck, eerty Nieuw-Nederland, Amst. 1720. 8.

Het Heilige Bruid-Cieraat der Bruiloftsgast des Lams aan zyne Verbonds tafel, in eene Verha deling van het rechte gebruyk des H. Avondmaa benevens eenige daar toe behorende uitgelezene Pr dicatien tot gemeene stichtinge opgesteld door Adolf LAMPE; Amst. 1720. 8. 31. bl. V. Rep. d Gel. Jul. & Aug. p. 140.

De Christelyke Zedekunst, of Schriftuurlyke natuurkundige Grondregels om Godvrugtig te l ven en Zalig te sterven. In het fransch beschreve door Benedictus PICTET. Naar den laatsten dr uyt het oorspronkelyke vertaalt, ook met Kantt keningen en toepassende vaerzen verrykt door Fra cois *Halma*; Leuwaarden 1720. in 4. maj. p. 13 V. Rep. der gel. Jul. & Aug. p. 47.

Me

Meditatien of Bedenkingen over den Sendbrief va Paulus aan de *Romeinen*; waar in het oogmerk d: Apostels uyt desselfs redeneringen, en de kragt dr Spreekwyzen is nagedagt, en in het ligt gesld door Clemens STRESO, in syn Eerw. leven Idienaar des H. Euangeliums te Amsterdam. Anst. 1721. 4. pagg. 811.

Liber hic editus est cura Zachariae Jocobi STRESONIS, V. D. M. Meppelensis auctoris, de quo de Cl. I. fasc. IV. p. 579. 580. Fil. Præmisit i: præfationem, in qua argumentum totius Epistlæ ex sententia Parentis sui exhibet.

Raad of beschermmiddel tegens het Pausdom dor D. SCHERLOOK, Deken van de Paulus Erck tot Londen, en Verhandeling van de voorsnigheyd door den selven Autheur, beyde uyt lt Engels vertaalt. Utrecht 1720. 12.

De Beginselen van de waaragtige, zekere, nuttge Philosophy, in de H. Schrift geopenbaart, e met de self aandoenende ondervinding, soo gesstelyke als lichamelyke, vergeleken, benevens en voorgaande ondersoek over de tweede oorsaken, e werking van de selven in afhanginge van God, door Bartholomeus van VELSEN, P. D. A. L. M. n predikant te Rotterdam. Rot. 1720. 2 delen 8.

Verklaringe over den propheet JESAIAS en sulks bevestigt uyt het Euangelium ten dienste van het ud en nieuw Israël; door Hero SIBERSMA, Predkant tot Amsterdam; Amst. 1720. 4. De opdragt aan de edele Heeren Parnassien, de regenten van e Joodsche Synagoge.

De leerredenen over verschevde Texten van de I. Scrift door den Heer J. SAURINS, Predikant n de Fransse Gemeente in s'Gravenhage, en in 't Nederduyts vertaalt door J. *Schoolhouder*; derde deel. Amst. 1720. 8.

Korte

Korte verklaring van het *Liedt van Hanna* 1 Sa
II: 1-10. Pf. VIII: & cap. XXV: Matthæi, do
Arnoldus RUIMIG, Predikant in de Grolde. Le
den 1721. 8. 26. pl. Rec. in rep. erud. M. No
& Dec. p. 546.

De brief van den H. Apoftel Paulus aan de E
PHESEN, verklaard en toegepaft door Petrus D
NANT, Bedienaar des goddelyken woords te Ro
terdam. 1721. 4. plag. 144. Recenf. in Rep. Eru
m. Nov. & Dec. p. 425. & in hoc fafc. p. 531.

De Sociniaanfche algemeene Kundigheyt van An
dreas WISSOWATIUS, tegens de Godheyd va
Jefus Chriftus, ende nog eenige ftellingen van Va
lentinus SMALCIUS, tegens de menfchwordin
Gods met het licht der reden doorzogt en weder
legd door G. van EWYK, Regtsgeleerde. Delff
1721. 8.

De Propheet MALEACHI in XXXVI Leerrede
nen verklaart, deffelfs vervullinge aangewefen
ter innige Godvrugt aangedrongen, en verrykt me
geleerde aanmerkingen door Johannes COSTE
RUS, in fyn leven bedienaar des Godlyken woor
te *Delft*, te Delft, 1721. 4. 5. Alph. 8. plag. Vi
de Rep. der. gel. Maart en April. n. 2.

De Godgeleertheyd begrepen in een verklaring
der XXXIX. Artikelen, behelfende de Geloof
belydeniffe der Engelfen Kerke, door den Hr. BUR
NET, Biffchop van Salisburg; te Delft. 1721. 4
den tweeden druk.

Kort opftel van de Chriftelyke Godgeleerdheyt
tot leeringe der waarheden en wederlegginge de
dwalingen. Getrokken uit de grootere wercke
van JOHANNES *van Mark*, Leeraar in de Acade
mie en Gemeinte tot Leiden, en dus uitgegeve
door Johannes WILHELMIUS, der Theologie D
en Predikant te Rotterdam; de tweede druk, va
vele misflagen gefuivert. te Rott. 1720. 8. pagg
724.

God

Gods Albestier bestaande in ses Leerredenen, ge-
pdikt voor de Gemeente van Wanneperveen we-
ges de overgroote sterfte aldaar onder het rund-
ve, Als mede op Bid-en dankdagen tot troost der
gelovigen en tot overtuyging der goddelosen. Door
Gerardus HILARIUS, Predikant te Wanneperveen,
teSteenwyck 1719. 8. p. 236. V. Maandel. Uyttr.
i Jun. n. 4.

Verhandeling van den natuurlyken Godsdienst.
Door den Heer David MARTYN Predikant in de
Waalsche Gemeente te Uitregt. Uyt het Fransch
vertaalt door J. SCHOOLHOUDER. Te Uitregt
1720. 8. pag. 400.

De brieven van den Apostel Paulus aan de Ge-
meenten der *Galateren* en *Kolossenzen* ontleedt, ver-
klart en betoogt door Servatius HASEVOET, Be-
dienaar des Godlyken woords te Vlissingen. Lei-
den. 1720. 4. pag. 649. Vide Exc. menstrua Bel-
gica mense Aprili. n. 1.

De bindinge Isaak of Abrahams offerhande op
Moria betoogt, tot een gelovige beschouwinge van
de ware offerhande van den Messias, en een voor-
beldige opwekking tot gelove in God, en een god-
vrugtige gehoorzaamheid van zyne bevelen. Door
Brandus FABRICIUS, Predikant te Medenblik.
Alkmaar. 1721. 8. pag. 426.

De Christelyke Zedekunst, of schriftuurlyke en
natuurkundige Grondregels om godvrugtig te leven
en salig te sterven, in het fransch beschreven door
den Hr. *Benedictus* PICTETUS Hoogleeraar in de
Opperlandschole, en bedienaar van het Euangelie
in de Kerke van Geneve. Naar den laatsten druk
uit het oorspronkelyke vertaalt, ook met Kantte-
keningen en toepassende vaersen verrykt door *Fran-
cis* HALMA. Te Leeuwaarden, 1720. pars prima
continet pag. 468. & altera pag. 514.

Predicatien over gewigtige waarheden van den
Godsdienst, waer by eenige aenmerkingen over de
ver-

vereniging der Protestanten zyn gevoegt door Sa
WERENFELS, hoogleeraar der Godgeleerdheyt
Basel. Amst. 1728. 1. Vide de hoc libro Cl. I.
365.

Beginsel van hemelwerk; bestaende uyt Me
gelzangen uit menigerlei uytgelesene geestelyke
'itigtelyke Keurstoffe, tot Zielverlustiging op v
lerhande rymtrant en tonen, door Karolus TUI
MANN, Predikant te Middelburg. Leiden. 1721

De groote Hogepriester vervallende en eindige
de het Priesterschap naar Aarons ordeninge,
blyvende Priester in der eeuwigheit naar de Orc
ninge van Melchisedeck. Zynde een verklari
en toepassing over Ebr. V: 7, 8, 9, 10. en over l
geheele zevende Kapittel van den brief aen de F
breen, door *Johannes* SLUITER, Predikant
Steenwyk: nu tot Zutphen. te Steenwyk. 1720.
12. plag. Vide Maendel. Uyttreksels M. Oct.
1720. n. 5.

Verhandeling over de Redenvoering van den
postel Paulus aen die van Athenen, vervat in
Predicatien, in 't Frans beschreven door den F
PICTET, Predikant en Hoogleeraar in de God
leerdheyt tot Geneve, en nu in 't Nederduyts v
taalt door L. R. A. G. Amst. 1721. 8.

Christelyke gebeden voor ieder dag der Wee
en op bysondere tyden en voorvallen gepast do
den Heer PICTET, &c. in het Nederduyts na
volgt en met gesangen verrykt door Daniel WI
LINK, de derde druk, Amst. 1721. 8.

De geestelyke Tempelbouw uit levendige Steen
ende het Christelyke Priesterdom over 1. Petr.
4. 5. Verhandelt ter gelegendheyd van de Inwy
ge van de herboude Kerk *Randsdorp* door J
D'OUTREIN; Predikant te Amsterdam; Am
1720. 8.

Godvrugtige Zielsbetragting *voor*, *onder* ende
het houden van het H. Avondmaal des Heere

korte en langere kerkelyke Reden-voeringen o-
er den XXIII. Psalm. *door den selven*; Dordregt.
720. 8.

Taco Hajo van den HONERT Redenvoering
ver de noodsakelykheyt en het gedurig gebruyk
er Prophetische Godgeleertheyt in de Kerke uit-
esproken den 8. van Sprokkelmaant 1721. wan-
eer hy het opperbewind der Hoge schole neder-
yde, vertaalt en agtergevolgd met eene korte ver-
andelinge van Abrahams voorbeeldige offerhan-
e door Joh. van den HONERT; T. H. Zoon,
edienaar des H. Euangeliums te Katwyk aan den
yn. Leyden 1721. 4.

De Verborgentheyt van het Genade-verbondt in
e huishoudinge der Zaligheit, en voornamentlyk
n de huishoudinge des Euangeliums ter eere van
en Verbonds-God en tot opbouwinge van alle heil
egeerige zielen geopend door *Frederik Adolf* LAM-
E, Hoogl. der H. Godgel. te Uitrecht. Uit het
Hoogduits vertaald. Vierde deel. Te Amst. 1721.
. 51. B.

Verhandeling wegens de verschillen der Luther-
chen en Gereformeerden; met eene grondige aan-
vyzing om dese beyde Religien met elkander te
ereenigen; te Regensburg in de Hoogduytse taal
gedrukt, en uyt deselve overgeset. Amst. 1721.

Tegengift tegen het Pausdom, verdeelt in twee dee-
en, waar van 't eerste middelen aenwyst, om op
en seer gemakkelyke wyze met die van de Room-
e Kerk te redentwisten; en 't tweede vertoont,
hoe verre het Pausdom strydig is met 't regte oog-
merk van den Christelyken Godsdienst door *Wil-
liam* SCHERLOK, uyt het Engels vertaald.
Uitrecht. 1721. 8.

Bewys van den waren Godsdienst door Hugo
de GROOT, door syn Ed. op Leuvensteyn ge-
rymt, beneffens zyn Eds andere stigtelyke gedig-
ten, den vierde druk vermeerdert met het leven
van dien geleerden Auteur: Amst. 1721. 8.

De Sendbrieven van Paulus aen de *Romeynen* en

Philippensen ontledet, verklaart, en betoogt na eygen handschrift door *Salomon van Til*; in syn leven Hoogleeraar in de vermaarde Hooge scholen tot Leyden, vertaalt door *Jacobus Adrianus* FOLKERS, Bedienaar des H. Euangeliums tot Ackersloot, Haarlem, 1721. 4.

Waerachtige Lutherse Leere, of grondige en genoegzaame Onderregtinge van het H. Avondmael, tot bevestiging der Waerheit, en tot bevorderinge der Godzaligheit. Nevens een onderwyzinge om dit H. Sacrament waerdiglyk te gebruiken. Uit liefde voor zyne Geloofsgenoten opgestelt tot volkomene overtuiginge der tegenbestryders: als mede het Misbruik der Papisten aengewezen. Door wylen CONRADUS HOPPE, *Luthersch Predikant te Amsterdam*, in 8.

't Verleidend Dwaal-licht der Paapsche Priesters, dat is de Rooms-Katholyke Morgenster uyt de H. Schriftuur grondig en zedig wederlegt volgens de 12 artykelen, tot verdediging van 't reine Euangelische gelove en zuyvere Leere der Lutherse Kerke, door wylen de Hoog-geleerde Heere Johannes Gerhardus der H. S. Doctor en Professor in de Godgeleertheit tot Jena. Amst. 1722. 8.

XI.

JO. LAUR. MOSHEIM

ad Virum Celeberrimum

CHRIST. AUGUSTUM HEUMANNUM

Epistola responsoria. (a)

FEci, quod sapientem decet, *Vir Amplissime*, ex quo Tuam mihi legere epistolam licuit, qua meis ad Te litteris respondes. Contuli responsiones TUAS cum meis rationibus; ponde-

(a) Vide Class. IV. fasc. V. p. 960. & confer Cl. III. fasc. II. p. 316. & Cl. IV. fasc. I. p. 29.

deravi utrasque; num mentem mutare possem, tentavi. Nihil vero minus, quam hoc, a me impetrare potui. Agnosco beneficium, quod humanissima epistola TUA in me conferre voluisti. Quidni enim beneficium vocem, dubitationi aliquem eripere conari? Tu, qua es comitate, veniam dabis, quod antiquos adhuc residere scrupulos fatear. Quid impediverit, quo minus Tecum sentirem, jam brevibus aperire constitui. Expendam nimirum initio, quanti valeant, quæ Tu meis argumentis opponere voluisti. Deinde & mearum & Tuarum rationum summam ita colligam, ut, quis nostrum aequiore certet Marte, quilibet facile judicare possit. Nec enim tanti rem esse duco, ut diutius de ea litigemus, quibus satis alioqui negotiorum est. Aequius vero tum nihil esse potest, quam ut, contracto disputationis robore, rectis rerum aestimatoribus judicium de eventu pugnæ committatur. Audi jam, si placet, quid prohibuerit, quo minus dicto Tibi audiens fuerim.

De voce *fabula* sileo. Si tibi nihil aliud ea significaret, quam *vulgarem narrationem*, nulla inter nos controversia esset. Sed, quod ipse fateris, *narrationem* ea *falsam* indicare voluisti. De vocibus igitur non dissensio est, sed de rebus ipsis. Dixeram ego, Te concessurum, nihil esse a temporibus istis alienum aut incredibile in TERTULLIANI de JOANNE in oleum conjecto narratione. Negas Te id concedere. *Non enim*, inquis, *usquam lego, Domitiani aevo id genus supplicii in usu fuisse.* Non tangam argumentum illud: Non lego: Ergo non fuit. Cujus mihi vim perspectam haud esse, fateor. Duo alia monebo, quæ hoc argumentum facile expedient. Primum hoc est: Si largirer, ante DOMITIANUM de ejusmodi supplicio nihil fuisse auditum, non idcirco tamen

 se-

ſequi, hunc Imperatorem JOANNEM eo non adfeciſſe. Luxuriant tyrannorum ingenia in novis poenarum generibus excogitandis. Num quid obſtat, quominus dicam, licet nulla hujus ſupplicii exempla extiterint, DOMITIANUM tamen illud primum in JOANNEM conſtituiſſe? Nemo unus tyrannorum ea fuit elegantia, ut, antequam homines cruciaret, ex antiquitatum peritis quæreret, num ante ſe quisquam iſta ratione ſaevierit; intellecto neminem ita ſaeviiſſe, aliud poenae genus eligeret. Secundum hoc eſt: Diu ante DOMITIANUM hoc cognitum fuiſſe ſupplicium, exemplo celeberrimae Maccabæorum matris filiorumque conſtare. 2. *Maccab. VII.* Quæ quidem Hiſtoria eodem, quo Tu uteris, argumento labefactari poteſt. Fabula eſt narratio de hac fœmina. Nec enim ANTIOCHI tempore hoc uſitatum fuiſſe ſupplicium, accepimus. Et quid de hac dico Hiſtoria? Nullum in omni vetuſtate crudelitatis aut ſævitiae exemplum occurrit, nullum mirabile aut inopinatum factum, cui non hæc ratiocinatio, ſi ſemel obtineat, omnem detrahere fidem poſſit. Quod addis; *Si uſitatum fuiſſet id ſupplicium, Chriſtianos illud non ignoraturos fuiſſe: Si non ignoraſſent, litteris prodituros.* non minus facile frangitur. Certe non ignorarunt Chriſtiani, ſi JOANNES ſupplicio iſto adfectus fuit. An vero omnia, quæ non ignorarunt chartæ mandare debuerunt? Dubito, *Vir Celeberrime.* Noſti ſaeculi iſtius mores, a quibus ſcribendi libido aberat. Non libris, ſed fortitudine & conſtantia tum viri ſancti doctrinam propagare ſtudebant. Sed tamen rem poſteritati conſignarunt. TERTULLIANUS nimirum retulit. Num TIBI exploratum eſt, eum, quæ narrat, ex alio non deſumſiſse libro, hodie perdito? Num præter hunc alios rem non commemoraſſe, in tanta

ta librorum veterum jactura, TIBI constat? Me quidem de his nihil certi accepisse, fateor, ac propterea dubito.

Concedis mihi, TERTULLIANUM ex traditione hanc rem accepisse. Sed *tantum addo*, inquis, (d) *particularem hanc fuisse traditionem, non universalem. Alias non provocasset* Hieronymus *ad* Tertulliani *testimonium*, *sed ad consensum orbis Christiani*. Nolo quærere, quid per *traditionem universalem* & *particularem*, ut Tuis utar vocibus, intelligas: neque etiam rationem excutiam, quam adfers, propter quam hæc *traditio particularis* tantum fuerit. Non intelligo sane vires hujus connexi: HIERONYMUS non ad consensum orbis Christiani provocat, sed TERTULLIANUM tantum laudat. Ergo quæ TERTULLIANUS habet ex *particulari* tantum *traditione* narrat. Equidem satius existimo, unum producere auctorem, quam mille vagos rumores. Et præterea locum HIERONYMI a me adlatum non ignoras, quo ECCLESIASTICAS HISTORIAS, quæ voces *traditione universali* respondent, rei hujus testes compellat. (e) Sed id tantum interrogare licebit: An ideo factum quoddam pro fabula habendum sit, quod ex *particulari* tantum *traditione* manet? Et num ideo semper factum veritati convenire existimandum sit, quod *universali* confirmetur traditione? Rem recte consideranti, quidquid est Historiarum initio ex *particulari traditione* fluxit. Et si verum est, quod adfirmare nolo, JOANNEM in oleum conjectum esse, primi, qui rem orbi tradiderunt, *Romani* fuerunt, pauci sane, si cum reliquis terrarum incolis comparentur.

(d) p. 913.

(e) p. 51. Locus extat *Comm. ad Matth. c. XX.* Quod ideo hic addo, quoniam indicato loco omissum video.

Quæ de argumentorum tuorum ordine & pretio mones, prætermitto. Quo loco ea a Te ponantur, parum refert, modo tuo exui posfint robore. In eo vero Te falli opinor, *Vir Amplissime*, quod me mentem & vim ratiocinationis TUÆ a silentio petitae scriptorum non satis comprehendisse existimas. Sic eam proponis: *Quæ narratio siletur ab iis, qui primo non poterant non rem habere cognitam, si vera esset; deinde, si cognitam habuissent, non fuissent tacituri, ea merito pro fabula habetur.* Ego vero generatim Tuam hanc fuisse mentem, minime nescivi: verum ex iis quæ dixisti, tale argumenti genus erui posse, id est quod negavi. Multa ceterum de virtute ejus argumenti disputare possem; quod profecto non tam facile adhiberi posse, ut plerique existimant sapienti obscurum haud esse potest. Anceps & lubrica est de hominum dudum fatis functorum voluntate disputatio. Quam præterea non modo memoriæ imbecillitas, verum infiniti alii casus turbare possunt. Finge Tibi hominem, qui divinitatem sacrarum litterarum in dubium vocet; & hanc eodem argumento fabulam esse, quæ de pueris ab HERODE trucidatis MATTHÆUS narrat, demonstrare posse, perspicies. JOSEPHUS dicet, rem optime scire potuit: nec si scivisset eam taciturus fuisset, qui res ab HERODE gestas enarrare, nec crudelitatem ejus excusare constituit. Quid est ergo, quod me inducere possit ut MATTHAEO fidem habeam, qui HERODIS facta exponere noluit? Mitto plura alia exempla, idque tantum adjungo, in ea me esse hæresi vix uni in sexcentis exemplis istuc argumenti genus curate applicari posse. Interea, ne longior sim, Tuae ratiocinationis ad latus hanc meam pono regulam, de qua nihil Tibi dicere placuit: *Quamdiu aliæ rationes silentii recentiorum quorum*

[..]andam adferri possunt, quam persuasio de falsita[..]e rei, quam prætermittunt, negantis hujus argu[..]nenti vis dubitandi tantum locum suppeditat. Da[..]i ejusmodi in hoc negotio caussas silentii, fuse [..]emonstravi. Quare ergo non dubitemus. *Vir Amplissime?*

Ego ut ostenderem, sine dubio aliam fuisse si[..]entii veterum caussam, quam persuasionem de [..]alsitate hujus narrationis, dixeram, eos non con[..]futasse illam. Quod fecissent, si veritati eam mi[..]nus convenire existimassent. Quid Tu ad hæc? *Aevum illud non erat Historico-Criticum*, inquis. Quid hoc est? *Veteres non inquisiverunt in rerum narratarum veritatem.* Nonne vero hæc egregie pro me facere intelligis? Sine inquisitione nemo, num res quædam pro vera aut falsa habenda sit, scire potest. At veteres Critici non erant. Ergo in fabulis non habere potuerunt narrationem istam. Ergo alia silentii eorum caussa fuit, quam persuasio de ejus falsitate. Ergo num fabula sit ea, nec ne, nobis adhuc dubitandum est. Invitus ergo, Vir venerande, meam egregie confirmas sententiam. Sed quid est, quod subjungis, si meum argumentum ratum esset, magnam fabularum multitudinem retinendam fore? Forte id ex eo provenit, quod vim ejus minus ponderaveris. Est vero hoc: Eorum silentium, qui aetate inferiores sunt aliis testibus, indicio est, eos rem, quam prætermittunt, pro fabula non habuisse. Ratio vero: Quoniam ea hominum natura est, ut errores aliorum libenter castigent. Non tam rerum imperitus sum, ut aliquando caussas occurrere posse, quæ silentium hominibus imperent, etiamsi errores videant, ignorem. In hoc vero negotio ejusmodi reperiri posse, profecto non perspicio, ac generatim recte hanc se ratiocinationem habere, adhuc contendo. Quemad-

modum vero ejus auxilio narratio *de Joan Papissa*, si quidem hæc fabula est, multæque a narratiunculae dudum explosæ, defendi possir profecto non intelligo. Experiantur, qui stud fabularum ducuntur, quid ope ejus efficere possi & nimis cito male rationes sese subduxisse, sentie

Quæ restant in epistola TUA præterire posse Quantum enim judicare possum, iis, quæ jam ex minavi, virtute cedunt. Et Tu Tibi ipse concessu duxisti, longe maximam demonstrationis meæ pa tem intactam relinquere. Sed perstringam tam breviter, quæ supersunt, ne quid meæ responsio desit. Tu ex eo, quod HIERONYMUS in *cata logo* rei hujus nullam mentionem fecit, sequi co tenderas, eum pro fabula istam habuisse. Ego ex eo effici negaveram, eumque si hæc ejus me fuisset, narrationem illam confutaturum aut re ɔturum fuisse dixeram. Quam meam conjectura quibus viri perspectum est ingenium, satis e bonam judicabunt. Tu nihil nisi, quod antea scri seras, reponis. Non commemorat hanc rem *catalogo* HIERONYMUS. Ergo falsam esse sc vit. Num ergo Criticus fuit? Ipse negas. Quî er scire potuit, fabulam esse? Possem alia de hoc a gumentandi genere monere: possem rationes oli a me adductas hic denuo sistere. Sed quid tantis a bagibus opus? HIERONYMO silenti HIER NYMUM oppono loquentem. Tu sic: Omit ille rem aliquo loco: Igitur non credidit. Ego s Narrat rem duobus aliis locis; Ergo credidit. Qui quid vel CHRYSIPPUS moveat, non expedit tamen erit.

IRENAEI, EUSEBII, ORIGENIS, HI POLYTI silentio opposui, non eos JOANN conscribere voluisse Historiam. Plura etiam a T

pr

rætermiſſa in hanc rem diſputaveram. Reſpondes: Optimam eos tamen hanc rem commemorandi occaſionem habuiſſe. Si id ita eſſet, tamen adhuc eſſet incertum, fabulis illos eam connumeraſſe. Intelligis, quæ longo numero diſſerere poſſem. Sed num tam opportunam habuerint occaſionem, ut exiſtimas, ii, quibus viros inſpiciendi facultas eſt, judicent. Me aliter ſentire, fateor. Quid vero? Si ex horum conſtare debet ſilentio, dubitaſſe eos de rei veritate, nonne ſic, quod ipſemet inficiaris, apertum eſt, Criticae eos operam dediſſe? Sed loquaciorem, quam neceſſitas poſtulat, me eſſe ſentio. Properabo igitur.

Dixeram, incertum eſſe, an in illis hæc Hiſtoria libris extiterit, qui hodie perditi ſunt. Certum eſſe, eam in nullis aliis fuiſſe lectam, ex eo patere reponis, *quia ſi eam pro vera habuisſent laudati viri, in ſuperſtitibus libris eam non omiſiſſent, oblatis pluribus commemorandi occaſionibus.* Vis argumenti eſt: Non fuit hiſtoria in libris perditis: Nam in libris non amiſſis non extat. De occaſionibus jam dictum eſt. Patere vero, Vir Ampliſſime, ut nihil reſpondeam. Nemo Te melius intelligit, quid reſpondere poſſim. Habe tamen hanc conjecturam, meis rationibus admodum profuturam: ideo in libris, quos habemus, rem omiſerunt, quoniam in perditis eam expoſuerant, commodioribus occaſionibus oblatis.

Quod ſcripſeram, ſcriptores Græcos Latini Sermonis imperitos fuiſſe, ac Hiſtoriam adeo à Latinis narratam neſciviſſe, ſic diluis, ſi vera fuiſſet hæc Hiſtoria, Græcos etiam ſcriptores eam commemoraturos fuiſſe. Tum demum hæc valebit reſponſio, quum ante EUSEBIUM Græcos extitiſſe, qui aut ſacram Hiſtoriam, aut legatorum CHRISTI vitas exaraverint, compertum erit.

Atque fic, quibus meam infringi poffe demo
ftrationem exiftimafti, breviter examinata fur
Quo facto nondum in eum ftatum hanc TEI
TULLIANI narrationem adductam effe, ut fab
larum numerum augere debeat, evidens effe op
nor. Scribenti alia adhuc menti obverfata fun
quibus idem confirmari poteft. Ut hæc vero e
ponerem, in tanta præfertim otii inopia, hau
neceffarium duxi. Eadem de cauffa de IGNA
TII epiftolis quædam addere, non licet. No
ea mihi accufationum TUARUM vis videtur
ut à mea me fententia dimovere poffint. Quare &
nova, eaque longe auctiore *vindiciarum mearu*
contra TOLANDUM editione, mox proditur
antiquam locis ex illis petitis fedem relinquere no
dubitavi. Forte tempus erit, quo magis vacui com
modius de hoc argumento fententias conferre po
terimus. Reliquum eft, ut & mearum & TUA
RUM rationum fummam contraham, quo lib
rior de certamine noftro judicandi facultas fit. T
ipfe mentem TUAM hoc modo expofuifti:

*Si narratio Tertulliani effet vera, fequitur, eam n
tam atque decantatam fuiffe fcriptoribus ecclefiaftic
Atqui pofterius eft falfum. Ergo prius;*

Ego vero fic cogitare foleo:

*Quum antiquiffimus fcriptor TERTULLIANUS rei m
minerit, plures poft eum in dubium eam non vocaverin
filentii vero nonnullorum fcriptorum multæ aliæ cau
& effe potuerint & admodum probabiliter fuerin
quam cognita rei falfitas, prudentis eft, eam non ut f
bulam repudiare, fed ad minimum, num talis a
Hiftoria fit, in incerto relinquere.*

Veftrum eft, eruditiffimi Viri, qui pugnæ fpectat
res fuiftis, uter palmam tulerit, difpicere. Non ta
mei ftudiofus fum, ut non eorum, quibus veritas
æquitas curæ, longe ftudiofior fim. Si non eruc
tione, non ingenio, non acumine, quibus celeber
mum abundare adverfarium fateor, certe modeftia
pr

rudentia mea sese commendabit sententia. At TI-
I, venerande HEUMANNE, quod me satis habere
irium, ut mecum congrediaris, publice professus sis,
uas possum, gratias ago. Certabo ego in posterum,
facultas dabitur, officiis, ut dissensionem hanc pre-
ıum, quod meritis TUIS statui, nullo modo dimi-
uisse, intelligas. Tu vero, quin TUAM porro be-
evolentiam in me navaturus sis, quæ TUA est hu-
anitas, non dubito. Sic uterque longe pulcerrimum
ontentionis nostræ fructum capiemus, stabilem ni-
irum & perpetuam animorum conjunctionem &
micitiam. Ita vale. Dab. Kiliæ Holsator. d. XXVIII.
ulii MDCCXXI.

QUÆSTIO.

HUgo GROTIUS, Vir summus, in aureolo de Verit. Rel. Christ. libello, L. V. c. 14. citat R. Nehumiam, quem L. annis Christum præcessisse affirmat, testaturque eum asseruisse, *plus L. annis non posse protrahi tempus Messiæ à Daniele significatum.* Fatendum est, hoc Rabbini testimonium, si occurreret, non esse momenti nullius. Inde factum, ut jam 1641. Maximilianus *Langlæus*, ecclesiastes Rhotomagensis, per Cl. Sarravium ex Grotio quæri voluerit, quis ille Magister Ebræus Nehumias esset, de quo frustra Capellum, talium callentissimum, aliosque consuluisset. Respondit tum illi Grotius sequentem in modum, *Nehumiæ illius mentio fit in Thalmudicis. Ni fallor est in titulo de Synedrio. Ostendit istum mihi locum olim Hagæ Stoctoxus. Puto ejus fieri mentionem in Abenada in Danielem.* Vide epist. Sarravianas 37. & 38. J. C. *Wagenseilius*, quo Viro in hoc studiorum genere nemo peritior fuit, in diss. de LXX. hebdomadis Danielis, quæ ad calcem *Tel. ign. Satanæ* legitur n. 71. citat illum Grotii locum, *cujus tamen iste Nehumias fuerit, ubi vixerit, quidque rerum gesserit*, se juxta cum ignarissimis scire professus, licet persuadere sibi non possit, Grotium fucum nobis facere, & hoc testimonium supponere voluisse.

Mihi

Mihi nullum dubium est, per illum Nehumian intelligendum R. נחוניה בן קנה, NECHONIAM filium Kana, quem XL. annis ante N. C. vixiss scribunt Judæi, quemque auctorem faciunt libr cabbalistici *Bahir*, de quo vide Ottonis hist. doct Misnicorum pag. 90. sqq. & *Wolffii* Bibl. Rabb. p 905. sqq. Si quid ille aliquid hujus habet, sus picor id fieri ejus אגרת הסודות, *epistola secretorum* quam *Paulus de Heredia*, Arragonensis, ex Ju daeo Christianus, una cum ejusdem epistola *pr adventu Messiæ* Latine cum scholiis edidit, test Nic. *Antonio* in T. Bibl. Hisp. pag. 216. Au multum interea animi fallor, aut Grotius nimis ac par erat, facilis fuit, in sequendo Galatinum cui alias non nimium fidei tribuendum docti no runt, qui L. l. c. 3. haec scribit: *Quem paulo po* (intelligit R. יהודה הקדוש, non sine turpi error cum hic moriente demum sæculo à N. C. secund vixerit) *R. Nehumias, Haccanæ F. secutus non e tantum, quae à Prophetis de Messia occulte tradit fuerant, limpidissime patefecit, sed etiam se ab eju adventu per L. tantum annos procul esse asseruit.* U autem hunc Galatini, (qui & alibi L. IX. c. nonnulla ex ejus *epistola de mysteriis* affert) locu putem Grotio ansam dedisse ista scribendi, ita ge stio eruditi, (1) *Num & quid in illa Nechoniæ Paulo de Heredia vulgata epistola de tempore Messi legatur, & num tale quid in Talmude, præcipue i libro de Synedriis, inveniatur, quale se ibi invenis scribit* Grotius? (2) *Quis ille sit* ABENADA *i Danielem, cujus idem fecit mentionem?* (3) *Ubina R.* Bechai *veritatem resurrectionis Jesu Christi ag noverit, quod pariter Grotius asserit C. L. Lib. 2. §. & plenius laudat Jacobus* CAFFARELLUS *in Curio inaud. C. X. §. 6.* T. d. H.

BIBLIOTHECA

Hiſtorico-Philologico-

THEOLOGICA.

Claſſis Quintæ

FASCICULUS QUARTUS.

AMSTELODAMI,

Apud SAMUELEM SCHOONWALD,

M. DCC. XXII.

Viro amplissimo, praeclarissimoque

MATURINO VEYSSIERE LA CROZE,

Serenissimi Potentissimique

Borussorum Regis

a consiliis, a Bibliotheca, ab Antiquitatibus,

VIRO ΠΟΛΥΜΑΘΕΣΤΑΤΩ καὶ ΠΟΛΥΓΛΩΤΤΑΤΩ,

GALLIAE suae, quae eum genuit, & GERMANIAE, quae eum fovit,

sideri fulgidissimo,

BONORUM OMNIUM DELICIO,

Hunc

Hunc

BIBLIOTHECÆ

Hujus

FASCICULUM,

ejus potiſſimum opera decoratum,

incredibilis ſuae in eum pietatis atque obſervantiae

Syngrapham

benevole ſucipiendam committit,

UTQUE PORRO ET SIBI, ET HUIC OPERI,

benevolentiam ſuam intemeratam conſervet,

am ardentibus votis, ut cœlum hoc depoſitum ſuum ab omni calamitate immune praeſtet, ſeroque ad ſe redire jubeat,

omnibus modis contendit

EDITOR.

Offeruntur tibi hoc faſciculo

בש אם

I.

JACOBI HASÆI

de

צלצל כנפים

ET

צלצל דגים

ad illuſtrationem

Jobi XL: 31. (vel 26.) & Jeſaiae XVIII: 1.

Diſſertationis,

qua

PHASELUM ſeu NAVIGIUM

indicari utraque phraſi evincitur,

CAPUT I.

De

Græca Alexandrinorum verſione, aliisque quæ illis adſtipulantur.

ARGUMENTUM.

Græci צלצל utroque in loco per πλοῖον expoſuerunt. Conſtructio in loco Eſaiæ expoſita. §. I. Ale-xan-

(a) Occaſionem huic ſchediaſmati, quod ultimum quidem

xandrinorum adhærendum esse in re dubia. §. 2. Iis adstipulantur *Chaldæus*, *Arabs*. Quid ἰχθυόφορα apud Symmachum? Ellipsis vocum πλοῖα, νῆες, naves. §. 3. Elegantia Græcæ versionis. πλοῖον de *parvulo navigio* & *piscatorio*. Chaldæi versio notata. §. 4. Symmachi interpretatio exposita צלצל reddens ἦχος. Jud. VII: 13. Deut. XXVIII: 42. Græca versio illustrata. §. 5. recentiores qui צלצל de *navi* exposuerunt. §. 6.

§. I.

PRopugnabimus hac dissertatione sententiam haud demum heri atque nudius tertius natam, verum *antiquissimis* temporibus dudum receptissimam: Sed qua acerbitate fortunæ nescio, recentioribus abs interpretibus vili adeo loco habitam,

quidem fuit, cui insudavit Frater meus, ὁ μακαρίτης, at non ultimus politæ illius eruditionis, & summi ingenii, quo florebat, testis, præbuit observatio eximii viri I. G. *Schelhornii*, quæ Cl. IV. fasc. III, sect. 6. legitur. Promisit hic ibidem §. 2. aliam in Esaiæ locum; quam an luce expositurus sit post lectam hanc Fratris mei lucubrationem, videbitur. Hujus autem editionem præ aliis promovere voluimus, quo aliqua ratione viam ita sternamus ad explicationem descriptionis Leviathanis à Jobo exhibitam, quam per omnia ad amussim convenire certæ alicui ceti speciei, quæ in mari glaciali à piscatoribus eopse hoc anno capta, & cujus nonnullæ partes, quas manibus nostris tractavimus, huc Bremam delatæ fuere, proxime ostendemus. Ceterum, priora tantum IV. capita hujus exercitationis nunc vides, reliqua enim in sequentem fasciculum rejicienda fuere. T. d. H.

tam, quo, ejus vel commemoratione mentem nauſeabundam avertente, oblivione ſepulta usque eo eviluerit, ut paſſim ac propalam ſit contemtui. Cenſemus utraque phraſi צלצל דגים & צלצל כנפים cum in Jobi loco XL: 31. tum Eſaiæ XVIII: 1. indicari *navigium* & quidem præcipue *phaſelum*, eandem cum צלצל vocem, atque hinc ex oriente in Græciam Latiumque vetus propagatam. Et ſane non ſine cauſſa atque rationum ponderibus, quæ legitimi partim vocabuli natales, partim genuinæ Hermeneutices regulæ, partim & illuſtriſſimarum verſionum fides, adeo copioſa præbent manu, ut mirum dictu ſit, quî extiterit ullus, cui hæc meditari ruſparique placuerit, cum ceteroquin difficillima hæc loca vel ſexcentis vexare interpretationibus volupe fuerit. Veterrimi enim interpretes *Græci*, quos *Alexandrina* quondam alebat civitas, haud aliter de his locis atque nosmet ipſi cogitaverunt, utpote quos non altero in loco modo, ſed *utroque* vocem צלצל per πλοῖον *navigium* expoſuiſſe, valde commemorabile eſt. Apud Jobum Hebræa verba: ובצלצל דגים ראשו eum tranſtulerunt in modum: καὶ ἐν ΠΛΟΙΟΙΣ ἁλιέων τὴν κεφαλὴν ἀυτῦ ſcilicet ὀυκ ἐνέγκωσι; quæ verba ex priore hemiſtichio repetenda ſunt: *Et in* NAVIBUS *piſcatorum* (haud adferunt) *caput ejus*, ſcilicet *Leviathanis*, de quo ibi ſermo eſt. Jeſaiæ quoque verba: הוי ארץ צלצל כנפים אשר מעבר לנהרי כוש interpretati ſunt. Ουαὶ γῆς ΠΛΟΙΩΝ πτέρυγες ἐπέκεινα ποταμῶν Ἀιθιοπίας. Ita enim in pleriſque Editt. legitur. Complutenſis tamen melius pro πτέρυγες habet πτερύγων. Ut ſenſus ſit, *Væ terræ* NAVIUM *alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ.* Quippe ita cum Hebraica conſtructione melius convenit quam deinceps excutiemus Cap. V: §. 3. 4. Red-

didit Græcâ minus bene interpres *Væ terræ navium alis* : quasi πτερύγεσι dandi casu extaret, cum nominandi tantum adsit vel generandi in editionibus & MScriptis. Si Complutensem sequimur lectionem, sententiam Græcorum simul à *contorta* explicatione liberabimus, quam eisdem adscribit doctissimus in hunc vatem interpretum pag. 514. b. ea de caussa quod οὐαὶ non cohæreat cum γῆς, sed cum πτέρυγες, quia particula οὐαὶ haud *secundum* sed vel *tertium* aut *primum* posuit casum, atque ita quidem explicat : Οὐαὶ πτέρυγες (τῶν) πλοίων (τῆς) γῆς *Vae* alis *terrae illius* &c. Quippe pari ex ratione haud cum πτερύγων posset constitui οὐαὶ. Verum cum principalis sermo hic non sit de *alis* sed de *terra*, cui *vae* illud denuntiatur, hinc οὐαὶ & commode cum γῆς connectitur, atque exemplum hic adest & constructionis cum casu *secundo* ejusdem particulæ. Nam apud eosdem Græcos & rarior est ejus constructio cum casu *tertio*, quæ tamen in libris N. T. est frequentissima. v. Luc. VI : 24. & XI : 46. Præterea cum eidem viro summo placeat Græcos nomen צלצל *non* exposuisse per πλοῖον, id tamen reapse ab iis factum esse collatio interpretationis cum pari in Jobo reddit manifestissimum, ubi eadem hujus vocabuli adest expositio : adeo ut *dubia esse* nemini hæc possit translatio. Nimirum adeo quidem aliena viro eximio visa est haec translatio, ut eam ne quidem in mentem venire potuisse Græcis crediderit. Et hoc quidem modeste satis, cum alii hanc cachinnis sibilisque exceperint interpretationem.

II. Ego vero multoties his similibusque in rebus miratus sum, quî fiat, cum *Hebrææ* linguae, quanta quanta olim fuerit, fragmenta hodie-

hoediedum *unico* in libro, qui facer V. T. codex eft, folummodo refidua fint, adeo ut de πολυσημίᾳ vocum quæ Hebræis vocabulis magno numero adfuit, æque ac in aliis effe folet linguis, nobis parumper conftet, tamen perpetuo cuidam notioni, quam alibi videmus dari ejusmodi vocabulis, firmiter tantopere adhaereamus; atque fi *Græcos* aliter reddidiffe videmus, continuo hos, maximos interpretum, erroris infcitiæque potius accufatos cupiamus, quam noftram, admodum pauxillam, & quidem ex *unico* fuperftite volumine hauftam Hebraeae linguae *veteris* notitiam prætexere, atque in adyta ejus penetrandi fubfidiorum penuriam lugere. Quis enim fibi perfuadeat, illis interpretibus, quibus ante bis mille fæcula vivendi contigit felicitas, eoque in loco commorandi, ubi *Graecam* litteraturam inter *Gentes*, *Hebraeam* vero inter *Judaeos* illic maximo numero degentes, quotidiano ufu exercitationeque addifcere potuerunt, & addidiciffe munus interpretis oftendit; haud propinquius patuiffe veteris *Hebraeae* linguae adyta, ac quidem univerfae recentiorum eruditorum focietati. Eopfe enim tempore *utraque* lingua etiamnum cum *gentibus* tum *Judæis* fuit *vernacula*, & communi exercitatione nativae vocum fignificationes nutriebantur. Contra vero, cum toties appareat hos ipfos interpretes, quod negare nemo auferit, difficillima quæque loca mirifico illuftraffe lumine, fine cujus auxilio fruftra defudaffemus: quid caufae eft, quapropter alio loco eosdem, quod forte nobis nunc continuo haud rationes eorum expofitionis pateant, foras expellere cupiamus, indicta iis fæpenumero *negligentiæ*, *ftultitiaeque* in transferendo culpa? Incumbamus potius in id majori ftu-

 dio;

dio, ut rationes veteris lectionis variarumque significationum, quibus voces *utriusque* linguae scatent, nobis apertiores sint atque memoriæ propinquiores. Quo facto haud dubium erit, quin eadem S. Codicis loca, quae nunc ob negligentiam Graecae versionis, Cimmeriae tenebræ claudunt, aut alienissimarum sub interpretationum gemunt imperio, aliquando in illustrissima luce posita, contemplari queamus. Tametsi igitur mea in caussa nullae rationes mihi adessent, unde constaret צלצל in his locis posse *navem* indicare: ita tamen erga hos interpretes adfectus sum, ut illis potius adhibere fidem velim, quam recentioribus ad unum omnibus. Quod eorum aliunde satis in interpretando perspctae fidei & eruditioni haud temerario ausu debeo. Meliori enim nos unquam uti posse argumento diffiderem, quam quod ab horum *vetustissimorum* interpretum *auctoritate* petitum est. Quanquam plura nobis haud deesse præsidia, quibus eorum tueamur explicationem his in locis, ex iis, quæ expositurі sumus, dilucidius constabit.

III. Commodum igitur hac in re nobis accidit, qui Græcæ versionis concinnitati defendendæ, ex merito operam insumimus, ut & aliorum interpretum *veterum adsensu* nos munire possimus, ne soli videamur cum illis sapere velle. Chaldaeus Paraphrastes Esaiae locum disertissime de *navibus* explicuit, reddens. *Vae terrae ad quam* בכפנין *in* NAVIBUS *advenitur de terra longinqua* &c. Unde haud locum modo & sententiam Prophetæ, sed & æque ut Græcos vocem צלצל per *Naves* כפנין explicuisse apparet. De *umbra* enim, quo alii צלצל trahunt, quæ per *naves terrae* incumbunt, nihil in hac expositione, utut ab eruditissimo viro eidem Græcisque tribuatur, extat vel volæ vel vesti-

vestigii. Citat & Græcis *ὁμόψηφον* interpretem *Arabem* Polus in Criticis. In loco Jobi ignoro interpretem ullum qui Graecorum interpretationi adpositus sit, nisi huc trahas Symmachi expositionem, qui bina vocabula צלצל דגים unico reddidit *ἰχθυόφορα.* Videtur quidem eo vocabulo *retia* intendere, quae captos *pisces ferunt*, quibusque piscatores caput capti Leviathanis haud includere censeat; aut *receptaculum* quoddam, quo captos pisces includunt piscatores. Verum & *naves piscatoriae* hac intelligi possunt voce, seu quae *pisces adferunt* ex ellipsi substantivi πλοῖα, quemadmodum illud vocabulum in φορτικὰ, φόρτηγα, ἐφόλκια, *onerariae*, ὑπηρετικὰ *actuariae*, λῃστρικὰ *piraticae*, κατάσκοπα *speculatoriae*, δίκροτα *biremes* &c. reticetur; uti & vox νῆες in ἐπακτρίδες *piraticae*, ὁλκάδες *onerariae*, στρατιώτιδες *militares*, κατάφρακται *constratae*, aliisque similibus. Sic & *navis* subauditur elliptica locutione in *biremis*, *triremis*, *quinqueremis*, *constrata*, *speculatoria*, *lusoria*, *piratica*, *rostrata*, *piscatoria*, *oneraria* aliisque infinitis.

IV. Quandoquidem vero, utrisque in locis צלצל, si quidem *navis* est ut contendimus, *parvulam* seu *cymbam* quandam indicare, argumento est partim, quod hic *navis* ἁλιέων seu scapha piscatoria, illic vero *papyracea* quædam, ut ex vs. 2. apparet, memoretur, prout postea dilucidius exposituri sumus: Commemoranda merito est Græcorum interpretum perspicacia, qui Hebraeam vocem haud per ναῦν, qua *majores* indicantur *naves*, sed per πλοῖον, qua *minores* vocari solent, transtulerunt. Notionem hanc vocis πλοῖυ nonnullis Cl. Schefferus de Milit. Nav. L. II: Cap. II. p. 66. docuit. Sic διφθερινὰ vel δερμάτινα *navigia parva ex corio* consuta, *Lusitanis*

& *Sabaeis* in usu, Straboni sunt πλοῖα L. III. p. 155. L. XVI: p. 778. & parvulae, quibus *Ægyptus* abundabat, scaphae nunquam illi νηὸς sed πλοῖυ vel πλοιαρίυ veniunt nomine L. XVII: p. 801. sqq. & alibi. *Cymbulam*, quæ portitoris erat Charontis mox πλοῖον adpellat Aristophanes in Ran. vs. 181. & 184. mox πλοιάριον diminutivo vs. 139. Suidas ἐπακτροκέλης. vocem exponit πλοῖον λῃστρικὸν. Erat autem Epactroceles *parvulum navigium* teste Etymologico M. qui per πλοῖα βραχέα interpretatur in ἐπακτροκέλης. Arrianus in Periplo Maris Erythr. pag. 15. Ed. Oxon. jungit σχεδίας δερματίνας ἐξ ἀσκῶν *rates pelliceas utribus* & πλοῖα *minuta navigia*, quibus ex regione Cana thus transferri memorat. Pollux proinde & inter *minora* navigia σκάφας, μονοξύλυς κ. τ. λ. ponit πλοῖα L. I: Cap. 9. ne breviora illa πλοῖα referam quae inventioni Samothracum deberi refert Euseb. L. I: Praep. Evang. Cap. 10. Præcipue vero observa ad illustrationem loci apud Jobum, πλοῖον in N. T. multoties sumi de *cymbula piscatoria*. Luc. V: 2. καὶ εἶδε δύο ΠΛΟΙ͂Α ἑστηκότα παρὰ τὴν λίμνην: οἱ δὲ ἉΛΙΕΙ͂Σ ἀποβάντες κ. τ. λ. Confer. vs. 3, 5, 7. Matth. IV: 21, 22. XIII: 2. Marc. I: 19, 20. & passim. Hanc autem Johannes vocat diminutivo πλοιάριον Cap. VI: vs. 22. uti tamen & πλοῖον vs. 19, 21, 24. Sic & ἁλίπλοοι ἰχθυβολῆες sunt *piscatores* Callim. H. in Del. vs. 15. Verum uti apud Graecos scriptores, sic & sacros haec observatio haud perpetui est usus, cum & πλοίων nomine *majores* naves complectantur. Act. XXVII: 2, 6. XXVIII: 11. ubi & Alexandrini Esaiae II: 16. XXIII: 1. LX: 9. 2. Chron. XX: 26. qui tamen voces אני & אניות alias, cum de *magnis* navibus sermo, dilucidius per νῆες extulerunt. 1. Reg. IX: 26. 27.

XII: 49, 50. X: 11, 22. 2. Chron. IX: 21. & cap. XX: 36. editionis Complutensis. Saltem hoc ex Graeca versione apparebit, cum צלצל parvulum indicet *navigium*, consultius fuisse eam voce interpretari hujusmodi, qua similia Graeci appellant, ac quidem Chaldaeo qui vocabulo ספינן reddidit, quo majores & *tectae* cooportaeque usu veniunt. Vide Buxtorfii Lexicon Talmud. p. 1527. cum tamen v. 2. utatur voce דגון quae exilioris formae *navigiis* convenit.

V. Singulare est, cum in loco Esaiae alii interpretes vel de *cymbalo* vel *umbra* cogitent, Symmachum צלצל per ἦχος *sonitum* exposuisse, quo ine privi quidpiam secutus esse videtur. Attamen liud obscura quidem adeo est interpretationis ratio, nec difficile perceptu unde sonitus ille ad ipius aures pervenerit. Putavit enim vocem ex otione illa radicis צלל descendere, quatenus *tinire*, *sonitumque* streperum *edere* innuit, ut Jerem. XIX: 2. Inde *Cymbalum* ob grandem *tinitum* nomen צלצל accepisse Psalm. CL: 5. & 2. am. VI: 5. & מצלת 1. Chron. XIII: 8. XV: 16, 19. XVI: 42. viri docti observant. Idcirco ymmachus ἦχος *sonitum* seu *sonum* interpretaus est, eodem modo ut Judaei quidam צליל ud. VII: 13. per קל הכרת *sonum tinnitus* expouerunt, indicante Coccejo, sed auribus ninium tinnientibus. Nihil ea verborum interpreatione ineptius fingi potuit, cum de *pane hordeaeo* לחם שערים sermo sit, qui, si diis placet, egregie tinnit. Recte à Græcis exposita phrasis μαγὶς ἄρτου κριθίνου *coctus* vel *tostus panis hordeaeus.* Μαγὶς est à μαγειρεύω & μάγειρος *coquus.* Radix vocis Hebraeae est צלה *assa e*, *torrere*, unde & צלצל, quod Deut. XXVIII: 42. juxta

Græcorum interpretationem ἐρυσίβην *rubiginem* nuit, derivandum esse, alibi monuimus.

VI. Ex recentiorum interpretum maximo n mero qui Græcis accesserit, neminem novi p ter *Malvendam*, Hispanum, quem rectissime ci mentem cepisse auguror, dum reddidit *Vae t rae CYMBIS refertae.* Etiam *Ludovicum Leg nensem* ab eadem haud alienum esse, saltem tionem צלצל de *navi*, propugnasse in loco Es ex Celeb. Vitringae comment. p. 514. b. did Verum, si autoritatum numero pugnandum es nos inferiores decessuros satis video. Egregi vero factum quo Græcorum interpretum pond omnibus, quibus ceteri pugnant, armis sit f tius & excellentius. Nec tamen opus est q hoc solo depugnemus.

C A P. II.

Ostenditur צלצל eandem esse vocem cu סלסל.

ARGUMENTUM.

Attendendum esse ad *permutationem* litterarum illustrandis vocibus orientalibus. Unde va de צלצל explicationes prognatae. §. 1. צלצל cc venit cum סלסל de permutatione litterarum פ & *Tyrus* saepe inde dicta *Sarra* a צור. De reliqu vocis מצרים apud exteros Scriptores in vocib μεσρὲμ, μέσρ, μέρση, μίσορα & μεσραίων. Aegy tus מצור dicta, unde nomen מערום. §. 2. Jer. V 9. illustratur. סלסלות notat *quasillum vindem torium.* Κάρταλλος est qualus. סל eadem cu priori vox est, indicans *Canistrum*, & Chal סלא & כלתא. §. 3. per צלצל indicantur *na papyraceæ*, quæ instar *corbis* erant *breves* &

imine aeque *contextæ*. Hinc dicuntur כלי σκεύη ef. XVIII: 2. Κεφαλαὶ. Luciano lux. & תבה *apſula*. Exod. II: 3. ſq. Græca verſio illuſtrata. ιβη vox Aegyptia §. 4. סלסל eſt a סלל notatque em *contextam* qualis *corbis* & *naves* ſunt *papyraceæ*. Illæ inde *textæ*, *conſertae*, dicuntur, Græcis πλέγματα. Et *quales* ex *papyro* texebant. §. 5. In loco Jobi & צלצל de *navi papyracea* capiur, quibus *univerſa* Africa abundabat. §. 6. Jeſ. XVIII: v. 5. illuſtratus. זלזלים non convenit ſenſu eum סלסלות Jerem. VI: 9. utriusque loci diſcrepantia. זלזלים ſunt *omphacia*. Elegantia Græcæ verſionis & ſenſus loci §. 7.

§. I.

NIhil magis avertere ſenſus hominum quo in arcana *Orientis* haud facile penetrent, didic, quam quod *litteris* quas ſcriptas reperiunt pertuo adhæreant, nec voces *obſcuras* per *alias* ejusem ſoni organique illuſtratum eant. Cum tamen doctiſſimi Bocharti aliorumque opera multiplicem ujus obſervationis uſum inculcent, luculentiſimisque uſum inſignem docuerint exemplis, quotidianaque exercitatio nos multo in his confirmet magis corroboretque. His in locis litteræ צ mordicus inhaerent eruditi, nec de alia quapiam voce illi affini cum ſono tum ſignificatione vel per quietem cogitant. Vix reperias igitur quempiam qui in radicem צלל huic adplicet vocabulo & vel de *umbratione* vel de *Cymbalo* capiat locum Eſaiæ. Pari ratione multum ſibi dant laboris quoad eandem radicem notionem *fuſcinae*, quam צלצל tribuunt apud Jobum, referant, quod fuſcina cum *mergatur* ſit aqua *tecta* & *obumbrata*. Fuitque ſuper vir doctus, qui notionem *Cymbali* retinendam

dam esse & Jobum de *instrumento musico*, *pisces* alliciuntur, cogitasse credere nos jube Bibl. Histor. Phil. Theol. Class. IV. Fasc. sect. VI. eo nixus argumento pisces *musica* niri & mulceri, quod ut nemo negatum ibit optaremus ut placuisset viro eximio majori re ipsum τὸ κϱινόμενον ostendere, num צלצל ho loco *cymbalum* vel *musicum instrumentum* d tet, quod, adversus veterum interpretatio cum pugnet, dilucidius exponi desideraſſe Bochartus hic de alia vocis ac vulgo solet, ditandum esse origine vidit Hieroz. p. II. L Cap. XVI. Sed præter quam necessitas urg ad *Arabiæ* confugit angulos, exterarumque plorat opem gentium. Iis enim צאלה' esse *S tas*, explicante Giggejo & Golio. Sed hæc tentia eo nititur praejudicio, quod in parte p hemistichii שכות de *telis* accipiat, adeoque i altera parte vocem ei similem quæsiverit. Ve simul atque priori hemistichio alium longe se commodum esse dein Cap. VII: §. 3. sqq. & VIII. ostendemus, & hæc simul quæsita lor hujus vocis origo concidet. Nos, ne lor ri prologo simus tædio, rem ex alterius voc li, quod צלצל litteris ejusdem organi adfine expediendam esse cogitamus.

II. In eam itaque cogitationem incidimus cem סלסלות quam Jerem. VI: 9. reperimus nostra צלצל & litteris sonoque & cognata ex tione conjunctam, tantummodo ab ea ortho phia diversaque sententia discrepantem esse. peritur quidem illic plurali numero & quiden quioris generis. Verum nobilius genus est plurium numero סלסלים quod ex Chaldæo a ret paraphraste, qui eodem numero exposuit ין Quæ vero major inter voces cognatio potes

t cedere ac inter has צלצל *Zilzal* & סלסל *Salsil*;
qæ triplici hoc fundamento tum (α) *litterarum*,
tn (β) *rei* ipsius, tum (γ) *radicis* originisque &
sisus haud disparis *adfinitate*, nititur. Quid, a-
ibo, frequentius (1) reperies orientalium lin-
garum usu, ac, cum omnium litterarum sibi-
litium, tum maxime צ & ס permutationem?
rraginem exemplorum dedit Bochartus Phaleg.
I II: Cap. XXX. p. 146. Ita צרר idem est signi-
fatione, adeoque & eadem vox, cum סרר, uti
צר & סר. Hinc צידון *Zidon* Græcis & Latinis
Sidon & Σιδών. Inde & צור *Zor* est Græcis qui-
m & Latinis *Tyrus*, sed & his *Sarra*, unde
ud Virgilium *SARRANUM ostrum*, & *Tibiæ*
SARRANÆ apud Terentium. Eadem de causa
ΖΩΡ quæ vox Coptis *pellem vulpinam* indicat, &
ב *aurum* esse à notione vocis כצר qua *rubra*
aeque indicantur, notari in diss. de *Inquinat.*
rd. Vestim. §. 10. ubi plura videas exempla coll.
11. Pariter cum Aegyptus Hebræis sit מצרים
Mizraim per צ scriptum, in reliquiis tamen ejus
vocis apud scriptores exteros scribitur plerumque
r Σ, quod convenit cum ס elementum. Ita vo-
tur Μέϛρη incolæque Μεϛραῖοι a Josepho & Μί-
ϛρα a Sterhano. Vide Perizonii Orig. Aeg. Cap.
p. 9, 10. Adde & ipsum nomen μεϛρὲμ quod ex
מצרים superstes est apud Suidam. Μεϛρὲμ ait, ἡ
Αἴγυπτος, ἡ νῦν μέϛρ ὀνομάζεται. Vocabulum μέ-
ϛρ quo *nunc*, suo tempore, scribit Aegyptum vo-
ari Suidas est a מצור (*Mazor*) *munimentum* quo
omine etiam *Aegyptus* venit. Vide Bochartum
Phaleg. L. IV: c. 27. quin ab hoc מצור nomen
Aegypto datum esse מצרים, non à *Mizraim* filio
Chami, ut censent, erudite observat Celeb. Vi-
tinga Obs. Sacr. L. I: Diss. I. Cap. VI: §. 6. Con-
ule etiam eundem in diss. de *Notitia Aegypti*, quam
com-

commentario in Esaiam, ante Capitis XIX. ex
cationem, insertam habes, §. 3. ubi & de nom
Aegyptiorum Μεϛραίων apud Syncellum agit,
qua voce servata, contra ac in reliquis obser
vimus, durior pronuntiatio τȣ̃ צ pro TZ, in
mine מצרים. Erit igitur, observata hac comr
tatione elementorum adfinium, צלצל & כלכל
cabulum idem, uti *Tyrus* & *Sarra*, *Mizraim*
Μεϛρεμ, vel Μέσορα & Μέσερ cum *Mazor*.

III. Nam, ut litteris, ita & (II.) *significati*
cognatum est צלצל cum כלכל. Voci כלכל cum
ἅπαξ λεγομένῃ tum ex veteri versione, tum col
rentia orationis, tum & aliis cognatis vocab
lumen accendendum est. Græcis exponitur
κάρταλλον hoc est *corbem*, *qualum*, *cophinum*,
ex collatione aliarum discimus vocum quas eod
vocabulo exposuerunt. Iisdem enim טני *tene*,
corbis in quo fructus conduntur, est καρτάλ
Deut. XXVI: 2, 4. quod vocis alias per ἀποθ
reconditorium exposuerunt Deut. XXVIII: 5
Similiter eodem vocabulo κάρταλλος reddider
דורים quo *canistra* indicari haud dubium est,
& κόφινον *cophinum* Psalm. LXXXI: 7. transtu
runt. Jeremiam autem loqui de ejusmodi *qua-*
lo apertum est, quia ad *vindemiam* alludit, jub
colligi reliquias Israëlis ut *vitem* & ut *vindem-*
torem accedi ad כלכלותו κάρταλλον ἀυτȣ̃. Est igi
כלכלות heic loci *quasillus vindemiatorius* (e
Wein-Butte) in quem putator *uvas*, vel *ra-*
mos amputatos conjicit. Convenit vero cu
סל & orthographia & significatione. Nam uti
כלכל apparet radicale *geminatum*; ita breviore p
nuntiatione סל eadem vox ejusdem est notion
Indicat quippe *canistrum*, *panarium*, quod & Ch
daicum סלא, סלולה, סלתא & סילתא quibus o
nibus ejusmodi qualus indicatur. Rectissime i

tr Græci כל reddiderunt per κανοῦν *corbem*, me-
morandumque hanc vocem vix alibi adesse in S.
odice ac ubi de *canistro* seu *panario* (Ein Brodt-
korb) agitur. Occurrit enim tum in relatione
omnii *Pistoris* regis Pharaonis, qui *corbem* reple-
tum *panibus* vidit Gen. XL: 16, 17, 18. tum de
io in quo *panes* in sacrificium offerendi Exod.
XIX: 3. tum denique de panario *panum* ἀζύμων
evit. VIII: 2.

IV. Verum, quid hæc, ais, ad *navigia*? *cor-
emne vindemiatorium* seu quasillum genus *navis*
sse perhibes? Imo vero, non quidem *navem* pu-
t, sed maximam his corbibus, cum צלצל seu
vigio vimineo intercessisse convenientiam. Qua-
m enim propheta navem indicet per צלצל hoc ex
oll. v. 2. apparet, ubi vocat כלי גמא VASA
APYRACEA, seu *naves* aut *cymbulas* potius
pyraceas vel *junceas* & *scirpeas*, quæ *leves* erant
nuesque & ex *papyro*, qua universa abundat A-
ica, confectae. Hinc est quod ob *exiguitatem*
arundem & aliis in his locis compellentur voci-
us, ac אני & אניות quibus alias *naves* solent in-
icari. Erant enim tantæ brevitatis ut vix binos,
ummum ternos capere homines potuerint. Et
uia ex papyro & opere erant *vimineo* inde earun-
em vides cum *corbe* & *quasillo* adfinitatem. No-
imus enim & corbes ex *vimine* conferi, aeque
t has *naviculas papyraceas* ex *vimine*, *junco*, *ca-
amo* & *papyro*. Et cum adeo *tenuia* erant *brevio-
raque* inde earundem cum *corbe* præsto satis est
convenientia. Quocirca & eleganter easdem na-
viculas Esaias vocat כלי VASA *papyracea*, non *na-
ves*, quia potius *vasa* erant, ut *quasillus* est, quam
navigia. Græci ἐπιστολὰς βιβλίνας reddidere, quia
cum iis *nuntii* cito itinere per Nilum mitteban-
tur, unde pariter vocant מלאכים קלים *nuntios*
CE-

CELERES. Hinc optime Symmachus, Aqu-
la, & Theodotion, triga illa nobilis interpr-
tum, כלי per σκεύη *vasa* reddiderunt. Quod n-
men σκευῶν παπυρίνων ipsis potius quam *naviu*
reapse convenire ex loco Exod. II: 3, 5, 7. const-
ubi in simili quapiam Moses expositus in Nilo l-
gitur, quam sane perbrevem fuisse oportet. Qu-
propter & גמא תבה *Capsula*, *arcula* vocatur *p-*
pyracea seu *fiscella* ex *vimine* vel *papyro* context-
Quæ vox תבה *Tebha* eadem est cum *Aegyptia* Θι-
βης, seu Θίβις aut Θήβης (ut variant codd. ob so-
τῦ H cum I proximitatem) qua Græcis interpr-
tibus Alexandrinis uti placuit, utpote quæ in *A-*
gypto satis noti usus erat, quamque & pari sen-
apud *Athenaeum* legere viri docti monent, quo
inde est, quia & ipse Athenæus fuit *Aegypti-*
Naucratites. Scholiastes Θίβην exponit recte Θίβ-
παπύρυ *arculam papyraceam*. Joseph. A. Jud. l.
II. C. 5. p. 56. vocat, πλέγμα βίβλινον ἐμφερὲς
κατασκευῇ κοιτίδι, unde apparet *lectulo* seu *inc-*
nabulis fuisse simile, in quo puellulum posuerun-
Nam & dein iterum κοιτίδα appellat, narran-
Thermuthida jussisse τὴν κοιτίδα πρὸς αὐτὴν ἐκκ-
μίσαι. Pari ratione & Lucianus cum *navigia* il-
papyracea, *potius vasis* aliisque utensilibus qua-
navibus fuerint persimilia, vocat ejusmodi instru-
mentum *papyraceum* quod Aegypto Byblum sep-
tem dierum spatio commigrabat, κεφαλὴν βιβλίν-
caput papyraceum in quod *epistola* immissa in Dia
de Dea Syria T. II. p. 658. Ed. Amst. hoc e-
vas aliquod *rotundum* simile *capiti* ex *papyro* con-
fectum, quod *quasillo* rotundo haud absimile fuis-
oportet.

V. Præterea & (III) *origine* vocis optime כלים
conveniunt cum צלצל seu *papyraceis navicul-*
Notat כלכל *rem paratam*, *contextam*, *præpar-*
tam

tam, quæ notio aeque *navigio* iſtiusmodi apta eſt ac *quaſillo*, utrisque ex *vimine* parari & texi ſoli-dis. Eſt enim a כלל quod eſt *parare*, [illegible]ere, *munire* cum *ſtudio*, unde de *viis mu*[illegible]*agge-ribus*, χαράγματι &c. uſurpatur una cum voca-bulis inde deſcendentibus. Quippe, uti ejusmo-di aggeres & χάρακες ex *ſtipitibus*, *truncis* & *vi-minibus* conſuebantur: ſic & *quaſilli navesque pa-pyraceæ* ex *vimine*, *ſcirpo*, *junco*, *papyroque*. In-de סלסלה eſſe genus *veſtimenti textorii* Talmu-dicis, ut Buxtorfius obſervat p. 1484. iisdemque סלסל eſſe *complanare*, *concinnare* & סלסול *compla-nationem* docet. Eapropter veteres cum de *ha-rum* navium papyracearum *confectione* faciunt mentionem, haud utuntur verbo *compingere* πή-γνυσθαι, ut aliàs ſolent, ſed talibus quæ alias de *textis* rebus & *quaſillis* atque *caniſtris* uſurpant, *conſerere*, *texere*, *contexere*, ποιεῖν, πλέκειν, κα-τασκευάζειν. Plinius L. XIII. c. II. PAPYRUS *naſcitur in paluſtribus Aegypti* - - *ex ipſa navigia* TEXUNT *& ex libro vela tegetesque*. Luca-nus L. III. v. 222.

Nondum flumineas Memphis contexere *Byblos*
Noverat - - -

L. IV. v. 130.

Primum cana ſalix madefacto vimine parvam
Texitur *in puppim* - - -

Et dein v. 136.

Conſeritur *bibula Memphitis Cymba papyro*.

Theophraſtus L. IV. Hiſt. Plant. c. IX. Καὶ γὰρ πλοῖα ΠΟΙΟΥΣΙΝ ἐξ αὐτοῦ (ſc. παπύρου) καὶ ἐκ τῆς βίβλου ἱςία τε πλέκουσι καὶ ψίαθους κ. τ. λ.

Inde & πλέγματα βίβλινα paſſim vocantur hæc

Pp na-

navigia, ut notat Schefferus L. I. de Milit. Nav. Cap. 31. 32. ficuti & παπύρινα πλέγματα. Verum loca non addit. Ita autem Josephus L. II. A. Jud. Cap. 5. p. 56. loquens de *area papyri*, in qua Moses expositus μηχανῶνται πλέγμα βίβλινον. Et paulo post de Mirriam ὅποι φερόμενον χωρήσει ὀψομένη τὸ πλέγμα. Item de filia Pharaonis. φερόμενον ὑπὸ τοῦ ῥεύματος θεασαμένη τὸ πλέγμα. Adde locum alium, quem mox citabimus.

Neque tantummodo *navigia* ex *papyro* in Africa, sed & *stragulae*, *tegetes*, *vestes*, *funes* &c. docente Plinio cit. loco, atque *calcei* teste Herodoto L. II. p. 116. Tum & *corbes* atque *cophini* ex eadem materia contexebantur. Quapropter *Alexandrinos* Judæos, qui prope Romam ad portam Camenam frumentum, Alexandrino cataplo defectum, vendebant, *cophino* instructos fuisse ex Juvenali discimus Sat. III. v. 14. & VI. v. 542. Quippe hæc Satyrici loca de *Alexandrinis Judæis* intelligenda esse, optime vidit If. Vossius Var. Obs. Cap. X. p. 148. Præcipue autem hoc ex historia apparet quam de Mose ἄτερ ἱερᾶς γραφῆς refert Josephus L. cit. p. 58. Facturum iter ad Aethiopas ne in via serpentibus infestaretur, narrat quod πλέγματα ἐμφερῆ κιβωτοῖς ἐκ βίβλου κατασκευάσας καὶ πληρώσας ἴβεων, ἐκόμιζε *Vasa plexilia non pauca* e papyro *in* arcae *formam fecisse*, & *completa Ibibus secum tulisse*, quod Ibes serpentibus sint infestissimi. Hæc πλέγματα seu κιβωτοὶ in quibus ibes conclusit, quis non cognoscit instar *caveæ* & *corbis* fuisse plexa.

VI. In loco vero Jobi aeque ac Esaiæ צלצל perquam commode potest de *papyracea navi* explicari. Agit enim de *Leviathane*, cujus *caput* hæc navigia *haud adferre* adstruitur. *Leviathan* autem esse *Crocodilum* Bochartus late docuit P. II. L. V.

Hie-

Hierozoici Cap. XVI. ſqq. Illum vero non modo in *Nilo* ſed & per univerſam Africam cum in fluminibus tum *maribus* eam adluentibus, conſpicuum eſſe, abunde ex innumeris veterum recentiorumque conſtat documentis. Sic uti *papyro* tota Africa abundabat & *arundinibus*, ita aeque vix erat in hac orbis terrarum parte vel regio flumini marique adjacens, quin incolæ *navigiis* uſi ſint *papyraceis* atque *arundineis*, quorum uſus & totam fere *Indiam* permeavit. Obvia paſſim & proletaria hæc eſt obſervatio adeo ut tantum loca conſuli oporteat ab iis collecta, qui de his navigiis magno numero commentati ſunt, velut præter interpretes ad Jeſ. XVIII: 2. & Exod. II: 3, 5.6. ut & ad Plinii L. VI. IV. N. H. c. 56. videatur Salmaſius in Solin. p. 785. Bochartus Phaleg. L. IV. Cap. II. p. 213. Schefferus de Milit. Nav. L. I. Cap. IV. pag. 32. Lydius de re Mil. L. III. Cap. X. p. 139. & Doughtejus Anal. Sacr. Excurſ. 147. apud quos de uſu harum *navium* apud *Aegyptios*, *Mauros*, *Aethiopas* atque *Indos* affatim adeſt exemplorum, quo & locus Heliodori pertinet qui de uſu earundem apud *Aethiopas* agit, a Celeb. Vitringa ad Eſaiam p. 519. annotatus. Præcipue tamen *Aegyptios* ſpectare locum Jobi deinceps Cap. VI. §. 4, 5. diſputabimus.

VII. Addimus pauca ἐν παρόδῳ de vocabulo צלצלים *ſalſalim* quod eodem hoc Capite Eſaias comparet v. 5. Atque uti cum סלסלות Jerem. VI: 9. litterarum conjuncta eſt affinitate: ita & eandem eſſe vocem conjicit in Lexico Coccejus ad vocem סל. Sed rem probabilem haud reddunt duæ rationes. Primum quia in loco Jeremiæ agitur de *vindemia* & *meſſe antumnali*, unde *vindemiatori* colligenti *uvas* maturas in *quaſillum vindemiatorium*, ad-

adposita est explicatio per *κάρταλλος*, in quem ut *uvas* colligit *vindemiator*, sic Deus colligi vult reliquias Israëlis. At in loco Esaiæ agitur de *putatione* vitium *ante messem* autumnalem, ut diserte extat. Quippe לפני קציר ANTE MESSEM *cum perfecta erit gemma*, *&* *flos* erit *omphacium* (בסר) lactens (נמל) *rescindet* הזלזלים *falcibus*, *&* *sarmenta amovebit*, *amputabit*. Agit igitur ille locus de *vindemiatore*, hic de *putatore*. Ille *uvas* amputatas colligit in *corbem*, non ille *omphaces* per errorem putatas cum sarmentis. Neque tempore vindemiæ fit putatio, sed uvarum maturarum collectio. Deinde viro docto adversum fuit quod putaverit Græcos זלזלים interpretatos esse per *κληματίδας*. Quod aliter tamen se habet cum voce illa exposuerint sequentem נטישות *sarmenta*, hanc vero per *βοτρύδια μικρὰ* *parvulas uvas*. Et quidem elegantissime, quia sermo est de *putatione* vitium *ante messem* eoque tempore, quo post פרח *gemmam* vitium & נצה *florem* adest בסר גמל *ἄνθος ὀμφακίζουσα* *flos qui in omphacem degenerat*, quoque tempore ut *omphacia* maturescant fieri solet frondium putatio ne solem impediant. Quoniam vero dum putator falce sarmenta demetit, incautus sæpe & hæc *omphacia* simul amovet. Ita & dicit propheta, *dum putator* (ita hic reddo ו ut sæpe debet) *sarmenta amovebit amputabitque*, *&* *simul falce sua demessurum* הזלזלים *βοτρύδια μικρὰ* *omphacia*. Qua in re grave latet judicium, quia omnis periit vindemia simul cum *sarmentis* amputatis *omphaciis* lactentibus. Atque ita loco elegantissimus adest sensus, neque opus Magistrorum Judaicorum explicatione qui זלזלים *teneriores* exponunt *palmites*. Cum in eo lateat gravitas judicii ut non modo *palmites* & *sarmenta*, sed & *omphacia* demetantur. Iis enim superstitibus nihil

hil est causæ cur de futura optima vindemia colonus animum despondeat.

CAP. III.

Observatio de etymo vocis Phaselus, *quam ex hac ipsa* צלצל *profluxisse ostenditur*

ARGUMENTUM.

Phaselus est navis *Aegyptia* & Aegyptium *nomen* §. 1. est *parvula* navis & *celerrima* quo ipso cum צלצל seu *papyraceis* convenit §. 2. Ejusmodi *parvulis* Phaselis abundasse *Aegyptum* ostenditur. §. 3. Inquiritur in vocis *phaseli* etymon. Et primam syllabam *pha* docetur esse *articulum* Aegyptium; ut in *Pharao*, *Patumos*, *Phatures*, *Pharus*; quorum etyma & origines nominum indicantur. *Pharus* insula fuit *praerupta*. §. 4. Syllabam *sel* in *Phaselus* esse צלצל ostenditur, vel potius צל. Formale in iisdem vocibus orientalibus sæpe *simplex* est saepe *compositum* & *duplicatum*, ut exemplis ostenditur. §. 5. locus Es. XXXIII. 21. excussus. Graeca versio LXX. emendata, num pro צי ibi legi possit צל? pro צי Symmachi codex habuit צו. Notat צל *navem* §. 6. In locis Dan. XI. 20. Es. 23: 13. Psalm 105. 41. Num. 24. 24. Ezech. 30. 9. voces צים, ציים & ציה haud indicare *naves* ostenditur. §. 7. In *tabula Isiaca* apparent ejusmodi *phaseli* Aegyptiaci. Neque sunt *barides* ut Pignorio placet. Naves Aegyptiorum *thalemeg*, erant *phaseli*, quibus oppida circumvehebant. *Seneca*, *Strabo*, *Virgilius* & *Suetonius* illustrati §. 8.

§. I.

PRoferamus & alia argumenta quæ rectiori via demonstratum ibunt Græcos צלצל per πλοῖον optime exposuisse. Auguror hoc doceri posse ex

voce PHASELUS seu φασήολος, qua *navigium* indicari constat. Eandem enim ex hac ipsa צלצל esse prognatam probabimus. Et hoc eo quidem ordine, ut nomen *Phaseli* haud *Graecum Latinumve*, verum *Aegyptium* esse principio ostendamus, dein quî cum *Hebraea* seu *Aegyptia* voce צילצל conveniat, doceamus. *Phaselum* esse genus navis apud *Aegyptios* usitatum docent scriptores, qui, *Aegyptiorum* memoriam celebrantes, simul eorundem *Phaselorum* injiciunt mentionem. Virgilius L. IV. Georg. v. 287. sq.

> *Nam qua* Pellaei *gens fortunata* CANOPI
> *Accolit effuso stagnantem flumine* NILUM,
> *Et vehitur pictis circum sua rura* PHASELIS.

Canopum Pellaeum seu *Macedonicum* denotare *Aegyptiam* urbem seu *Aegyptiacum* Canopum alibi & simul caussa data appellationis vidimus. Tria autem hæc nomina sunt *Aegyptia* vocesque *Aegyptiæ* linguæ, quæ ex affini *Hebraica* possunt illustrari. *Canopus* est à כנף *canaph*. Conf. §. 2. Cap. V: *Nilus* a נהל *nachal* vel *naal*, *neil*, unde νεῖλος & *Nilus*. Sic & *Phaselus*, cujus investigandæ origini intenti sumus, Aegyptium est vocabulum. Quippe ut *Canopus* & *Nilus* pertinent ad *Aegyptios*, sic & *Phaseli* eorum *navigia*. Juvenalis Sat. XV: de *Aegyptiis* loquens v. 126. ut recte vetus monet Scholiastes, eodem vocabulo eorum *naves* indicat, his verbis:

> *Hac sævit rabie imbelle & inutile vulgus*
> *Parvula fictilibus solitum dare vela* PHASELIS
> *Et brevibus pictae remis incumbere testæ.*

Disertius nos veterum Scholia erudiunt *phaselis*

uti

uti *Egyptios*. Et Juvenalis quidem Scholiastes *phaselis* exponit *testeis navigiis. TALIBUS enim NAVIGIIS in* NILO *utuntur*. Servius vero *Phaselis*, ait, *brevibus naviculis, quibus utuntur cum stagnaverit* NILUS.

II. Animadverte vero Phaselum non modo *Aegyptiam* esse *navem*, verum & admodum *parvam*, ut partim ex his Scholiastis discimus, partim ex ipso Juvenale, qui *parvula* earundem *vela* memorat *brevesque remos*, praetereaque cum Virgilius memorat his phaselis *Aegyptios circumvectos* esse *rura sua* per fossas quibus terra abundabat frequentissime; *parvulas* has naves fuisse constabit, haud absimiles Belgarum *Schuyten* & Venetorum *gondolis*, quibus aeque *canaliculos* pernavigant. Quippe indicare צלצל ejusmodi *parvula navigia* ex interpretatione veterum antea satis adstruximus Cap. I. §. 4. & Cap. II. §. 4-6. Atque inde est quod *phaselus* non modo pro *Aegyptia*, sed ut fieri solet, pro unoquoque *navigio minutiori* dein accipiatur, quemadmodum inter *navigiola* varia ponit Gellius L. X. c. 25. uti & inter alia ejusmodi, quibus *Garumna* trajicitur, *acatia*, *rates*, *lintres*, *stlatas*, & *Phaselo* locum dat Ausonius Epist. XXII: v. 31. sq. Pariter *Phaseli* nomine intellige *Scapham* seu lembum, grandiorem navem *subsequentem* in his Statii L. III. Sylv.

> *Quaeque* secuturam *religent post terga* phaselon,

Tum quia *brevis* adeo erat Phaselus epitheto fragilis ornatur ab Horatio L. III. od. II. v. 29. quibus cetera addes loca a Joh. Scheffero L. II: de Mil. Nav. c. I. p. 71. hanc in rem notata. Pariter vero ut nostri צלצלים commendantur à *celeri*-

ritate insigni quâ fluvios & mare pererrant, hinc dicti כלאכים קלים *nuntii* LEVES seu CELERES ἄγγελοι κοῦφοι Es. XVIII. v. 2. Sic aeque *phaseli* erant celerrimi. Horatii Scholiastes vetus ad citatum locum monet *Phaselum esse* VELOCEM *navem & longam.* Catullus L. I. carm. IV. v. 1. egregie huc facit.

> PHASELUS *ille quem videtis hospites,*
> *Ait fuisse navium* CELERRIMUS,
> *Neque illius natantis impetum trabis*
> *Nequisse præterire* (ob celeritatem) *sive palmulis*
> *Opus foret* VOLARE, *sive linteo.*

Volare, metaphora satis nota, naves dicuntur quæ *celerrimo* feruntur impetu, ut Cap. V. §. 4-6. pluribus ostendemus.

III. Ejusmodi vero *parvulis navigiis* abundasse *Aegyptum* Africaeque regiones ceteras haud dubium est. Constabit non modo ex iis quæ antea de *papyraceis arundineisque* navigiis monuimus. Cap. II. §. 4; 6. Sed & ipso *parvulorum* epitheto quod Aegyptiacis datur frequenter. Lucanus de biremi qua usa Cleopatra *Aegyptiorum* regina L. X. v. 56.

> - - *Se* PARVA *Cleopatra biremi*
> *Corrupto Custode Phari, laxare catenas*
> *Intulit Emathiis ignaro Cæsare tectis,*

Unde & *non longam biremem* similem Aegyptiam navem vocat L. VIII. v. 562. Illustris locus apud Strabonem occurrit L. XVII. p. 801. de *luxuria canopica* agens. *Sed ante omnia memorabilis est turba* (ὄχλος: nota *multitudinem*) *eorum qui ad festivos conventus per fossam* (διὰ διώρυγος) *Alexandria* (Canopum) *descendunt. Nam singulis*

diebus

liebus ac noctibus (πᾶσα γὰρ ἡμέρα καὶ πᾶσα νὺξ) PLENA *est ea* NAVICULARUM (πλοιαρίων) *viros ac mulieres vectitantium* &c. Ex quibus insignem horum *phaselorum* multitudinem in *Aegypto* satis colligas, cum quibus confer quæ de similibus lusibus Aegyptiorum in *navigiis* (ἐν πλοιαρίοις) quas per urbes Aegypti quotannis instituunt, præcipue Bubastum vehentes notavit Herodotus L. II. p. 126. Adi & Hirtium de Bello Alexandrino, ubi sæpius mentionem fieri videas *parvulorum navigiorum* in rebus *Aegyptiacis*, ut p 656. Ed. Lugd. *Præterea*, ait, *nautici homines & urbis & regionis maritimae, quotidianoque usu à pueris exercitati, ad naturale & domesticum bonum refugere cupiebant*, & *quantum* PARVULIS NAVIGIIS (agnoscis *Phaselos*) *profecissent*, *sentiebant*. Idem p. 656. refert Alexandrinos majoribus & MINORES *apertasque* naves *adjecisse*: Dein vero p 658. de iisdem: MAGNUM *præterea* NUMERUM (en *copiam* harum navium) MINORUM NAVIGIORUM & SCAPHARUM *producunt* &c. Quæ cum *breves* erant adeo naves, & summam iis adfuisse *velocitatem* docet, p. 654. quo ipso pariter *celerrimos phaselos*, de quibus §. 2. egimus, agnoscis.

IV. Igitur *Phaselos* esse *Aegypto* proprios vidimus. Quapropter & convenit ut vocem *Aegyptiis* quondam domesticam ex veteri *Aegyptia* lingua eruamus. Ordiamur a prima ejus Syllaba quæ est *Pha*. Hæc ipsa indicio satis esse potest vocem esse *Aegyptiam* ceteris paribus. Est enim *articulus præpositivus* quo *Aegyptii* utuntur, quosque exteros populos cum ipsis jungere vocibus, probavimus in diss. de חוכים §. 11. Atque ut ibi eundem sæpius articulum per PI, ΠΙ, PU, BU, BI, PHI &c. efferri monui, sic idem nunc osten-

 damus

damus de PHA quorundam vocabulorum A-gyptiacorum exemplo. Apparet Articulus in vo-ce *Pharao* quam alias eandem censent cum πίρ-μος, ubi articulus πι, qui cum *pha* idem est, vox ρωμ fortasse ab Hebraeo רום *rum*, *excelsu-esse*. Ostendet praeterea hunc articuli usum no-men *Pharus*, quo ipsula prope Alexandriam fu-nobilis, quae & *Pharos* vocatur a Lucano L. X Pharf. v. 509. & Seneca L. VI. Quaest. Nat. c. 26. Prima syllaba est articulus, & altera r- vel *rus* est ab Hebraeo ראש *caput*, quo & *promon-torium* & *rupes* indigitatur. *Promontoriis* enim *rupibus* gavisa est quondam *Pharos*, unde ejus δύο ΑΚΡΑΣ *duo PROMONTORIA* celebrat Stra-bo L. XVII: p. 791. atque ejus ἀκρῶν *promonto-riorum* alterum *orientale* ait esse ΠΕΤΡΑΝ προσκλυ-στον ἔχουσαν ΠΥΡΓΟΝ, PETRAM *mari circumda-tam habentem* TURRIM seu ראש *prominentiam*. Ita & SUPERIORES *phari* REGIONES (quo-ipsum est ראש) *ejusque* MOLES celebrat Hirtius de Bello Alex. p. 646. Idem Aegyptius articulu-se prodit in nomine urbis *Patumos*, quam Hero-dotus tribuit Arabiae prope mare rubrum L. II. c. 158. Ea enim urbs Πάτουμος est Hebraeorum פתם *Pithom* Exod. I: 11. memorata, ut alii dudum observarunt. Quippe Graecis est ἡρώων πόλις *locu-Heroum*. Atqui θωμ notat Aegyptiis *Heroem* ut θὸν vel *Than*, unde Aegyptia nomina *Thanis* & *Thoni*. Eaque propter ἡρώων πόλιν versionem Cop-ticam reddidisse *Pethom* observat Bonjourius in Mon. Copt. Cap. 21. ut igitur *On* est ἡλιόπολις sic *thom* ἡρώων πόλις. *Pi*, vero pel *pe*, *pa* prae-posita syllaba nil nisi consuetus Aegyptiorum articulus. Neque dubito quin his animadversi-lux dari possit terrae *Pathros* in *Aegypto*, quae in sacris nomine eodem פתרוס occurrit ejusque in-

cola

...lae vocantur פתרסים Gen. X: 14. Ezech. XIX: ... ut פ *pa* sit articulus, nomenque ipsum תרוס ...*ros* vel *thros*. Aeque varie, ut ipse articulus, ...c vox scribitur vel φάθωρι vel *Patures* vel *Pha-*...*res*. Vide Celeb. Cellarii Ant. Geogr. L. IV. ...ap. I. p. 59. Atque ita in similibus. Eodem igi-...r modo, ut olim πι in voce πίθηκος esse hunc ...regrinum articulum ostendi cit. diss. §. 11. sq. ...c & exinde exemplum capies quam juste idem ... voce *phaselus*, quam esse *Aegyptiam* probavi-...us, urgeam.

...V. Expedita primæ Syllabae ratione, ex resi-...is, demta terminatione *us*, quam Græci Lati-...que peregrinis addunt vocibus, superest ex *pha-*...*lus* media *sel*. Hanc ex hac ipsa ל צל ortum ...acere contendo. Quippe sylaba צל *Zil* vel *Sal*, ...æ hac voce *duplicata* est, alias *unice* tantum ...onuntiata est, ut pro פצלצל *Phazilzal* vel *Pha-*...*lzil* dixerint *Phazil* vel *Phasel*, quæ est ipsa vox ...*paselus*. Nihil frequentius est in orientis litte-...tura, quam ut *formales* litteræ vel *solæ* vocem ...onstituant, vel *duplicentur*; adeo ut mirum haud ... צל esse idem quod צלצל. Luculentissime hoc ... voce סלסל quam antea eandem esse cum hac ...צלצל vidimus, Cap. II. constabit. Quippe æque ...ribi סל *sal* ac סלסל *salsal* ibidem §. 3. evicimus. ...c ipsa radix צלל unde deducunt צלצל nobis dat ...onosyllabum צל quo indicatur *umbra*, uti & ...haldæi pro צלל habent contractiorem unius ...llabae radicem צל. Vide Buxtorfii lexicon Talm. ... 1916. Hebraeis eodem modo est תור *tur* no-...men avis. Verum & duplicatur formale sæ-...ius תורתור *tur*, *tur*, unde Latina ejus vox *tur-*...*tur*, quo exemplo nostro צלצל *zilzil* vel *zilzal*, ...x erit similius. Quippe & hæc ipsa avis He-...raeis צלצל vocatur, & Chaldæis affini nomine צלצלתא.

צלצלת, Eadem diſcrepantia apparet ex no-
nibus urbis tribus Benjamin, quae, גלילות g-
loth vocatur Joſ. XVIII: 17. productione ex
dice גלל. At *duplicata* eſt radix & in גלגל *Gil*
quo nomine eadem urbs inſignitur Joſ. XV
Sic & גליל *Galil* eſt *Galilæa* paſſim, quæ tame
duplicata radice æque appellatur גלגל *Gilgal* J
XII: 23. Eandem enim cum גליל eſſe region
ex Alexandrinorum conſtat verſione, neque
ea emendanda critico opus eſt, ut multis videt
acumine. Sic res *rotunda* vocatur גול *Gol*
bræis & Phoenicibus, & vel ex voce *Gaulus*
λος conſtat, de qua deinceps Cap. IV. §. 3, 4.
hilo tamen ſecius in aliis vocibus ex eadem rad
גלל natis, quaeque æque *res rotundas* indicant, ead
bis effertur ſyllaba, ut documento ſunt לת
(*Gilgoleth*) cranium, גלגל *Gilgal* nomen u
Joſ. V: 9. & regionis ut antea diximus, & ל
Galgal quae *rotam* innuit & cœli *convexitat*
Et huc pertinent quae de formali קר & קרא p
ribus diſputavit Celeb. frater meus *Theodorus H*
*SÆU*s in Bibl. Hiſt. Theol. Phil. Faſc. III.
III. Sect. VIII. quod quidem retineri millie
ſæpius tamen duplicari ut in כרכר *Carçar* 2. Sa
VI: 14. & קרקר *Karkar* Num. XIV: 17. &
XXII: 5. obſervavit §. 18, 19. Quis igitur n
phaſeli nomen in hoc ipſo צלצל agnoſceret, a
plecteretur que Graecam verſionem hoc per πλ
exponens vocabulum?

VI. Attamen, cum toties à radice צלל, qu
ties *obumbrare* denotat, reperiamus vocem צל *u*
bram ipſis radicalibus *unice* expreſſis: mirum
hi viſum fuit nos binis his in locis צלצל ra
calibus *duplicatis* cognoſcere, neque unquam
ſacro Codice repertum iri צל *Zil* de *navi* ha
geminatis radicalibus. Hæreo tamen numve v

צל apud Prophetam nostrum vestigia appa-
rent. Placet illis, qui lexica condidere Hebrai-
ca, צי *Zi* esse *navem* in S. Litteris plurali צים
Zim vel צי"ם *Ziim*. Sed nullo hoc adstruere pos-
sunt loco præterquam unico apud Jesaiam Cap.
XXXIII: 21. *Neque proficiscetur in ea* אני שיט
navis triremis. Neque transibit illud צי אדיר
NAVIS *ingens*. Hic enim duæ sunt partes ora-
tionis synonymæ, seu duo hemistichia, quæ fre-
quentissime in carminibus vaticiniisque occurrunt
Hebræorum, habentia ad se invicem mutuam *re-
lationem*, *cognatamque* utroque in commate vo-
cum *significationem*. Quapropter, ut in priori
parte הלך *proficisci*, πορεύεσθαι, ut Græci dede-
re, habet σχέσιν ad עבר *transire* in altera parte
commatis: Sic & צי ad אני. Quam vocem
primam cum nemo dubitet *navem* indicare, si-
mili significatione & צי *Zi* in posteriori gaudere
oportet, unde & rectissime Graecos per πλοῖον
transtulisse videas. Sed locus corruptissimus in
Graeco textu hac occasione est emendandus. Le-
gitur οὐ πορεύσῃ ταύτην τὴν ὁδὸν οὐδὲ, πορεύσεται πλοῖον
πλεῦνόν. Quæ si ita serves, triplici nævo, quam
nostra Græcis impinges, laboraret expositio,
partim quod adsit inanis tautologia, partim ele-
gantiæ textus Hebræi haud respondens translatio,
partim quod haud verbum detur in Hebraicis unde
pronomen ταύτης posset exsculpi. Corruptissi-
mam igitur vocem ταύτην ita restituas ναῦς τριήρης.
Nam ex ναῦς propter affinitatem litterarum libra-
rius, quod ductum non assequeretur earundem,
fecit ταυ, eumque τριήρης haud recte legit; con-
cludit την syllabam, quam priori jungens, ex dua-
bus vocibus unicam fecit ταύτην. Quippe vox
τριήρης & similes olim per compendium scri-
bebantur τρης. Sequentia τὴν ὁδὸν respondent He-
braeo-

braeorum בו *in ea* sc. *navi* vel *via* , ellipsi v
דרך ex eorum interpretatione. Atque ita &
Græcis duae partes orationis sibi invicem resp
debunt. *Non proficiscetur via illa navis triren*
Neque transibit navis maxima. πλοῖον ἐλαυνὸν
navis *longae extensionis* ab ἐλαύνω. Elegante
Aquila exposuit οὐ μὴ πορευθῇ ἐν αὐτῇ ναῦς κα
(navis remorum) καὶ τριήρης ὑπερμεγέθης οὐ δι
σεται αὐτὸ , qui צי reddidit per τριήρην trirem
Verum cum nullibi probare aliunde possint er
ti צי indicare navem (loca enim quæ adferunt
tera minime de his loqui *navibus* dein videbin
& difficilior sum , quo illis heic loci fidem
beam. Nam hunc Esaiæ locum olim multo
ter scriptum dicas, ipsamque hanc vocem צי
ter lectam ostendit apertissime Symmachi exp
tio, quae haec est: οὐ μὴ πορευθῇ πλοῖον κωπήλα
οὐδὲ ΕΝΤΟΛΗ κραταιοῦ διαπεράσει αὐτόν. Unica
vox est ἐντολὴ *mandatum* quae regulis explicati
sanae contraria est. Quam enim relationem h
mandatum, decretum, ἐντολὴ ad praecedens πλοῖον
vem? Quî ille ex *navi magna* exsculpsit *m*
datum magni κραταιοῦ hoc est DEI? Dicam pau
Symmachus in libro suo haud nactus eam est
ctionem צי quam nostri prætendunt codices.
rum צו posito ו pro, quae vox ἐντολὴν *praecep*
& *mandatum* indicat. Vides igitur olim fi
longiorem litteram in hoc loco. Quod si ig
ex hac littera longa feceris longiorem, hoc
in ל, levissima mutatione, permutabis, vo
habebis צל *Zil* quae ipsa illa est quam duplic
radicalibus in צלצל deprehendis, sed in *Ph*
vocabulo unica syllaba extare probavimus. I
vero צל quin commode *navem* indicaverit,
est cur dubites ex iis quae in hanc rem co
m-

nandam produximus. Sed conjecturam propo-
ui, quam nemini obtrusam velim.

VII. Illos vero qui urserint vulgatam & le-
tionem & significationem τῦ צי nescio quibus
ræsidiis illam adstructum iverint, cum in co-
natis orientis litteris nihil pro ejus notione *na-
vigii* reperiatur; neque etiam in ipso S. Codi-
e. Produxere quidem viri docti loca in qui-
ùs צים, ציים vel ציות notionem esse *navium*
utarunt. Sed hæc hariolatio unice huic Esaiæ
oco, velut fundamento innititur, cujus tamen
ectionem jam Symmachi ætate à vulgari di-
ersam fuisse, ostendi. Præterea in illis locis
bi צים mentionem esse volunt de *navibus*, neu-
iquam de his agi, verum de rebus longe aliis,
nirot viros doctos haud ex Græca versione, ad
uam in dubiis velut ad lapidem Lydium confu-
iendum esset, didicisse. Loca brevibus strictu-
is examinemus quæ viros eruditos in hanc rem
dduxisse, reperimus. Celeb. Perizonius Orig.
Babylon. Cap. VI. conjicit ita posse reddi Esaiæ
Cap. XXIII: 13. *Assur fundavit eam* (terram
ציים (*Zijim*) NAVIBUS, hoc est, ex ea fecisse
Navale. Verum Celeb. Vitringa egregiis satis
rgumentis docuit ad genuinam vocis צי, quae
desertum notat, respiciendum esse significatio-
nem, & reddendum locum: *Assur fundavit eam*
DESERTICOLIS, quoniam tum terra illa Ba-
bylonica *deserta* erat. Sic & ad ἐρήμωσιν respexe-
re in versione sua Græci. Alium locum Psalm.
105:41. in Concordantiis Buxtorfius, sed ut *du-
bium*, ipse cruce notat. Putavit enim ציות נהר
esse *naves fluvii*; verum hic indicantur ποταμοὶ
ἄνυδροι *fluvii exsiccati* siccitate, ut eleganter ite-
rum Græci observarunt. Simulatque enim DEUS
rupem percussit, (nota Historia quo alluditur
Exod.

Exod. XVII: 6. Num. XX: 11.) manu Mosis
tum *fluvii* seu *valles* (utrumque enim נהר deno
tat) *siccitate* aridi aqua repleti sunt, nequaquam
vero *naves* fluvii. Idem vir indoctus & alia du
producit loca Num. XXIV: 24. & Ezech. XXX:
9. Prior ita se habet וצים מיד כתים ubi צים pe
peram jungunt cum כתים intelligentes *naves Chi*
taeorum. Quid enim hoc & *NAVES ex man*
bus CHITTÆORUM, & perdent ASSUR.
Est vero צים heic loci a יצא *egredi* notatque eos
qui è populis Chittæorum *egredientur*, perditu
ros *Assur* & *Eber*. Sic & Græci καὶ ἐξελεύσεται
χειρῶν Κιτιαίων, κ. τ. λ. ἐκ χειρῶν è *manibus* ho
est ex *potentia*, *multitudine* Cittiæorum. Eadem
ratio est loci apud Dan. XI: 30. quem Coccejus
in lexico animadvertit ubi צים כתים sunt qui e
terra Chittæorum *egrediuntur*, οἱ ἐκπορευόμενοι Κι
τιοι, ut adposité Alexandrini, quosque vaticina
tur *ingressuros* terram *Australem* de qua v. 2
Nihil est liquidius. Locus Ezechielis difficilio
est qua DEUS vaticinatur: *à facie ipsius illo a*
egressuros מלאכים *nuntios* בצים quod reddunt
navibus, ad perdendos Cuschitas. Græcæ versio
nis vulgatæ editiones corruptæ sunt. Compl
tensis habet textum integrum, pro בצים legens
Σεὶμ, adeoque sciverunt optimi interpretum pr
vum hic usum esse hujus vocis, quam cives Al
xandrini exposuerunt ipsa illa, in Ægypto s
tis nota voce servata σὴμ. Ridiculum enim, cu
voces Hebræas sæpius servant Alexandrini, nequ
Græcis reddunt, viros doctos asserere, eos i
transtulisse ob ignorantiam quid significaren
Retinuerunt illi eas voces quas tum temporis
Ægypto tritissimi omnium usus esse sciebant
quæ à nobis nunc magno studio emendæ. I
hic commodum accidit, quod Scholiastes not
vér

verit ſeu Theodotion τὸ Σεὶμ τῇ Ἑλλάδι φωνῇ ἐν ἰσχῦι. Indicare *Graeca lingua in potentia*, *viribus*. Inde vero elegans ſatis loci ſenſus apparet, *ex Ægypto egreſſuros à facie Dei die illa nuntios* (ſeu *milites*) *in potentia* ſeu *fortitudine*, hoc eſt ex Hebraismo, *potentes*, nuntios *fortes*, *magnanimos*, ad *devaſtandam terram Cuſchæorum*. Igitur fruſtra in his locis præſidium notionis צי pro *navigio* quæritur. Num ergo in unico illo Eſaiæ integra lectio ſit ſervata, qui jam olim in mendo cubavit, alii judicent, & quid noſtrae conjecturae de צל ſeu *phaſelo* tribuendum ſit, quam ipſam eſſe Ægyptiam vocem & *navem* indicare conſpeximus, diſpiciant.

VIII. Quicquid ſit, in *Tabula menſae Iſiacae*, quam L. Pignorius poſt Kircherum expoſuit, conſpicimus aliquot *lembos* Aegyptiacos quibus *bos* ſeu *Oſiris* vehitur. Haec navigia Pignorio placet eſſe *Barides* p. 71. At cum *Baris* ſit Aegyptiis ejusmodi navigii genus, quo *cadavera* hominum ad *ſepulchra* devehuntur docente Herodoto L. II: cap. 96. nihilque horum hic ſimile conſpiciatur, potius has naves *Phaſelos* Aegyptios eſſe cenſemus, quam *Barides*. *Baridis* enim formam habes apud eundem Pignorium in gemma, quam idem aeri inſculptam exhibet p. 52. ubi in navicula conſpicias jacentem hominem *mortuum*, quem ego *Ægyptium* hominem eſſe cenſeo, haud vero *Orum* Deum, ut Pignorio placet. Neque enim perpetuo in exponendis monumentis Aegyptiacis ad Deos eorum recurrendum eſt, quaſi nihil illi præter Deos & ſacra ſculpſerint. Adde quod & *breves remos*, quibus incumbere Aegyptios *pictae teſtae* Juvenalis commemorat Sat. XV: v. 128. hic in manibus *Iſidis* & *Oſiridis*, qui navis ſunt *portitores*, clariſſime adſpi-

ſpicias, num. 17. 18. Adde quod hæc navis ſit Θαλαμηγὸς *Thalamegus* conſpicua in hoc menſæ Iſiacæ limbo, utpote quæ *bovem* vehit. Quippe *Thalamego* ejusmodi vehebant *Apin* per Nilum *Memphin* usque Sacrorum cauſa tradente Siculo Diodoro L. I. p. 53. ſq. Atqui *Thalamegos* eſſe *Phaſelos* apparet ex illis Plauti Rud. A. IV. ſc. II v. 27. ubi Gryphus piſcator ait loquens magnifice

- - *Navem faciam, atque imitabor Stratonicum,*

Oppida circumvectabor - - -

Collatis cum his Virgilii qui de Aegyptiis tradit quod *ſua rura circumvehantur phaſelis*. Stratonicus autem qui *navi phaſelo* eſt *circumvectus oppida*, fuit ſub Alexandro M. & Philippo patre dives quæſtor. Græci autem in luxu maxime Aegyptios imitabantur. Nam *Phaſeli* illi, ut deſcribit Virgilius, erant iidem, quos Seneca vocat L. VII: de Beneficiis Cap. 20. *Naves Luſorias & cubicularias*, quæ dicit fuiſſe *ludibria* REGUM *in mari laſcivientium*. Nam *luſus* cauſa iis *oppida* & *rura* vehebant circum, ut de Aegyptiis indicat Poëta, & ex his Strabonis dilucide ſatis diſcimus L. XVII: p. 800. referentis Schedias qui locus ab *Alexandria* diſtat quatuor ſchoenis pagum eſſe urbi ſimilem habentem *navale* τῶν θαλαμηγῶν πλοίων *Thalamiferorum navigiorum* quibus οἱ ἡγεμόνες PRINCIPES *viri in ſuperiorem* (Aegypti) *navigant regionem*. Attende quod his *thalamegi* utantur ἡγεμόνες *Principes*, quemadmodum Seneca *luſorias*, ut appellat, dicit *eſſe ludibria* REGUM. Quippe & *principes* viri divitesque & *reges* in *Ægypto* iis utebantur excellentioribus. Sueton'u

tonius Cæf. Cap. 52. *Dilexit & Reginas* (C. J. Cæfar) *Sed maxime Cleopatram* (Aegypti reginam) cum qua & *convivia in primam lucem ſæpe protraxit*, & *eadem* NAVE THALAMEGO *pene Æthiopia tenus Ægyptum penetravit*. Unde illa Strabonis illuftrantur dum ait *principes* Aegyptiorum *navibus Thalamiferis* εἰς τὴν ἄνω χώραν in *ſuperiorem* navigare *regionem*, hoc eft *Ægyptum ſuperiorem*, feu ut Suetonius, *Ægyptum Æthiopiam tenus*. Tantâ autem in Aegypto naves thalamegi aderant copiâ ut reges eorum vel *octingentas* habuiffe paratas autor fit Appianus in Procœmio Cafaubono obfervante. Unde pariter ac & collatione locorum *Plauti* & *Virgilii* illas Thalamegos fuiffe *Phaſelos* Agyptiorum conftabit.

CAP. IV.

Tametſi צלצל *retineat notionem CYMBALI, poſſe nihiloſecius & capi de NAVIGIO.*

ARGUMENTUM.

Viri docti urgent in צלצל notionem adfinem *cymbalo*. Potuit idem *navigio* datum effe quod *rotundum* fuerit uti *cymbalum*. *Papyracea* navigia *rotunda*. §. 1. Docetur nominibus iisdem gavifa effe & *navigia* veterum & varia *inſtrumenta*. §. 2. *Gaulus* γαῦλος effe nomen *Phœniciae navis* & dari vel *quatuor* generibus *vaſorum* adftruitur. §. 3. Quae adepta funt nomina quia & *naves* & *vaſa* hæc fuere *rotunda* à radice גלל, unde & varia alia *rotundarum* rerum ab Hebræis appellata vocibus cognatis. §. 4. Inftrumentorum *muſicorum* nomina & aliis conceffa *vaſis*, velut נבל, שפרות, *Cymbala*, aliaque §. 5. refpondetur objectioni §. 6.

 Au-

§. I.

AUguramur vero nonnullos, quibus præjudicatis adhærere mos est opinionibus, nobis difficulter accessuros, nisi simul, quam צלצל seu *cymbalum* habere cum *navigio* cognationem possit, indicaverimus. Sunt enim qui principem τȣ̃ צלצל notionem esse *cymbali* contendunt, nec aliam in locis, ubi idem apparet vocabulum, nisi *cognatam* videant sententiam expositam, sine nota dimittent explicationem. Præcipue id ursit vir doctissimus J. G. *Schelhornius* in Bibl. Histor. Phil. Theol. Cl. IV. Sect. VI: Fasc. III: §. 3. cui alia ac *cymbalo affinis* notio in his ipsis locis Esaiæ & Jobi, valde displicet. Concedamus igitur idipsum viro erudito, sed simul ea conditione ut & nobis largiatur *navigio* idem esse posse nomen ac cymbalo, ob *formae*, quæ olim *navigiis* intercessit cum *cymbalo*, cognationem. Nam veterum naves fuere olim *rotundae*, atque ejusmodi Schemate & *papyraceas* fuisse ostendit locus Luciani de Dea Syria T. II. p. 658. ubi *papyraceum* vas per mare Byblum missum ex Ægypto à *rotunda* forma adpellat κεφαλὴν *caput*, uti Hebræis גלגלה est *caput cranium* à גלל *rotundum esse*. Ita & vocem θίβην, quam Scholiastes ad Exod. II: 3. explicat per κιβωτὸν παπύρȣ *arculam papyraceam*, denotare ὑδρίαν *urceum* monet, quam dubio procul significationem nacta est ὑδρία à pari cum his navigiis formæ *rotunditate*. Sic & γαῦλον esse *navem rotundam* apud Phœnicios §. 3. 4. videbimus.

II. Verum hæc haud usque adeo urgemus, siquidem alia via pateat, qua his occurramus. Quippe, si צלצל *cymbalum* est, nihil aliud denotat

tat nisi *instrumentum* quodpiam quo homines *lusus* gratia delectantur. Nullam vero linguam, credo, orbi terrarum illuxisse, quin simul dives fuerit ejusmodi nominibus, quæ simul *vasis* variis seu *instrumentis* data sint, atque *navigiis*. Antequam enim robur illud triplex hominibus circa pectus fuit, quo fragilem truci pelago ratem, ut ait ille, commiserint, varia *utensilia* in usu fuere, quorum ob *formæ* similitudinem nomina tum *navigiis* repertis indita sunt. Meminerimus *cymbam*, (quæ æque ut *cymbalum* à *cavitate*, Græcis κῦφος dicta, nomen accepit) non tantum genus esse *navigii* sed & *poculi*; Κύμβος est *acetabulum* & *scutella*. Est tamen & *navis* genus κύμβη & κύμβιον, quemadmodum & vasis *potatorii*. Talmudicis ארבא est *navis*, *scapha*. אריבא vero & ארובא *mactra* seu instrumentum, in quo farina depsitur. Voces σκάφη, σκάφιον, σκαφίδιον, & σκάφος Græcis denotare *navigia* novimus. At & varia *vasa* utensilium iisdem indicari vocibus Græca veterum Lexica erudient. Confer & Schol. Aristoph. ad Aves v. 599. Ita σκαφίδες de *Vasis* apud Homerum Odyss. X: v. 222. & pro tali in quo *mel* reconditur apud Theocritum Idyll. V: v. 59. ubi Scholiastes. Σκαφίδες ἀγγεῖα εἰς ἃ κατετίθεταν τὰς μελικηρίδας. Inde ad Latinos *Scaphae*, *Scaphes* & *Scaphii* utræque notiones descenderunt. Latinis *linter* est alveolus (ein Trog) sed pariter & *navigium* sæpissime eodem vocabulo indicatur. Vide Ausonium Ep. XXII: v. 32. Nec minus & *alvei* nomine *vas* ligneum concavum innuunt Romani. Verum & sæpe pro *nave* occurrit. Consule Schefferum de Milit. Nav. L. I: Cap. 3. Æque diminutivum *alveolus* (eine Mulde), usurpatur de *navigio* apud Juvenalem Sat. V. v. 89.

III. Negabis vero hanc apud *Eoi* orbis populos fuisse loquendi rationem ut nomina *navigiis* simul atque variis *instrumentis* fuerint communia? Id ne fiat, unico illustremus exemplo, ne in re nota satis atque obvia passim justo simus verbosiores. *Phoeniciam* (b) vocem γαῦλος *Gaulus*, & *navis* nomen esse *Phoeniciorum*, & variorum *vasorum*, juvabit observasse. Idque ob *rotundae* convenientiam *formae*. Eustathius ad Odyss. X. v. 222. triplicem ejus vocis dat expositionem, & quidem sumi (α) pro σκεύεσι ποιμενικοῖς εἰς τὸ ἀμέλγειν χρησίμοις hoc est pro *vase pastoritio in quo mulgent* seu pro *mulctrali* ein Milch-kubel (β) Dein esse εἶδος πλοίου *genus* NAVIS, & (γ) Ἀντλίαν *antliam*. Idem docet Scholiastes Aristophanis ad Aves v. 599. & quidem (1) esse φοινικικὸν σκάφος *scapham Phoeniciam* citans Callimachum, qui ΣΙΔΩΝΙΟΥ γαύλου meminit, quod fragmentum in Spanhemii collectione fragmentorum Callimachi n. 40. & Bentleji n. 207. hinc depromtum reperies. Tum (2) esse ἀγγεῖον *vas* quoddam. Alius Scholiastes ibidem loci idem tradit esse partim πλοῖον φορτικὸν partim σκεῦος. Hesychius quoque, Γαῦλοι, inquit, τὰ ποιμενικὰ τοῦ γάλακτος ἀγγεῖα καὶ τὰ φοινικικὰ πλοῖα. Addo *quartum* (c) vocis γαύλου expositionem de χύτρα*ella* quam idem observat Lexicographus, quemad-

(b) Vocem hanc e Phoenice petendam docent Hesychius, Suidas, Scholiastes Aristophanis, Callimachus, Epicharmus apud Athenaeum. T. d. H.

(c) Imo duas alias hic addo pariter à *cavitate* depromtas; Videlicet *poculi* quoque notionem habet apud Plautum, qui in Rudente V. II. vs. 32. inter potatoria vasa, cyathum & cantharum medio

admodum & compofitam vocem & χυτρόγαυλον de *labro* occurrere apud Jofephum viri docti monuerunt. Indicare igitur hanc orientis vocem vides non modo *navem*, fed vel tria (vel potius *quinque*) genera *vafculorum*. Inde Pollucem cernas tam inter *vafa* ruftica *lactis* & *cafeorum* memorare γαύλȣς L. I: §. 251. & L. X: §. 130. quam, de *nauticis* agentem rebus, γαύλȣς inter *navigiorum* ponere nomina L. I: §. 82. (d) Præcipue vero, cum *vafis* notionem obtinet, de *mul-*

dio loco collocat Gaulum. *Praeterea finus, epichyfis, cantharus, GAULUS, cyathusque*, ut & apud Antiphanem in Chryfide, cujus verba citat Athenaeus L. XI. p. m. 500. Adde denique & *vafis vinarii*, feu dolii; Id me docent Gloffae veteres, quas Salmafius in notis ad Jul. Capitol. Maximinos p. m. 53. adduxit; *Cupa feu vagna*, βȣττις (nota vocem Germanis quoque adhuc ufitatam Butte / Wein-Butte / i. e. vas ligneum, quo uvas colligentes in vindemiis utuntur) μεγαλη, ἣν τινες ΓΑΥΛΟΝ καλȣσι; & rurfus. *Vagna* feu *cupa* (haec quoque vox Germanica eine Kufe adhuc fupereft) βȣττις μεγαλη, ἣν τινες ΓΑΥΛΟΝ καλȣσιν. Id quoque confirmat Suidas; Γαυλος, ὀινηρον ἀγγειον, ἐκ ξυλων κατέσκευασμενον, ἣν Ιταλοί μαγγαναν ὀνομαζȣσιν. *Gaulus vas vinarium ex lignis compactum, quod Itali vocant Manganam*, & in voce μαγγανα; Μαγγαναν ὀι Ιταλοι ὀνομαζȣσιν, ὁ ἐςι ΓΑΥΛΟΣ. T. d. H.

(d) Illius autem fignificationis veftigia apud alios quoque populos relicta funt. Hinc γαλία, quam ut γαυλον, inter πλοια ληςρικά numerat Etymologus, in κελητιζει, Επακτοκελης, (lege Ἐπακτροκελης) εἶδος πλοιȣ ληςρικȣ ὅ ἐςι ΓΑΛΙΑ. Cedrenus

trali veteres uſurpaſſe legimus, unde & σκαφίδεσι junguntur in memoratis apud Pollucem locis, uti & apud Homerum, quem Scholiaſtes Ariſtophanis citat, Odyſſ. X: v. 222.

- - Γαυλοί τε σκαφίδές τε

atque Theocritum Idyll. V: v. vſ. 58.

Στάσω δ' ὀκτὼ μεν ΓΑΥΛΩΣ τῷ Πάνι ΓΑΛΑΚΤΟΣ
Οκτὼ δὲ ΣΚΑΦΙΔΑΣ μέλιτος πλόα κήρι ἐχοίσας

ubi ut σκαφίδες μέλιτος ſunt *vaſa mellis* conditoria, ſic γαῦλοι γάλακτος *mulctralia.* Scholiaſtes Γαι-

nus vocat γαλέας. Leo in Tacticis γαλειας. Anna Comnena γαλαιας, quas qui à Galeis, navis olim malo impoſitis derivant, paene mihi ineptire videntur. Vides autem in his vocibus Germanorum noſtrorum Galeere / Belgarum & Anglorum *Galey*, Italorum, Gallorum & Hiſpanorum *Galere* ſ. Galera. Huc ſpectant *Galeaſſe*, *Galeott*, *galeida*, *Galeones*, Γαλλιατζα, *Galliazza*, γαλἱωτης quae omnia navium nomina ſunt, quæ in ſcriptoribus medii aevi occurrunt ſaepe, de quibus *Du Cangium* in Gloſſ. Latinitatis & Græcitatis mediæ conſule. Hinc ΚΕΛΗΣ, navigii genus κȣφωτατον, ut Etymologici autor docet, inde ΚΕΛΗΤΙΟΝ, μικρον πλοιαριον, ὑπο ἑνος ἐρεττομενον, & inde Latinorum GELOX, ſ. quod paſſim fit, mutato in x. Uti enim κελης quæ vox *equum* quoque ſignificat, cum ejuſdem ſignificatus Germanica voce Gaul convenit, ita & κελης, parva navis ejuſdem notionis verbo γαυλῷ affine eſt. Et apud Belgas & Saxones meos non aliud eſt, parvum navigii genus, quod vocant ſive *Jolle Gelle*, JELLE, i. e. parva cymbula. T. d. H.

αυλοὶ ἀγγεῖα χυτροειδῆ (unde nota quî & ipsa *χύ-*
τα dicta sit *γαῦλος*) γαλακτοδόχα ἐν οἷς πήγνυσι τὸ
ἄλα — ἅτινα καὶ ἀμολγέας καλοῦσι h. e. *Gauli sunt*
asa quæ urcei formam habent, recipientia lac,
uod in illis agitant, quæ & ἀμολγέας seu mulctra-
a *appellant.*

IV. Atqui hoc quidem nomen *Gaulorum* tum
asis tum *navibus* Phœniciorum propter *rotundi-*
atem singulis adhæsisse scias. Phœniciam quip-
e vocem propriis reddidit natalibus feliciffimus
afpator Bochartus, oftendens effe nomen גול
ol à גלל *rotundum esse* L. II: Can. Cap. XI. Sic
ulctralia ut nunc ita & olim fuere rotunda, un-
e Scholiasten Theocriti ea fuisse χυτροειδῆ for-
nam *urcei* seu *ollæ* habentes monuisse vidi-
nus. Uti & χύτραι ipsæ *rotundae*, hinc γαύλων
omen habent; velut & *antlia* atque alia vasa quæ
αὔλους vocari observavimus. Præcipue vero *Phœ-*
icum naves *rotundae* hoc insignitæ vocabulo. Fe-
tus: GAULUS *genus* NAVIGII *pene* RO-
TUNDUM. Sed hac de re alibi pluribus. Æ-
que vero inde, quòd *rotunda* esset, adeptam esse
nomen *Gauli* insulam prope Meliten in mediter-
aneo mari, docuit idem vir summus L. I. Can.
Cap. 26. p. 504. Ea propter & *vas olei* vocatur
גלה Zachar. IV: 2, 3. quod *orbiculata* fuerit figu-
a, ut tali in nummo veterum Hebræorum appa-
et apud Relandum in Nummorum Samaritano-
um ectypis Tab. IX: n. 10. Item *rotundae* ex-
remitates in coronis hinc dicuntur גלות 2. Chron.
V: 14. similique modo *caput* & *cranium* hinc
Hebræis est גלגלת & *rota* גלגל itemque *cœli* con-
exitas Psalm. LXXVII: 19. & מגלה *volumen*
tque גליל *circulus*, plurimaque alia nomina qui-
us brevitatis studio recensendis supersedemus.
Constabit inde quantum tribuendum sit nugiven-

dulis Græculis qui *Phœniciam* vocem *Graeca* lustratum eunt litteraturæ ope. Veluti cum stathius & Theocriti Scholiastes locis memor vocem à γάλα *lac* deducunt pleonasmo τῦ quod γαῦλος nonnunquam & mulctrale sit. gregium εὕρημα vel centum boum dignum ctatione. Elegantior, si dîs placet, est a Magni Etymologici, (e) qui a γυαλὶς dedu videt

(c) Adscribam ipsa Etymologici verba, quod ac quae de hac voce dicta sunt, non parum illust confirmentque Γαυλος, ποιμενικον ἀγγειον ἤ κ εἰς ὃ το γαλα δεχονται, παρα το γω το χ γινεται γαζω, γαλος, καὶ γαυλος, καὶ ου πο δει παρα το γαλα λαμβανειν. Λεγεται δε καὶ τρ γαῦλος, δια το πλεισα δεχεσθαι, ως φησιν Ηρ τος ἐν τῃ τριτῃ των ἱσοριων. Εσι δε ειδος πλοιυ κυ, ἥτις καὶ Λιβυρνος καλειται, ἢ γυαλος τις τυτεσι κοιλος. Λεγεται δ᾽ ἀντλητηριον τι. Non men haec derivatio tam ridicula, ut visa est tri meo. Puto enim primam hujus vocis radi esse חול, *chol* cavus, quod ut idem est & son significatione cum Germanico **hol**; ita & Graecorum κοιλας & γυαλος, *vacuus*, unde γυ *poculum*, hinc etiam גל, quatenus *rotundi* notionem habet, quia rotunda vasa sunt cava. de גלה in loco Zach. IV: 2, 3. est *lecythus*, *la*, *lenticula;* & convenit sono pariter & ne cum nostro **Schale**/ praefixo tamen S, q innumeris Germanorum vocibus accidit, qua origines ex aliis, praecipue Orientalibus, lin petendae sunt. Nemini autem hæc absona v ri possunt, nisi qui ignorat literas ח & g quarum eadem fere pronuntiatio est, permu frequentissime. Ita in hac voce quoque co mari vides, quod observatione peculiari mox

detur, quod γαῦλος sit, navis Κοίλη co
ovum Zenodoti cor, & Crate
ır! Phœniciam vocem Græcis dare orig
ɜd hic mos est Græculorum, satis quic
culus.

V. Esto igitur צלצל *instrumentum musicum*, &
mbalum quidem, quod nominis, quoties ejus-
ıodi *instrumenti* loco ponitur à צלל vel à צל *tin-
re* ob grandem *tinnientis* aeris *sonitum* accepisse
detur, unde צלצלא *turturi* nomen est apud
lagistros Judæorum & צלו *precationi* à צלי *preca-
, orare*. Sit, inquam, & his locis τῷ צלצל ad-
nis notio *Cymbalo*: Nihilosecius & ad *navi-
um* seu quodpiam *utensile* commigrare potuit,
uod videamus sæpissime *instrumentorum Musi-
rum* (antea enim de aliis modo vasculis dispu-
vimus) aliis *vasis* data æque esse nomina. Idem
oci נבל accidit, quæ quidem in Oriente notat
ablium seu *Psalterium*: Attamen & ἀγγεῖον in
uod vinum effunditur, & ἀσκὸν *utrem*, *follem*.
Vide 1. Sam. X: 3. Jerem. XIII: 12. Thren. IV:
. & Græcam ibi tralationem. Quam in rem &
oc notare liceat, cum quondam ex *utribus* varii
opuli *naves* paraverint, inde & ἀσκοὺς *utres* dici
ujusmodi *navigia*. Adi cl. Schefferi addenda
d Librum de Mil. Nav. p. 317. Arrianus autem
Periplo maris Erythr. p. 15. appellat σχεδίας δερ-
ματίνας ἐξ ἀσκῶν *rates pelliceas ex utribus confe-
ctas*. Scimus, ut ad alias voces transeamus,
שפרור Hebræis esse *buccinas* Psalm. XCVIII: 6.
Exod. XIX: 16. Jerem. IV: 5. Verum & trede-
cim

cebo pluribus, a radice quadam linguae Ebraeæ
כף prima, quae *cavitatem* notat, & utensilium,
& navium, & poculorum, quòd cava sunt, ety-
mologias innumeras accersendas esse T. d. H.

cim *nummorum receptacula* in Templo Hierosolymitano quondam posita, eodem designata esse ob propinquam cum buccinis formam, docuit eruditissimus Relandus Diss. V. de Num. Samar. p. 220. sqq. & in Libro de *Spoliis Templi Hierosol.* p. 125. sqq. Nec minus idem vocabulo κυμβάλι *Cymbali* adhæsit, quod pariter datum esse *vasis fictilibus* (κεραμείοις) quæ *cavitate* pollebant insigni, imo & datum esse *galearum apicibus* docuit Celeberrimus *Frid. Ad. Lampe*, nunc Trajectinæ Academiæ, olim civitatis nostræ, insigne decus L. I. de Cymbal. Vet. Cap. 2. ne ea commemorem, quæ idem in egregiis de κοτύλαις, κρούμασι, *acetabulis* aliisque vocibus observat, quibus & *Cymbala instrumentaque Musica* insigniuntur, non secus ac varia *vasa utensilia* Cap. III. sqq.

VI. Hæc vero latius deduxisse demonstrasseque exemplis oportuit, quoniam hanc de צלצל seu *instrumenti Musici* cum *navigio* conciliando conjecturam haud privam nobis esse, ut principio putabamus, sed eandem & *Malvendæ* & *Legionensi Ludovico*, doctis Hispanis, placuisse aliunde didicerimus; Eadem sententia tamen simul ab graviori censura absolvenda fuerit, qua num digna sit ipse vir doctissimus judicet ex quo tot exemplis à nobis adstructa est. Ita ille p. 514. b. Commentarii in Esaiam: *Hoc esse vere eruditione & otio abuti. Quis enim*, addit, *ad rem attendens homo sibi persuadeat Prophetam navem voluisse appellare cymbalum.* Neque enim illi hoc adstructum iverunt, quod vir summus exinde conjicit. Id tantum voluere docti Hispani, notionem צלצל, qua alias *cymbalum* insignitur, potuisse ob quampiam cum cymbalo *formæ* adfinitatem, etiam *navigio* usu loquendi concessum esse, adeo ut à notione *vasis* vel instrumenti musici

ti ad *navem*, vel à navi ad instrumentum mutum transductum sit vocabulum. Neque enim im notionem amplius retinet *cymbali*, sed *nagii*. Cetera prætermittimus. (f)

(f) Continuationem hujus schediasmatis in sequentem fasciculum rejicimus.

I I.

HILIPPI COUPLET, Belgæ, ex ordine Loiolitarun, Dissertatio (a) Congregationi de Propaganda fide oblata, Anno MDCLXXXI.

De statu & qualitate Missionis *SINICÆ.*

Ex Autographo auctoris.

ARGUMENTUM.

1. Nullum hactenus stabile fundamentum propagandæ conservandæque Religionis Christianæ in Sina reperiri, adeoque per indigenas sacerdotes id fieri oportere. §. 2. Christianismi prædica-

(a) Cum nuper non sine voluptate singulari dissertationes historicas, Viri mea laude majoris *Maturini Veyssiere LA CROZE*, Gallice Roterodami a. 1697. editas pervolverem, incidi in paginam 319. ubi citat hoc attentione dignissimum σχεδιον Philippi *Coupleti*, promittitque se oblata occasione commoda illud expositurum luci publicæ. Ego cum illud legendi desiderio valde tenerer, rogavi Virum summum, illius mihi ut faceret copiam,

dicatio in Imperio Sinarum soli Astronomiæ i
nititur. §. 3. Propositum de Sacris lingua Sinei
celebrandis, sublato usu linguæ Latinæ. §.
Expenduntur rationes seu motiva quæ SS.]
N. Paulum V. moverunt, ut Sinensibus indı
geret lingua Patria celebrare, & humiliter ir
ploratur indulti executio. §. 5. Quænam sit n
tura Linguæ Sinensis. §. 6. Difficultas pronu
tiationis linguæ Latinæ apud Sinenses. §.
Quam pronum sit & utile uti in sacris lingua er
dita Sinensi. §. 8. Aliæ rationes pro usu lingı
Sinensis in Sacris. §. 9. Sacerdotes indigenæ v
dui, & cælibes maturæ ætatis eligendi. §. 10. P
riculum ex usu Linguæ Latinæ. §. 11. Sine u
linguæ Sinensis in Sacris, Religio Christiana
Imperio Sinarum constare non potest. §. 12. Cı
tamdiu cunctatum sit in usu Linguæ Sinensis
celebrationem sacrorum inducendo. §. 13. Co
clusio. Quc
copiam, quo ejus copiam facere publico, mi
esset integrum. Annuit precibus meis pro n
rifica, quæ in eo est. humanitate, impensoqu
quo in me fertur, studio, atque hunc libellu
ex autographo, quod ad Christianum *Mentzeliun*
Archiatrum Brandenburgensem olim Couplet
miserat, manu sua descriptum, notulisque
quas adjectas vides, illustratum me allegavi
Præcipuas quidem ejus partes jam edidit Dani
Papebrochius in Paralipomenis ad Conatum
Catalogum Pontificum Romanorum sub fine
Tomi VII. mensis Maji Actorum Sanctorum An
werpiæ a. 1688. editorum fol. 126. & sqq.
sive alio exemplari Papebrochius usus sit, si
interpolaverit auctoris stylum, discrimina, lic
non adeo magni momenti occurrunt. Est aute
ea vasti Papebrochiani operis raritas, ut h
scriptum heic loci legi, nemini possit accide
molestum, vel si integrum in Papebrochio e
staret. T. d. H.

§ I.

QUod ſpectat ad ſtatum rei Chriſtianæ, etſi pacifice ſatis, tamen pro natura gentis politicæ, ac imperii amplitudine lente nonnihil promoveri quibusdam videbitur. Numerus certe Chriſtianorum, cum inde disceſſi, non videbatur excedere, forte nec plane accedere ad CCXL. millia, & quotannis à noſtris Patribus [nam de meſſe quam colligunt alii Sanctorum ordinum Miſſionarii, nihil mihi certi conſtat] circiter & ſubinde XII, aut XIII. millia Chriſto regenerantur. Ex quo quidem ſatis colligitur quam Religio Chriſtiana per tot annos in tam vaſto imperio parum adhuc provecta ſit, & licet centenaria, adoleſcens tamen cenſeri queat. Quod quidem accidit tum ob gentis politicæ & ſuperbiſſimæ ab omni extranea gente & Religione velut innatam averſionem, tum quod pedetentim & multa cum patientia rationibus potius quam (a) mi-

(a) *Potius quam miraculis.* Neſcio an hic Cupletum non puduerit miraculorum a Sociis ſuis confictorum, cum pluribus aliis in libris, tum præcipue in *Hiſtorica Relatione de Ortu & Progreſſu Fidei in Regno Chinenſi, ex Litteris præcipue Joannis Adami Schall*, Loiolitæ Colonienſis, Ratisbonae edita anno Chriſti MDCLXX. Ibi miracula incredibili numero referuntur a Loiolitis in Sinarum imperio patrata; quorum omnium fidem elevavit Dominicus Fernandez Navarreta, Tractatu I. cap. XI. pag. 83. col. 1. ubi ipſius Adami Schall verba refert, quibus teſtari ſolebat opportunum eſſe fictiones in Europam ſcribere, „ *Eſcrivir à* „ *Europa quimeras es bueno, para lo que dezia el Padre Adamo,* Sic ſe ubique geſſerunt Loiolitæ, ut alibi oſtendam.

miraculis & martyriis convincenda sit, ad eu:
fere modum quo in missionibus inter hæretic
fieri solet, tum denique quod etsi rationibus co
victa sit, multis iisque gravissimis impedimentis
illigata; cujusmodi sunt eorum quæ à majoribus su
acceperunt pertinax observantia, sui suarumque r
rum stulta præsumtio, superstitionum quibus t
naciter adhærent multitudo, auri & honorum p
fas & nefas acquirendorum inexplebilis quæda
cupiditas, polygamiae libertas, inconstantia i
dolis, pusillanimitas, suspicacitasque, & ceter
Unde consideranti in Imperio Romano post tr
tandem saecula primum exortam Religionis Chr
stianæ libertatem, mirum non videbitur quod
in hoc amplissimo Imperio per unicum sæculum
non ad eam quam multi in Europa imaginant
multitudinem pervenerit: tametsi sane ad tred
cim provinciarum seu regnorum amplitudinem
provecta, prædicata propagataque Religio Chr
stiana. Quid enim sunt ducenta aut trecenta Chr
stianorum millia ad ducentos & amplius anim
rum milliones, qui absque controversia Sinaru
Imperio attribuendi sunt, nisi unus ad ad mil
circiter? Quid sunt, obsecro, septuaginta fere u
tes & oppida, in quibus Ecclesiae erectæ sunt
ad bis mille & quadraginta quinque urbes & o
pida civica, ut nihil dicam de locis militaribus
quæ mœnibus cincta ad MMCCCLVII. in Si
numerantur, praeter innumerabiles vicos & lo
habitata; adeo ut quotquot sunt per Italiam t
tam sacerdotes vix videantur suffecturi ad ta
ingentem animarum messem colligendam & e
colendam? Et tamen nunquam humanitus sp
rari potest ut Europæi multi numero admittantu
& tolerentur. Sina quippe ab omni aevo, jux
leges & Politicam, extraneos, quibuscum p
quate

quater mille annos, commercium nullum habüit, prorsus excludit: Etsi hoc saeculo qui ingulari quodam privilegio ingressi sunt, nomine solius Astronomiae Europaeae in aulam & per mperium cum Diplomate Regio admissi sunt: lii vero tam nostri quam aliorum sacrorum ordinum Religiosi, per portam Macaensem, quæ requis omnibus maritimis locis & portubus interlusis, sola patet, & clam quidem inscio Rege z supremis aulæ magistratibus, ingrediuntur, in rovincias & loca quæ ab aula & provincia Peiensi remota sunt; quippe ut in aulica seu Peinensi provincia quis pedem figat, Diploma Reium omnino requiritur, nisi quis velit in discrimen manifestum adducere totam aliarum duodeim provinciarum, Christianitatem.

II. Astronomia vero Europæa, cui hactenus initur Religio Christiana, quam debile fulcrum t, & qui eam consequuntur favores Regii, uam fragiles & vitrei! quot casibus & æmulatinibus invidorum, quot mutationibus periculisue sunt obnoxii! Mortuo Patre Ferdinando, n successurus in rei Astronomicæ præfecturam uropæus an Sinensis incertum. Ipse Imperaor qui anno MDCLXXV. per quinque mens docente Ferdinando, Mathesi & Astronomiæ uropææ, & Theoriæ motuum cælestium anium constanter applicuit, jussit Ephemerides erpetuas ad bis mille annos expansas confici, rvatque in Archivo suo Regio, interrogavit iam aliquando Ferdinandum cur non edoceret ios discipulos arcana Astronomica, & Theoriam otus Planetarum & Eclipsium more Europæo ad nussim calculandam, cum ingenio æque acuto perspicaci ac Europæi polleant. Quæ quidem mnia videntur eo tendere, ut ab extraneis pau-

latim liberetur, cum tamen ipſe Tartarus, ta metſi Sinae vicinus, extraneus quoque ſit cenſen dus. Quanto magis ſi Sina aliquando recupere Imperium? Sciri nequit qua ratione ſe cum ex traneis ſit geſturus. Ad haec quadamtenus nov haec gens ſuſpicaciſſima potentiam Europaeorum hinc etiam Batavos, etſi optime de Tartaris me ritos, quorum Claſſes ad Inſulam Fo-Kien po tentiſſimas viderat, non audet admittere ad com mercia. Novit etiam Americae Regna & Philipp nas ſibi vicinas armis Hiſpanorum domita, ib demque ſtrages non ſemel editas, occiſis ad in ternecionem multis millibus Sinenſium rebel lium. (b) Novit vicinae quoque Japoniae de creta contra Chriſtianos, & ſupplicia exercita cru deliſſima, quae in publicis Comitiis ab adverſa rio noſtro Yam-Quan-Sien objecta ſunt & voc & ſcripto. Ex quo patet quanti ſit moliminis difficultatis extraneis in Sina ſedem ſtabilem fige re, præ Regnis Siami, Camboyae &c. ubi om nium nationnm vicinarum & Europaearum adve nis, more & habitu ſuo liberrima ſit commoratio Nullum igitur hactenus ſtabile fundamentum S na obtinet Religionis Chriſtianae perpetuandae. S corruit Aſtronomia Europaea, ut ad eam adm niſtrandam promoveantur ſoli Sinenſes, hoc ipſ & favores Imperatoris, & per conſequens Prae fectorum omnium; adeoque minima perſecutio ſuff

(b) Hæc ſpectant ad librum Sinenſi lingua editum contra Loiolitas ab Yam-quam Sien, qui hæc om nia pluraque alia Miſſionariis Europæis objicie bat, ut habetur in *Compendioſa Narratione Proſpe ri Intorcettæ* Romae edita anno Chriſti MDCLXX & apud Navarretam Tom. I. Tractatu VI. cap XV. pag. 354. & ſequentibus.

ſufficiet ut omnes ad unum Europaei, praetextu etiam pietatis parentibus debitae [uti in poſtrema perſecutione concluſum erat, niſi unicus affuisſet Ferdinandus] in patriam remittantur, (c) occludaturque in æternum janua urbis Macaënſis, & per conſequens Religionis Chriſtianae, tametſi ea ipſa in Comitiis publicis, tanquam rectae rationi & pacificae gubernationi minime contraria, fuerit approbata.

III. Atque inter ceteras hae fuerunt graviſſimae cauſae, ob quas, tanquam praeſcius futurarum in gente tam politica perſecutionum, ac humanarum belli & pacis viciſſitudinum, Sanctiſſimus & ſapientiſſimus D. N. Paulus V. pro paterna ſua cura, communi Sinenſium animarum bono providere volens, poſt identidem habitas ſuper ea re cum Eminentiſſimis Eccleſiæ Principibus, qui ſupra ſexaginta tunc numerabantur Romæ, deliberationes, tandem anno MDCXV. benigniſſime indulſit, ut in lingua Sinica, non vulgari aut vernacula (qua ſola vetat ſacra peragi Concilium Tridentinum) ſed erudita & litteratorum propria, poſſint à Sinis celebrari Divina Officia Miſſarum, Sacramenta adminiſtrari, &c. quod ipſum ab ipſis Apoſtolorum temporibus apud alias nationes Græcam & Latinam & Abiſſinam, Copticam &c. uſitatum fuit, prout Liturgiæ antiquæ teſtantur, & à variis deinde Pontificibus Chriſti, nationibus diverſis indultum fuit. In primis proſtat Decretum Concilii Lateranenſis, in quo Innocentius Papa tertius inquit: „ Directè præ„ cipimus ut Pontifices civitatum ubi permixti

 „ ſunt

(c) Quotiescunque Peregrinos ejiciunt hic verbis uti ſolent humanitatem quandam præ ſe ferentibus *Ite reviſum Patrem & matrem*.

„ sunt diversarum linguarum populi, provideant
„ viros idoneos, qui secundum diversitatem ri-
„ tuum & linguarum, divina illis officia cele-
„ brent, & Ecclesiastica Sacramenta ministrent.„
Et Sclavonibus idem concessum est ab Adriano Papa secundo, circiter annum Domini DCCCLXVI. & approbatum à Joanne Papa VIII. ut constat ex ejus Epistola XXVII. ad Sfendopulchrum Comitem anno DCCCLXXX, & denique ad annum MCCLXXX. ex Innocentii Papæ IV. Epistola ad Episcopum in Sclavonia, quam concludit his verbis: „ Nos igitur attendentes quod
„ sermo rei, & non est res Sermoni subjecta,
„ licentiam tibi in illis duntaxat partibus, ubi
„ de consuetudine observantur præmissa, dum-
„ modo sententia ex ipsius varietate non læ-
„ datur, auctoritate præsentium concedimus
„ postulatam.„ Ad hoc ipsum quoque sancta Congregatio de Propaganda in terminis orbis terrarum fide, plane visa est propendere, dum mature perpenso Pauli V. indulto, jam à XXV annis mandavit Illustrissimis & Reverendissimis Episcopis Vicariis Apostolicis, ut inquireren quam prona ad fidem dilatandam rerum conditio, quis numerus Christianorum, quæ sacerdotum copiæ necessitas, quæ ad id muneris aptitudo, quanta ad Latinam linguam addiscendam ac invehendam difficultas, quæ denique ex ejusmodi concessione Christianæ Religioni accessio sperari queat. Quid, quod ad ipsius Sanctæ Congregationis de Propaganda fide postulatum Sanctissimus Pontifex Urbanus VIII. benigne concesserit ut in Regno Persarum Arabica lingua sacerdotes celebrare possent? uti hic constat: „ Petentibus Fratribus Carmelitanis dis-
„ calceatis ut Sacerdotibus sui Ordinis qui in
„ Regno

„ Regno Persiae existunt & in futurum existent,
„ liceat Missam in lingua Arabica celebrare, San-
„ ctissimus in Christo Pater & Dominus noster
„ Urbanus Divina providentia Papa VIII. auditis
„ Venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardi-
„ nalium Congregationis de Propaganda fide sen-
„ tentiis, ad consolationem populorum, qui in
„ eo Regno Catholicam fidem nuper susceperunt,
„ sacerdotibus praedictis licentiam petitam con-
„ cessit. „

IV. Quando SS. D. N. Paulus V. anno MDCXV. concessit amplam facultatem Sinensibus Sacerdotibus sacra peragendi lingua Sinica, mandavit ut non vulgari, sed erudita & litteratorum propria Sacro-sanctum Missæ Sacrificium, ac divina officia horarum canonicarum juxta ritum tamen Ecclesiæ Romanæ recitare & Sacramenta possent administrare. Rationes quæ ad hoc concedendum SS. Patrem permovere potuerunt, sunt inprimis eæ quæ communes sunt Græcis, Latinis, Maronitis, Cophtis, Armenis, Aethiopibus, & Sclavonicis nationibus, quæ simili gaudent privilegio ab Apostolis & primitiva Ecclesia, ejusque summis Pontificibus sibi concesso. Adhæc informatio de gentis Sinicæ moribus, indole, politica & legibus, quibus arcentur extranei, & si quidem admittantur, solo titulo scientiæ profanæ ad tempus incertum, & quidem in exiguo numero tolerabuntur, potius quam admittentur. Sed & alia non parvi momenti ratio quæ nequaquam militat in aliis nationibus, ad favorem illum singulariter impendendum, lingua Latina adeo inibi peregrina & Sinensi nationi difficillima, ne dicam moraliter impossibilis est. Judicavit itaque prudentissimus Pontifex non esse in eas angustias compellendos Sinen-

ſes, nec arctandam ſalutis viam in numeroſo populo, qui aeternum periret, ſi ad id cogeretur, quod habitudini ipſorum cum lacte imbibitæ adeo repugnat. Quæ quidem ratio quam ſolido nitatur fundamento, ex iis quæ de ipſorum lingua hic breviter placuit perſtringere, licebit concludere. 1. Sciendum in primis unam in toto Imperio Sinico linguam præcipue uſurpari, quæ dicitur QUON HOA, quod ſignificat Mandarinica lingua, aut etiam CUM HOA, quæ littera CUM proprie univerſalem ſeu communem ſignificat, multoque latius patet quam Latina, quippe quæ tantum ab illis qui illi ſtuduerunt, intelligitur. Sinica vero ferme ab omnibus quaſi cum lacte materno imbibitur. 2. Sunt & aliæ linguæ particulares Provinciarum, praecipue Meridionalium, & diſtrictuum quorumdam, quae ab antiquis temporibus, antequam Sinarum Imperio ſubjicerentur, erant nativae, & adhuc retinentur. Vocantur autem HIAM EAN, ſeu ruſtica lingua: LU TU YU, hoc eſt terrae ſeu ditionis lingua, quæ quidem toto cœlo differunt ab illa communi ſeu Mandarinica, nec habent characteres quibus exprimantur. Extat in locis non paucis Mandarinica quidem lingua, ſed plus minusve corrupta, ad eum fere modum, quo Italica lingua quibusdam dicitur corrupta Latina. 3. Adhæc qui degunt in Provinciis Borealibus in modo aſperiori pronuntiandi, in primo congreſſu cum Auſtralibus, utpote delicatioribus, ab iis prima fronte difficilius ſubinde intelliguntur. Non hic ago de Tartarica lingua, tanquam ad Sinas non pertinente, & edicto Regio, ob rationes ſtatus politici, doceri vetita.

V. In lingua Sinica communi non numerantur univerſim plura vocabula ſeu dictiones quam

CCCXX.

CCCXX. circiter, (d) & licet Europæis litteris ſcriptæ videantur quædam polyſyllabæ, ſingulæ tamen cenſentur monoſyllabæ, aut inſtar monoſyllabæ pronuntiantur, quippe cuique ſuo vocabulo ſeu dictioni ſua unica & propria reſpondet littera, ſeu Character. Singula vocabula ſeu dictiones Sinicæ habent diverſos accentus & tonos ſeu diverſimode pronuntiantur. Sunt quæ undecim diverſos accentus continent, uti CO & PO, &c. Sunt quæ octo, quæ ſex aut quatuor tantum accentus continent. Sunt quæ aſpirationis incapaces ſunt, uti & apud nos, ut quæ inchoant a Conſonantibus F. L. M. N. S. Et hinc fit ut ſi CCXX. ſupradictas dictiones ſecundum vocum diverſos accentus & tonos annumerare volueris, univerſim conſurgat numerus vocabulorum ſeu dictionum ad MCC. circiter, in quibus tota lingua gentis conſiſtit. Eadem vox ſeu vocabulum ſub uno eodemque accentu habet multas & varias ſignificationes, v. g. decem, item viginti, quadraginta & amplius. Iterum ſub alio accentu fere totidem, quæ ſignificationes non vocis ſono, qui idem eſt, ſed ex ſola picturæ diverſitate dignoſcuntur. Ex quo fit ut etiam Litteratus audiens compoſitionem aliquam aut Epiſtolam legi, vix ſæpe intelligat ſenſum, niſi ipſemet figuras

(d) Hæ voces extant in Grammatica Sinenſi Manuſcripta Martini Martinii una cum characteribus ſuis, ſuntque inſtar fundamenti Grammatici totius Linguæ. Nimirum eorum ope incognitorum Characterum lectio, addita ſignificatione in Lexicis Sinenſium eruitur. Quæ res longe facilior eſt, quam vulgo ſibi perſuadere ſolent harum rerum imperiti. Certe modo non deſit copia librorum, nulla fere lingua facilius addiſci poteſt quam lingua Sinenſis.

guras inſpiciat. Imo ob eamdem vocabulorum penuriam & accentuum unius vocis ſimilitudinem, non ſemel vidi ipſos Litteratos Sinenſes inter ſe loquentes, de ſubjecta materia nihil intelligere, donec formato in aëre vel palma manus charactere, declararet de qua littera ſermonem alteruter faceret. Quanto minus igitur plebs & vulgus promiſcuum percipere poterit Miſſam Sinicam eruditorum Stylo compoſitam? niſi forte ea quæ in manuali precum, uti ſunt *Kyrie eleiſon*, & *Gloria Patri*, Oratio Dominica, *Agnus Dei*, *Domine non ſum dignus*, & alia hujusmodi reperiuntur, & ab aliis recitantur. Omnia verba tam paſſiva quam activa ſunt inconjugabilia: tantum ad diſtinctionem perſonarum utuntur pronominibus. Ego, tu, ille; NGO, NI, TA, quibus in plurali addunt CHAI, vel POY vel TEM. Ad præteritum tempus denotandum particulam LEAO verbo poſtponunt. Futuro præponunt particulam CIAM. Modum Imperativum quomodo explicent ex Oratione Dominica patebit: Sic enim recitant. *Exiſtens in Cœlis Pater noſter, nos deſideramus nomen tuum fieri, ſeu manifeſtari, ſanctum, tuum regnum advenire, tuam voluntatem perfici in terra ſicut in cœlo. Nos ſperamus te hodie daturum pro nobis noſtrum quotidie uſualem panem*, &c. Sic in Miſſa τὸ *Oremus* dicitur CUM TUM TAO, hoc eſt, *Invito omnes ſimul orare*. Sic orationes fere omnes Miſſalis & Breviarii, quibus petitiones continentur, per *te obſecro*, vel *obſecramus*, *ſperamus te facere*, vel *facturum*, *gratiam*. Modus Optativus exprimitur tribus vocabulis, PA, PU, TE, quæ aequivalent Latino *Utinam*. Paſſiva exprimunt præpoſita particula PI, quod eſt *recipere*: v. g. NGò Pí Tá NGAí.

Ego

Ego recipio ipsius amare, seu, *ipsius amorem.* Quemadmodum verba sunt inconjugabilia, ita & nomina sunt indeclinabilia: neque genus, nec casus, nec numeros admittunt uti Latina nomina: quin etiam sæpe nomina a verbis non differunt, eademque pro varia positione & nomen substantivum, adjectivum, verbum & adverbium esse potest; quo fit ut Lingua Sinica, quamvis tam paucis vocibus constet, tamen copiosissima videatur. Nam ex varia dispositione, ordine, antecedentibus & consequentibus, ex adverbiis & particulis interpositis omnia clarissime explicantur & intelliguntur, quæ communi sermone proferunt.

VI. Hoc loco præcipue notandum velim quod subjicio. Sinenses non tantum non utuntur ullo Alphabeto, sed insuper carent consonantibus apud alias gentes usitatis. Caret ea lingua consonantibus B. D. R. X. Z. quarum vice utuntur. P. T. L. SS. vel G. τὸ *beatus* dicunt, *Pe ya tu su*: *Deus* dicunt, *Te usu*: *Crux* dicunt *Cu lu su*: *Maria* dicunt, *Ma li ya.* Præterea nullam in medio dictionis pronuntiant duplicem consonantem, nisi vocali interposita, nec in fine, nisi addita vocali: v. g. *Baptizo*, dicunt, *Pa pe ti so*: *Cardinalis* dicunt, *Kia ulh ti na li su*: *Est* dicunt *Nge su te. Silvester*, *si ulh ve su te le*: *Spiritus*, *su pi li tu su.* Adhæc duas vocales A & E initio dictionis non possunt pronuntiare, sed loco A dicunt YA, verbi gratia *Adam* dicunt, *Ya tam*: AD dicunt *Ya te*; *Eva* dicunt, *Nge va*: *Et* dicunt *Nge te.* Denique nullum vocabulum desinit in consonantem, præterquam in M, & N, unde semper voci Europææ desinenti in consonantem adjungunt vocalem E, vel V. v. g. *Christum* dicunt, *Ki li su tun*: *Noster* dicunt *No su te le*:

Hoc dicunt, *Ho ke : Hic*, *Hi ke*: *Sanguis*, *sa ngu ſu: meus*, *meu ſu.* Denique ut difficulta pronuntiationis ex Sanctorum nominibus, qui i Canone Miſſæ occurrunt, cognoſcatur, hæc ac cipe: v.g. *Petri*, *Andreæ*, *Jacobi*, *Bartholomæi Cleri*, *Clementis*, *Sixti*, *Cornelii*, *Cypriani* & quæ ad faciliorem Sinenſium captum, ad modu Luſitanicæ vel Italicæ pronuntiationis ſunt tradi ctæ hoc modo: *Pe to lo*, *Ngan te le*, *Ya co pe Pa ulh to lo me u*, *Kele to*, *Ke le men te*, *C ulh ne li o*, *Ci pi li yano* &c. nec ut aliter ea pro nuntient per Centum annos a noſtris potuit im petrari. Prædictæ in pronuntiatione difficultat fere omnes reperiuntur in forma Latina conſecr tionis. *Hoc eſt enim corpus meum.* Sic enim d cent; *Ho ke nge ſic te nge nim co ulh pu ſu me u* Quod ſi ſcribantur illæ voces litteris ſuis Sinic memoriæ gratia, uti fit pro iis qui Miſſæ inſerv re diſcunt, ſic ſcribent ut videantur ſcopæ & ſe ſus diſſolutiſſimi. v. g. ſingularum ſive XII. l terarum Sinicarum hæc eſt ſignificatio. *Fluvi poſſe*, *occiput*, *aſſequi*, *labor*, *quies*, *quisque t non*, *ſervus*, *pulſus*, *Dominus.* Quod ſi aliis li teris Sinicis easdem Syllabas conſecrationis ve ſcribere, quod quidem fit pro cujusque lubit interpretationem aliam habebis hoc modo: *Ign hoſpes*, *labor*, *ira*, *victus*, *frons*, *præſtat*, *frat aures reficere*, *mori*, *meditari*, *herus.* Item al characteribus ſignificantibus : *Quomodo vincer frons*, *reſurgere*, *aerumna*, *loquax*, *cacabus*, *du pannus*, *gratificari*, *tria*, *Patruus.* Itaque cu nullus ſenſus ex characteribus intelligi queat, pus erit ut Sinenſis credat ſe Latine dicere, *H eſt enim corpus meum*, quod idem eſt ac ſi qu loquens ſeptem verba, ſeu nomina diſſoluta d beret intelligere, *Pater noſter qui es in cœlis.*

V I

VII. Ad quid igitur in tam Sacrosancto Myerio per tot ambages & difficultates, & pericune invalidetur aut risui exponatur Sacramenim, ad formam Consecrationis Latinæ, cum ıtolerabili onere pronuntiandam, Sinenses adiere, cogereque ad eas litteras & consonantes ronuntiandas quas per IV. Mille annos non poterunt, nec possunt communiter loquendo, nisi ifficillime pronuntiare? præsertim cum Sinenses abeant adeo clara verba & litteras verbis Latiis & sensui aequivalentia, quemadmodum baptismi omnium nationum, etiam Barbararum linuis, valide & licite exprimitur forma. Et forna consecrationis apud alios gentes Asiæ, Africæ, Europæ præsertim, iis verbis æquivalet & ensui Syriaco quo Christus & Apostoli consecrant. In Missali ergo Sinico verba Consecrationis sunt sequentia: *Cai Cu Cie ngu kiu ti ye*, ensus de verbo ad verbum sic habet: *Nam hoc t corpus meum*, vel, *mea corporea substantia.* Dici item brevius potest: *Cui cu cie ngu xim ye:* Sed τὸ *xim* seu corpus grossius & trivialius verum est aliter: *Cu nay ngu ti ye*: *Hoc enim meum orpus*, seu *mea substantia corporea*; quod vocaulum passim in usu est, cum de mutua corporis aletudine interrogant. Et passim inter Christianos. *Lim Xim ti* dicitur, hoc est, *cum reverentia umere sacram substantiam*, seu sacrum corpus Christi. Et hac quidem postrema formula usi sunt olim in suis libris P. Emmanuel Diaz, & P. Julius Aleni in litteris Sinicis peritissimi. Sed τὸ *est*, nore Hebraico hic subintelligitur, tantum ut si quis Latine diceret: *Hæc res mea*, subintelligendo *est*. Quod si vernacula ipsorum lingua volueris exprimere, sic scribunt: *Yn quey che co xi ngo tie xin zu*: *Quia hoc est corpus meum*, seu *mei ipsius*

sius corpus. Sed videlicet sic scribere aut impi
mere sicut vulgo loquuntur in Sina vix usitatu
& insulsum sibilisque omnium censeretur obn
xium in Mysterio adeo Sacrosancto tam abjec
loqui.

VIII. Quæ cum ita sint, quandoquidem ea
in addiscenda pronuntiandaque Lingua Lati
difficultas & ineptitudo, uti supra ostendimu
liceat mihi hic unicum proponere argumentum
favorem Sinicæ gentis reique totius Christian
Quicunque a Deo ad Dominicæ vineæ cultura
vocantur ac destinantur, ex justitiæ jure tenent
ad non arctandam salutis viam animabus, cuju
cumque nationis & conditionis sint, magis qua
ex natura rei, & ex vi legis Divinæ juxta Supr
morum Ecclesiæ rectorum legitiman dispositi
nem declarationemque absolute cogimur. S
docere Sinenses linguam Latinam tanquam pr
cise necessariam ad sacra rite peragenda, hoc
Sinensi nationi magis arctare viam salutis, qua
ex natura rei & ex vi legis Divinæ absolute cog
mur: Ergo ex jure Justitiæ tenemur ad non d
cendos Sinenses linguam Latinam tanquam pr
cise necessariam ad Sacra rite peragenda. Min
probatur: Redigere Sinenses in eas angustias
sacra peragere moraliter non possint, hoc est ta
tæ nationi magis arctare viam salutis quam l
Divina requirat: Sed docere Sinenses lingua
Latinam eorum habitudini communiter difficil
mam asperrimamque, & gravibus periculis obn
xiam, tanquam præcisè necessariam ad sacra p
agenda, hoc est reducere Sinenses in eas ang
stias, ut sacra moraliter peragere non possit
Ergo docere Sinenses linguam Latinam velut
Sacra peragenda necessariam, hoc est, Sine
nationi magis arctare viam salutis quam Lex I

ina requirat. Quod vero lingua Latina Sinen-
um habitudini communiter difficillima asperri-
naque & gravibus periculis sit obnoxia, in quo
ota vis argumenti consistit, ex iis quæ superius
dducta sunt satis superque videtur probatum, &
uotidiana per unius sæculi spatium tot Missio-
ariorum Europæorum constanti experientia &
nanimi judicio & consensu est manifestum. His
gitur ita positis liceat nunc mihi quærere an si
Apostolorum Principes Petrus & Paulus (e) in
Si-

(e) Mirum est hæc vidisse Loiolitas, nec tamen
a ratione Christianismum docuisse in his regnis O-
ientalibus, ceterisque nationibus Barbaris, quæ
ane nunquam aliter ad Christianam religionem ad-
ucentur. Rex vastissimi Imperii Congo in Africa
am ab anno MCCCCXCI. una cum tota gente sua
usitanorum religionem amplexus est, licet ab ea æ-
ate, quicquid egerint, primo Lusitani Sacerdotes
x Monachi, deinde Loiolitæ, subinde vero Capu-
ini, nullam formam Ecclesiæ Christianæ, etiam
ontificiæ, hæ gentes induerint; nimirum quod ne-
que sacrarum litterarum cognitione imbuantur, nec
ndigenas concionatores habeant. Quam in rem dig-
na est, quæ legatur, Antonii Zucchelli, Capucini
arum regionum descriptio edita Venetiis, Anno
Christi MDCCXII. Quisquis attendet ad innumeros
Monachos & Sacerdotes Pontificios jam a ducentis
nnis in Asiam & Africam missos, jure mirabitur
am exiguum tot sumtuum & laborum fructum ap-
parere, nec vel unam gentem sacra Pontificiorum
esse amplexam; cum tot aliæ in India Orientali in-
tra brevius temporis spatium Mahumedismo nomen
dederint. Scio doctissimum Marraccium in Præfa-
tione ad Refutationem Alcorani arbitrarias quasdam
hujusce diversitatis causas comminisci; rem enim
fatetur. At manifestum erit propositas ab utraque
parte

Sinam prædicaturi fidem primùm advenissent, non id in primis facturi erant quod Romae & Athenis egerunt? An non relicta lingua Hebraico-Syriaca usi fuissent lingua erudita Sinensium litteratorum, quemadmodum mox Græca & Latina hic usi sunt, cum tamen in pronuntiandis linguæ Hebræo-Syriacæ consonantibus nulla prorsus intercederet difficultas, qualis est apud Sinenses? An igitur erunt deterioris conditionis innumeri Sinenses, ex eo quod serius reliquis Europæ, Asiæ, Africæ nationibus ad lumen Evangelii quasi hora undecima vocati sunt? Cur igitur negabitur executio concessi privilegii primitivæ illi & Neophytæ adhuc Sinarum Ecclesiæ, quod non Græcis tantum & Latinis, (f) sed & Abissinis, Armenis, Sclavonibus, Maronitis, Cophtis, Indis Thomæis concessum fuit, quæ postremæ nationes

parte rationes perpendenti, hoc idcirco fieri quod Evangelium & cæteros veteris & Novi Testamenti libros his gentibus Pontificii sacerdotes abscondant, Mahumedanis e contrario Alcoranum suum ultro obtrudentibus. Hinc nemo non laudaverit Danicorum Missionariorum, Ziegenbalgii præcipue τοῦ μακαρίτου prudens consilium, qui Christianæ religionis prædicationem apud Indos Malabarenses a Novi Testamenti versione feliciter auspicatus est.

(f) Mirum sane videri debet Indultam hic vocari eam rem quæ ad Jus Divinum pertinet. Deinde qua fronte dici potest Græcos, Armenos, Aethiopas &c. ex indulgentia Romani Episcopi id habere, quod ab initio Christianismi sui constanter tenuerunt, & sine quo vix ac ne vix quidem pervenissent unquam ad cognitionem veritatis? Id vero de Græcis affirmare quam absurdum est! cum & ipsos primos Episcopos urbis Romæ lingua Græca in sacris usos esse nullo negotio demonstrari possit.

tiones una simul conjunctæ cum XV. Sinarum Provinciis, quæ totidem sunt amplissima regna, nec incolarum frequentia, nec unitate regiminis, nec litterarum studio, nec morum urbanitate, gravitate ac prudentia sunt comparandæ? Quæ, obsecro, ratio movit SS. Apostolos & Christi Vicarios indulgendi Latinis ac Græcis aliisque nationibus, ut sua quæque lingua sacra perageret, nisi ut eo modo Religio Christiana ubique per indigenas suos propagaretur, & ut Christi sanguis pro omnium fusus salute ad omnes citius, facilius, largiusque derivaretur & diffunderetur? Cur igitur Ecclesiam Romanam non movit eadem ratio dilatandæ fidei in Sinarum Imperio? Quæ ratio, obsecro, quod impedimentum afferri potest, quod idem militare non poterat pro aliis nationibus, quibus ea facultas sacra peragendi auctoritate Apostolica indulta fuit? Quæ ratio tanti momenti & ponderis in contrarium adduci unquam potest, quæ prævaleat ac præponderet saluti gentis numerosissimæ? Cur ergo peribunt addicti ignibus tot milliones animarum, in æternum blasphematuræ Deum, qui non est acceptor personarum, idque quia non potuerint nisi difficillime & periculosissime pronuntiare Latina verba; uti e contra æternum essent Deum laudaturi, si quidem, quod aliis multo minoribus & inferioribus nationibus fuit concessum, quodque a septuaginta annis a Paulo V. fuit Sinis indultum, sibi exequi licuisset?

IX. Non diffiteor equidem difficultatem in pronuntianda lingua Latina a pueris magna ex parte tolli posse: verum instituere in Sina puerorum Seminaria, præterquam quod admodum lenta difficilisque res futura sit, timeo ne post multorum annorum labores & sumtus maximos in illorum

lorum institutionem factos, tandem & alumnos simul & operam & oleum perdamus, uti LXX annorum fere experientia edocti sumus, dum Seminarium in Provinciæ Che kian Collegio Nancheano & Macai alterum instituimus, non alio tot annorum & laborum successu, quam quod sex septemve ad societatem nostram in Coadjutores temporales admissi fuerint. Movit autem præcipue tum temporis moderatores nostros, quod viderent in Japonia, ubi tunc florebat Religio, e nostris Seminariis tot tamque egregios & constantes viros prodiisse, qui pro Christo sanguinem suum gloriose cum Europæis præconibus, constantia quoque Europæa effuderunt; adeoque a privilegio a Paulo V. concesso executioni tantisper supersedendum censuerunt: Verum tandem serius cognoverunt cum sacerdotibus tam Europæis quam indigenis etiam radicitus exterminatam fuisse linguam Latinam, occlusumque penitus aditum per L. annos & amplius prædicandæ in Japonia Religionis Christianæ. Hujusmodi autem linguæ Latinæ seminarium in Sinarum Imperio stabiliri vix potest, tum propter naturalem gentis præ Japonica inconstantiam, maxime quidem in adolescentia, tum propter fraudes & molestias parentum, filios suos suis usibus & necessaria sustentationi repetentium, tum denique ob difficultatem continentiæ, præsertim in illo primo fervore adolescentiæ. Quo circa multo tutius & magis expeditum videtur in his initiis, viduorum & aetatis maturioris virorum opera uti, quod ab Apostolis ubique terrarum factum esse constat. Quando enim, aut ubi legimus aliquem Apostolorum seminaria adolescentium instituisse ad sacerdotes formandos? Ubi legimus quemquam voluisse linguam Syriacam apud alias gen-

tes

tes introducere? Si quidem Latini aut Græci linguam Syriacam & litteras didicerunt, non alio certe fine id egerunt, nisi ut sacra Biblia & Rabbinorum Commentaria in linguam Græcam aut Latinam traducerent, uti Europæos libros in Sinensem traducunt Europæi. Accedit quod hoc modo sacerdotes habituri sumus viros graves & honoratos, & ut tales passim cognitos popularibus suis, cum e contrario alumnos illos a nobilioribus familiis habere difficillimum sit futurum. Emere autem parvulos aut admittere inopum filios, & paulatim excultos atque eruditos in lingua Latina ad sacerdotium evehere, detrahet plurimum Ecclesiasticae dignitati: quod quidem cum innotuerit; celari enim vix potest, quam tandem auctoritatem sacerdotes ejusmodi Sinicis plerumque litteris & eruditione parum aut nullo modo exculti, apud litteratos & nobiles viros etiam Christianos, obtinebunt?

X. His addo quod minime credibile est, gentem hanc tam politicam, tam suspicacem, & a novis doctrinis ac ritibus tam alienam, praesertim hoc tempore, permissuram, ut vigeat in regno suo usus peregrinae linguae, quam judices & urbium Praefecti nequeant intelligere, soli autem Europaeorum hominum discipuli & Sectatores intelligant, & per eandem clandestina inter se consilia tuto conferre possint. Quoniam vero augescente Christianorum numero, necessarium erit alia atque alia alumnorum seminaria institui, quis, obsecro, persuadere sibi possit permissum iri a Sinis ut in medio Regno suo peregrinae linguae seminaria ejusmodi instituantur? Quod si ipsemet Tartarus Imperator, qui toti jam Sinae pacifice dominatur, vel nativam gentis suae linguam introduci nolit inter Sinensem populum, quid factu-

rum putamus si linguam e remotis Europae regnis huc intulerint praecones Europaei, non secus fere ac si vestitum Gallicum aut Hispanicum vellent introducere? Itaque non tantum erunt hujus rei initia difficillima; sed tametsi labore constantiaque difficultates primæ vincantur, tamen haudquaquam perpetua res esse poterit. Quo enim pacto ferent viri primarii & magistratus, etiam Christiani, ut per totum Imperium assidue celebretur Missa, e qua ne verbum quidem vel ipsi litterati Sinenses percipere queant? In Europa certe, ubi Latine & Græce officia peraguntur divina, saltem a litteratis ubique omnia percipiuntur; quin etiam a plebejis non pauca, præsertim ubi lingua viget Italica, Hispanica, Lusitanica, Walachica, quæ magnam habent cum Latina affinitatem & similitudinem, quod idem locum habet in lingua Græca, cum qua aliæ linguæ corruptæ plebeiorum in multis conveniunt. Et usu veniet quoque in Sina, cum incredibili animorum solatio & fructu, si lingua Eruditorum propria, Laconica & sublimi, sacra peragantur. Denique ut alia præteream, si Sinenses linguam Latinam calleant, quot hæresibus & novis dogmatibus exponetur Religio Christiana, Batavis, scilicet, Anglis, aliisque heterodoxis commercii gratia huc adventuris, & una cum mercibus pestiferos libros Europæos ultro ingerentibus? E quibus gens curiosa gaudebit scire quot hujusmodi schismata & scandala (g) in Ecclesia, quæ colluvies Hæresium in variis sæculis,

(g) Idem fere ait Navarreta, Tractatu secundo, cap. XIII. pag. 98. col. 2. ,, Omnes, inquit, Missionarii fatemur singulari quadam Dei providentia Sinenses ea ignorare quæ apud Christianos in Europa

ſæculis; quot & quam cruenta bella inter homines Chriſtianos extiterint: adeoque cum gens ea ſit novarum rerum cupida, cum indolis ſit mobilioris & inconſtantioris, quam pronum erit in lectura librorum hujusmodi Europæorum anſam arripere ad ſeminandos errores & nova dogmata puriſſimæ & ſanctiſſimæ legi Catholicæ adverſantia? Jam vero in patrio Sermone litterisque ſuis relinquantur; non plus equidem ſcient quam quod libri Sinici ab Europæis Miſſionariis editi & deinceps edendi continebunt, adeoque millenis perplexitatibus, hæſitationibus, haereſibus & ſcandalis aditus magna ex parte obſtruetur; nihilque præter unicam linguam hic reperietur aut videbitur audieturque quod cum Romanae Eccleſiae conſuetudine, rituque non conſentiat. Quo etiam nomine ampliori favore digna prae ceteris nationibus videri debet nobiliſſima gens Sinarum. Nam cum reliquae nationes, non tantum lingua a Latina diverſa, ſed etiam ritu ab Eccleſia Romana plane diverſo ſacra peragant, ſola China uno quidem ritu Romano & Latina conſuetudine ea peraget, adeoque a ſolis ortu usque ad occaſum Romana ſpectabitur & triumphabit Eccleſia. Neque hic pertimeſcendum videtur ne privilegium hoc Sinae conceſſum cedat in exemplum aliorum Regnorum. Quae enim alia terrarum orbis cogniti Monarchia ſimilis reperitur, in qua, ut alia reticeam, lingua tam ſingularis ſit, & characterum ſexaginta millium varietate a ceterarum omnium nationum linguis litterisque longiſſime differat?

„ Europa aguntur; quæ ſi noſſent, nemo eſſet il-
„ lorum quin in facies noſtras inſpueret. „ Eam in rem multa alia ibidem Navarreta congeſſit, ſcriptor ſupra omnes ordinis ſui viros ob animi candorem in primis laudandus.

XI. Cum igitur hoc unicum videatur superesse remedium propagandæ & in perpetuum stabiliendæ Religionis Christianæ, ad pedes Sanctitatis suæ provoluta Sinensis Missio, hanc unicam gratiam postulat ut dignetur concedere ut quamprimum per Illustrissimos Episcopos a Sanctitate sua submissos, manus tanti momenti negotio admoveatur; quandoquidem tamdiu in promtu sunt omnia ut idiómate Sinico & ritu Romano sacra peragantur. Si ergo illam gratiam indulserit sancta Sedes Apostolica, proh quantum consuletur rei Christianæ & saluti tot animarum in ultimo, maximoque Orientis Imperio! Non enim hic agitur de una Græcia, aut Armenia, aut Arabia Sclavoniave, quæ suo quæque idiomate sacra peragit; Sed agitur de Imperio quod totam Germaniam, Galliam, Hispaniam, Angliam, Poloniam, multitudine urbium locorumque, & duas Europas (absit verbo invidia) frequentia superat incolarum. Quin etiam ipsa Japonia quæ per quinquaginta annos manet occlusa, & Corea, Tum-Kinum, aliaque vicina regna & Insulæ poterunt aliquando frui Apostolico suae sanctitatis beneficio: quippe ubi Sinenses Characteres apud Litteratos duntaxat in usu quoque sunt, & tametsi pronuntiatio sit diversa, eumdem tamen sensum invariabiliter continent. Quanta etiam Romanae Ecclesiae ac Sanctae Congregationi de Propaganda fide, usque ad extremum terrae accedet gloria prae aliis omnibus Asiae missionibus, si aliquando, uti certe sperandum est, adeo brevi dilatetur per plurimos indigenas sacerdotes Religio Christiana (h) Ut ipsis

(h) Id unum ubique terrarum spectare videntur Loiolitæ, ut formidabiles evadant, quod satis superque

ipsis etiam Imperatoribus Sinicis & Principibus Ethnicis formidabilis sit futura credentium multitudo, uti est modo Mahometanorum, qui ante DCC. annos ingressi sunt Sinam, & Bonziorum qui a mille & sexcentis regia auctoritate admissi sunt, quas ob politicum regimen, & pacis communis conservationem, vel inviti dissimulare ac permittere coguntur ii, penes quos est totius Imperii administratio & potestas. Quod si autem dominante adhuc familia Tartarica, quando tot favores Regii & libertas propagandæ fidei adhuc perseverant, quando etiam jam aliqui sunt ad sacerdotii gratiam recipiendam dispositi, si inquam hanc occasionem elabi patiamur; si post moram LXX. annorum a privilegio Sinis concesso a SS. Domino nostro Paulo V. in novas iterumque longas deliberationes res protrahatur; si exspectatur donec Tartaricum jugum Sinenses excusserint, vel Astronomia Europæa, & per consequens fidei præcones e tota Sina ejiciantur, quod in dies timeri potest; heu quot animarum millibus in aeternum forsitan salutis janua occludetur; adeoque viduata a suis pastoribus lugebit Sina, uti tamdiu luget Japonia, e qua cum Europæis fidei præconibus etiam Latina lingua, qua indigenæ sacerdotes sacra peragebant, tot an-

perque docet praesens Europae status, nec ipsi dissimulant in regionibus præsertim Orientalibus. Ipse Xaverius referentibus Loiolitis dicere solitus erat, nullam esse spem Christianismi cum fructu inducendi, nisi armata manu prædicatio niteretur: *dezia el Santo, que mientras no estuvieran debaxo del mosquete, no avia de aver Christiano de provecho.* Navarreta pag. 436. col. 2. Nec aliud Balthasar Tellez inculcat pluribus in locis Historiae Æthiopicae, praecipue pag. 184. col. 2. & 196. initio.

nis exulat. Et quando tandem ſpes erit, quisve modus exulantem fidem, ſive in Sinam, ſive in Japoniam revocandi? Peribunt ergo, ſiccis oculis inſpectante Roma, peribunt in aeternum tot milliones animarum, pro quibus mortuus eſt Chriſtus. Interim ſi lingua patria ſacra peragere Sinenſibus quamprimum concedatur, jam ceſſabunt ſuſpiciones ortæ ab exterorum ingreſſu & conſuetudine; pauciores item erunt perſecutiones, quarum multis anſam nos Europæi præbemus, tum ob diverſitatem opinionum & rituum, tum ob quorumdam zelum indiſcretum & præcipitem, tum quod viis vetitis ingreſſum aliqui tentant; tum denique quod alii morarum impatientes, & ſpiritu neſcio quo impulſi in Sina agere meditantur tanquam ſi cum (i) Barbaris & Americanis, ubi jurisdictio Hiſpanica dominatur, hic foret negotium. Ceſſabunt etiam invidorum aemulationes & odia, & ſi quæ perſecutiones ingruant, facilius multo opera indigenarum quam exterorum ſopientur, præcipue ſi Sacerdotes viri ſint graves & litteris exculti. Unde ſi Sacerdotes omnes Europæi, quod proniſſimum eſt, ejiciamur, perſeverabit certe Catholica ſemper Religio, & exules Europæi aut in urbe Macaënſi, ſi quidem hæc etiam non aboleatur, aut in Regno Siami, aut

(i) An Barbari ſint Sinenſes diſputat Navarreta, Tractatu 1. p. 14. nec ſine manifeſta injuria pro talibus haberi poſſe oſtendit. pag. 291. & 292. At Sinenſes pro Barbaris habent Macaënſes Luſitanos, quibus ſi quid ſcripto reſpondeat Sinenſis illius inſulae Prorex, cujus extremam partem Luſitani colunt, hanc formulam reſcripti ſui initio adſcribere ſolet: *Hæc gens Barbara & belluina hoc petit, quod ipſi concedatur vel negetur:* „ Eſta gente barbara y brutal „ pide eſto, conçeda ſe le, o niega ſe le.

aut Insulis Philippinis non longe aberunt a Sina, cum qua litterarum commercium per Sinenses huc illuc mercimonii gratia commeantes, haberi poterit; unde & subsidia tam spiritualia quam temporalia, quibus in fide confirmentur ac foveantur, nancisci poterunt; præterquam quod [prout est in Imperio pro rerum temporumque ratione Deo ita disponente vicissitudo] sperandus sit Europæorum aliquorum in Sinas aliquando ingressus. sive per Europæam legationem, sive prætextu pietatis erga majores nostros, illic defunctos & sepultos, uti supra meminimus, sive via scientiarum artiumque novarum, sive alia, quam Deus suo tempore aperire rursus dignabitur.

XII. Atque hæc demum est sola & unica caussa ob quam per tot maria missus fui e Sina in urbem; hæc una qua teneor obtinendæ gratiæ Apostolicæ spes & fiducia, qua animatus in Sinam felix nuntius per eadem maria opto regredi: hæc denique laborum unius sæculi unica quam [licet immerentes] speramus, merces & consolatio. Equidem hic non ago pro minima nostra Societate, non pro domiciliis & templis nostris per XII. Provincias conservandis, pro quibus tanquam pro aris & focis forsan agerent aliqui, qui inter nostros (k) aliter sentiunt de Sacerdotibus Sinicis promovendis. Non, inquam, ago de Societate

(k) Hæc ad Lusitanos Loiolitas spectant, qui ut superstitiosiores & indoctiores, aliis subinde negotia facessere solent. Supremam praeterea sibi auctoritatem arrogant in Regno Sinensi, cum ex Bulla Alexandri VI. totum hoc Imperium ad Regem suum pertinere palam profiteantur; quæ ipsorum sententia, inquit Navarreta, si semel ad cognitionem Sinensium pervenerit; actum prorsus erit de vita omnium Missionariorum.

noſtra iſthic ſtabilienda, tametſi centum annorum labores & aerumnae ibidem exantlatae id mereri videantur. Ago hic duntaxat pro ſalute communi Sinenſis Orbis per ipſos indigenas procuranda, & pro aſtruenda libertate immenſi populi ſub tyrannica Daemonum ſervitute tot Saeculis ingemiſcentis, & in extrema illa animae ſuae neceſſitate conſtituti, & quaſi ante oculos orbis Chriſtiani & Urbis tam miſerandum in modum & in ſempiternum intereuntis. Certe ſi juxta omnium doctorum ſententiam teneamur ſuccurrere proximo in extrema neceſſitate conſtituto, & praecepto Caritatis, etiam cum vitae periculo, dummodo ſit aeque certa ſpes illum juvandi, neque gravius inde malum immineat; quandoquidem innumeri ſunt in tanto Imperio, qui ſine ſpe ſalutis moriuntur, quibus poteſt adeo facile per indigenas ſacerdotes occurri, numquid tenebimur expectare donec veniant pauci aliquot de novo (l) Europaei, qui iterum iterumque poſt longum & linguae & litterarum & morum gentis per aliquot annos ſtudium & notitiam, tandem quid expediat iterum iterumque examinent ac deliberent? Aut Expectandum donec Sinenſes aliquot e faece plebeia & emtitii adoleſcentes didicerint linguam Latinam, e quibus deinde aliqui ſeligantur ac promoveantur ad Epiſcopalia & Sacerdotalia munera? Praeſertim cum jam dudum in promtu ſint & Miſſale & Rituale Sinicum, (m)

(l) Eo videntur hæc ſpectare ut nulli aliorum ordinum ſacerdotes, quorum ſocietatem Loiolitæ moleſtiſſime ferunt, in Imperium Sinenſe deinceps ingrediantur.

(n) qua si SS. Domino nostro Paulo V. cum it purpuratorum Patrum senatu quondam vide- licuisset, quam exultasset, quod adeo paten- im januam Evangelio latissime propagando ape- uisset! Certe, ut candide loquar, non audeo hic mnino excusare quorundam olim Societatis no- trae in Sina operariorum languorem quemdam, nimiam post tot annos cunctationem in exe- endo Pauli V. indulto, Sinarum genti tam pro- cuo. Nec probare possum quorundam Macai egentium de gente Sinica, quam non norunt, liissimam opinionem, quasi ad munus illud sa- erdotale ineptiores essent Sinenses quam Maro- tæ, Cophti, Sclavonici, & Cretenses, ventres gri & semper mendaces, e quibus tamen & E- piscopi & Sacerdotes ab Apostolo Gentium sunt rdinati. Non inficior etiam eo tempore quo reve prodiit Apostolicum, anno XV. hujus eculi, immaturam adhuc visam fuisse executio- em, quia in nascente & adhuc balbutiente Ec- lesia, pauci reperiebantur adultiores & vidui ad munus idonei atque dispositi, & Missalis alia- umque rerum ad sacra rite peragenda nondum acta erat versio, qui aliquot erat annorum labor. ecundo post indultum Pontificium, anno MDCXVI. quasi totus Infernus contra illud jam rmaretur, orta est gravissima in toto Imperio ontra Praecones Europaeos tempestas & perse- utio, qua omnes Macaiim e Sina exterminabantur.

 Tertio.

(m) Hic observari potest nullam fieri mentionem ersionis Librorum Sacrorum, quos nunquam Si- ensibus, etiam eruditis, obtulerunt. Compen- ium quidem quoddam vitæ Domini nostri Jesu Christi Sinice edidit Julius Aleni, Loiolita, sed ita omparatum ut a fabulosa vita Christi ab Hieronymo Xaverio Persice edita non multum abludat.

Tertio, ob bellum Hispanum inter & Lusitan de obtinendis uti prius Episcopis spes nulla e cum & ipsi Lusitaniæ negarentur. Quarto, S cessit & bellum Tartaricum & totius Imperi familiæ interitus, quo tempore sociis hinc ind sperfis, & aliis captis, aliis fugientibus, quis dus supererat vel cogitandi de Sacerdotibus i genis disponendis & consecrandis?

XIII. Igitur videbatur Divina providentia servasse rem illam tanti momenti, quando à X & amplius annis excitata est illa gravissima pe cutio, qua tanquam rei capitis primò in au evocati, deinde in exilium Cantoniense fuim trium ordinum Religiosi, relegati. Tum dem aperire oculos cœpimus, & damnare (si fuit) nostrum errorem, & serio apprehen necessitatem medii illius adhibendi, quod à P V. Sinensibus indultum fuerat; quandoquide procinctu esset ut ad oram maris jam positi, nes omnino in Europam amandaremur, quo ne factum fuisset, si unicus defuisset tunc F nandus Verbiest. Mox igitur missus ab exili urbem procurator Pater Prosper Intorcetta, hoc negotium negotiorum quam efficacis proponeret, atque urgeret in Curia Romana quidem Reverendus admodum Pater noster neralis anno MDCLXXII. jam facultatem derat Vice-Provinciali Sinensi admittendi in cietatem ex litteratis Sinensibus viros ætate m ros, non dubitans quin tanti res momenti à P lo V. tam benigne concessa, approbaretu confirmaretur ab iis penes quos spectat pr gandæ utrobique Religionis auctoritas & p stas, & multo magis cum Sacri Præsules S rum Imperium jam sint ingressi, penes solos spectat approbare, admittereque ad sa

dines, quos non indignos eo munere judicaverint. Quod si hanc optatissimam occasionem commoditatemque elabi sinamus, quandoquidem in dies imminentem omnium capitibus fatalem persecutionem, quod Deus avertat, timemus, quis erit, obsecro, alius modus resarciendi rem Christianam, nisi quamprimum præcipui momenti negotio manus & opera adhibeatur? Alioquin uti de Japonia ita & de florentissimi Imperii salute in æternum forsan actum erit, deque incomparabili jactura lugebit cælum & terra, & solus triumphabit Infernus. Quid dico? triumphabit Infernus: imo vero aspirante & militante Deo Exercituum, de ipso Inferorum imperio triumphatura est aliquando Romana Ecclesia, & oppositura Tartareis potestatibus velut scutum inexpugnabile, tot millenas animarum Sinicarum Myriades, tanquam erepta ab Inferis spolia cœlo gloriosius inferenda, dum patentissimum hunc Divinæ gloriæ per indigenas sacerdotes, undequaque promovendæ campum amplissimo corde longe lateque propagabit, amplificabitque usque ad terminos orbis terrarum. Tum enimvero impletum aliquando spectabit Europa illud Malachiæ Prophetæ: *Ab ortu solis usque ad occasum magnum nomen meum in gentibus, & omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus*. Et illud quoque impletum gaudebit Isaiæ ratiocinium, de quo & multi interpretantur illud Capitis XLIX. *Ecce isti à longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi.* Hebræa littera habet, *de terra Sinim.* (n) Osorius

(n) Adi, si lubet, Hornii Arcam Noæ pag. 53. & 441. item ejusdem Origines Americanas, pag. 13. & Basnage Historiam Judæorum, Tom. IV. prioris editionis, pag. 952.

rius vero, Arias Montanus, à Lapide & alii p
tant esse ratiocinium de Imperio Sinarum [qu
scilicet Imperium initium sumit à XL. gradu, si
quo item est Palæstina, per tres & viginti grad
Austrum versus] unde vertunt; *Et isti de ter
Sinarum.* Sicuti enim Hebraice Gelilim voca
tur Galilæi; Jehudim, Judæi; Assurim, Assi
rii; Chasdim, Chaldæi, ita non potuit Isai
Propheta Sinas aliter nominare, quam dicenc
Sinim, id est, terra Sinarum, qui sunt popu
de quibus hic dicitur: *Ecce isti de longe venien*
unde mox subit conversionem cum publico cœ
terræque applausu consecuturam. *Laudate cœ
& exulta terra, quia consolatus est Dominus p
pulum suum, & pauperum suorum miserebitu*

III.

Maturini Veyssiere LA CROZE

De Scriptore Quæstionum ad Orthodoxos, (a) quæ inter Opera JUSTINI Martyris edi solent,

Ad Virum Celeberrimum

Joannem Laurentium M O S H E I M

Epistola.

A R G U M E N T U M.

Scripti hujus occasio §. 1, & 2. Autor quæstionu
ad Orthodoxos ante Isidorum Pelusiotam vixit
&

(a) Si quis virorum eruditorum de hujus libri au
ctore sententias scire desiderat, is illas simul cura
t

& quidem temporibus Juliani. Quod ostenditur de Diodoro Tarsensi §. 3. Hunc libri illius auctorem esse porro probatur ex formula, qua utitur, qua de Christo homine loquens eum τὸν δεσπότην Χριστὸν, Christi autem Dei & hominis mentionem faciens eum τον κυριον Χριστον appellat, qua phrasi tum utebantur Nestorianismo faventes, in cujus suspicionem & hic Diodorus venit §. 4, 5. An sit foetus Theodoreti? Diodori stylus §. 6. Hunc esse adducti libri autorem ostenditur porro, quod uterque fuerit monachus, & synusiastarum adversarius, & sphæram damnavit, Matrem domini non appellavit Θεοτοκον. An hujus scripti meminerit Suidas §.7. A Basilio indicatum videtur §. 8. Conclusio §. 9.

§. I. Cum

e collectas inveniet in Wilhelmi Ernesti *Tentzelii* Exercitt. selectis pag. 187. 188, 189. & deinde p. 436. sqq. Adde illis Ern. *Grabium*, in Spicilegio, Patrum Sæculi II. p. 164. J. A. *Fabricium*, in Bibl. Gr. L. V. p. 58. Interpolatas illas judicat L. *Allatius* in L. de libris ecclesiasticis Græcorum p. m. 186. Johannem *Harduinum* non moror, qui præter Dialogum cum Tryphone Judæo, nihil nobis genuinorum Justini Martyris scriptorum restare putat. Verum omnium optime rationes, propter quas S. Justino tribui nequeant, velut ἐν ἐπιτομῇ exhibuit Joh. *Dallæus* in L. de Confirm. L. II. c. 12. cujus verba adscribere non pigebit: *Hujus*, inquit, *operis*, intelligit autem librum, de quo heic agitur, *auctor Irenæum & Origenem laudat, utrumque Justino, ut notum est, juniorem. Manichæorum meminit, quorum parens a. D. 261. primum emersit, ascetas & monachos memorat, ab Antonio exortos, qui a. D. 358. est denatus, de anachoretis agit, eosque ἄνδρας ἀρχαίους vocat; sic loquitur velut everso suis temporibus Paganismo, imo hunc a Christianismo debellatum asserit,* quod

§. 1.

CUm tu, haud ita pridem, Vir Doctissime judicium meum desideraveris in fine elegan tissimae Dissertationis tuae (b) de *Telesticis Ima ginibus quæ Apollonio Tyaneo tribuuntur*, æquur forte fuerat ut publice rogatus, palam etiam pro fiterer nihil à te ibi dictum esse; quod non ap probatione modo mea; verum etiam laudibus dig num esse censerem. Atque id eo minus neces sarium tunc arbitrabar, quod tam idoneis argu mentis opiniones tuas asseri viderem & vindicar ut nihil omnino qualicunque laudationis meæ ac cessione illarum evidentiæ additum iri existima rem. Postquam autem agnovi in erudita scrip ti illius tui contra Cl. Wæchtlerum defension (c) aliquid esse, levissimum tamen, in quo à t dissentiam, ea ipsa dissensus mei occasione u statui, ut & tecum tantisper συμφιλογεῖν possim & publice profiteri, quanti te faciam. Ut ver me sententiæ tuæ judice uti voluisti, ita nunc v cissim cupio, ut tu de meis judicium feras: lic enim longa temporis intercapedine natales nost ab invicem discedant, tam multum tribuo erud tioni tuæ, meaeque tam parum, ut ætatis utrius

qu

quod nonnisi sub Christianis Augustis vere dici potui & alia multa habet, quæ hominem produnt, nonni quarto, quintove seculo vixisse. Quomodo autei cunque res se habet, id certum, multum in eo l bro esse bonæ frugis, ac dignum omnino, qui se paratim Docti Viri lucubrationibus illuminatus con mittatur publico. T. d. H.

(b) Exstat ea Bibliothecæ hujus Cl. III. fasc. pag. 1. sqq.

(c) Vide Cl. V. fasc. II. 212. sqq.

que nostrum hic facile obliviscar. (d) Πόλιος δὲ ὃς ἐν ἀσκήσει λόγων αἰδέσιμον ποιεῖ τὴν νεότητα.

II. Miraberis forte, quaenam sit illa quaestio, in qua à te dissentiam, cum satis adhuc pronus fuerim ad probandas opiniones omnes illas, quas variis in Dissertationibus orbi litterato perpendendas erudite proposuisti. Rem levissimam esse modo dixi, ideoque hic defendam, ut extaret publicum aliquod amoris in te mei monumentum. Quominus graviter feres, si sententiam meam forte acrius vindicavero, quæ tibi prima fronte παρακεκινδυνευμένη & Paradoxa videbitur.

Anno superiore in scripto quodam Gallice edito pollicitus eram me aliquando demonstraturum Scriptorem *Quæstionum ad Orthodoxos*, quæ inter Opera Justini Martyris edi solent, DIODORUM esse TARSENSEM Episcopum, quem sub finem quarti sæculi decesfisse eruditi norunt. Iam intelligis, quanam in re versetur dissensus noster: sive enim hæc a me pridem scripta non legeris, sive tanquam idoneis argumentis destituta neglexeris, in Apologetico tuo ad Cl. Wæchterum te illius auctoris ætatem nescire dixisti, certo tamen nosse Isidoro Pelusiensi esse recentiorem.

III. Ut primum de ætate loquar, vixit harum Quæstionum auctor, antequam pro ratione Chronologica Græcorum sex annorum millia a Creatione Mundi effluxissent, qui anni, si probatissimum apud eos calculum sequamur, ad CCCCXCII. a Christo nato annum sunt referendi: numerare enim solent ad Christi nativitatem annos IↃↃ IↃ VIII. Sic autem auctor Quæstio-

(d) Joann. Philoponus in Proœmio libri περὶ κοσμοποιίας.

ſtionum, Reſponſione ad Quæſt. LXXI. Ε῎ν ε
διὰ πολλῶν γραφικῶν φωνῶν τεκμήρασθαι ἀληθεύειν το
λέγοντας ἑξακισχίλια ἔτη εἶναι τὸν χρόνον τῆς παρού
τῦ κόσμυ συστάσεως. *Ex multis ſacrarum litterarum teſtimoniis conjicere licet ſex millibus annorum du raturam præſentem mundi conſtitutionem.* Qui ſi loquitur, is profecto ſatis diu vixiſſe cenſendu eſt ante annum Chriſti CCCCXCII. alioquin op portuno loco de vicino mundi fine aliquid ſubji ciſſet. Attamen ne ſic quidem clare eum vald antiquiorem eſſe probatur Iſidoro Peluſienſi, quem ex ejus Epiſtolis ad Cyrillum Alexandrinum, an no Chriſti CCCCXXXI. Epheſini Concilii tem pore floruiſſe novimus. Quærendus eſt ergo no bis character alter Chronologicus, quo ſcriptorem Quæſtionum Iſidoro vetuſtiorem eſſe demonſtre mus. Eum mihi inveniſſe videor in verbis Re ſponſionis ad Quæſtionem LXXIV. ubi cruci tuum meminit nuper contra Chriſtianos ab Ethni cismo adhibitorum ad inſtaurandum priſtinum Ido lorum cultum, καὶ τῆς παλαιᾶς αὐτοῦ δυναστείας τ ἀνάκλησιν. *Ipſi cruciatus*, inquit, *quibus nupe Gentilis ſuperſtitio uſa eſt, per ipſos ſperans fore u ſe integram ſervaret, Paganismo finem impoſuer Chriſtianismumque ſtabiliorem effecerunt*, ἀλλ' α βάσανοι αὗται, αἷς καὶ πρώην χρησάμενος ὁ Ἑλληνι μὸς, προσδοκήσας δι' αὐτῶν ἄλυτον φυλάττειν ἑαυτὸν τὸν μὲν Ἑλληνισμὸν κατέπαυσαν, τὸν δὲ Χριστιανισμὸν ἔστησαν παγιώτερον. Quæ quidem verba ad Julian Apoſtatæ Imperium & vim ab eo contra Chriſtia nos adhibitam aut ſpectare debent, aut, quo nec tu, nec quisquam alius dixerit, temere & im prudenter ab auctore prolata cenſeri. Diodorum vero tunc vixiſſe novimus cum ex aliis argumen tis, tum ex Epiſtola Juliani imperatoris ſcrip ad Photinum Hæreſiarcham, quam refert Facun

di

ctus Hermianensis in Defensione Trium Capitulorum, Libro Quarto, pag. 163. editionis Sirmundi. Id nunc mihi observasse sufficiat mox de Diodoro ipso plura alia allaturo.

IV. Cum invalescerent post medium sæculi quarti impiæ Apollinarii sententiæ, qui Christum carnem humanam animatam quidem, sed ἄνευ assumsisse docebat, affirmabatque præterea unam tantummodo fuisse Verbi Incarnati naturam, plures ubique terrarum Doctores & Episcopi nefariis opinionibus obviam eundum esse judicarunt. Ut Athanasium, Basilium & Gregorium Nazianzenum taceam, luculenter refutata est pessima hæc Apollinarii hæresis, Arianismi tradux, à Gregorio Nysseno, cujus elegantem & eruditam Disputationem ex Manuscripto Vaticano edidit ZACAGNIUS, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus, in *Collectaneis Monumentorum veterum Ecclesiæ Græcæ & Latinæ.* Nemo tamen in eam hæresim vehementius insurrexit, quam discipuli Diodori Tarsensis, ipseque Diodorus, cujus extabant olim Disputationes contra Synusiastas, quarum ob invidiam perperam subsequenti sæculo factam viro bono & simplici, quem Nestorianismi primum auctorem Monophysitæ & quidam alii appellarunt, ne vestigium quidem aut vola hodie superesse putantur. Nimirum Diodorus ipse, & discipulus ejus Theodorus Mopsuestenus, quos etiam Theodoretus imitatus est, in explicanda Domini nostri Jesu Christi Incarnatione, ne unitatem naturæ inducere viderentur, sedulo, vel etiam, si quibusdam fides habenda est, plusquam par erat, utramque Christi naturam distinguebant; ut si quando de Christo homine & infirmitatibus humanis obnoxio loquerentur, eum perpetuo τὸν

 θεοτό-

δεσπότην Χριστὸν nuncuparent; ubi vero de Chriſto ut Deo & homine mentio injicienda erat, eum appellarent τὸν κύριον Ἰησοῦν, vel τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Id ego primus omnium accurata obſervatione deprehendi in ſcriptis omnium eorum Patrum quarti & quinti Sæculi, quorum ſcripta ætatem tulerunt. Itaque quandocunque hæc formula ὁ δεσπότης Χριστὸς in Homiliis Chryſoſtomi nomen præferentibus mihi obſervata eſt, toties aliis criteriis deprehendere licuit, eas Sanctiſſimi illius Patris nomen falſo præferre, quod & ſæpius ab aliis vi eorundem criteriorum ante me demonſtratum eſt. Etſi enim in eadem fere diſciplina ac ſuperiores Chryſoſtomus adoleverit, Diodori nempe amicus & diſcipulus, nunquam tamen, quod quidem obſervare potuerim, eo loquendi genere uſus eſſe videtur. Nunc velim evolvas ſcripta Theodoreti, & paucula illa fragmenta Diodori & Theodori Mopſueſteni, quæ in Catenis Patrum & alibi ſuperſunt, niſi frequentem illius locutionis uſum ibi inveneris, nihil intercedam, quin me causâ cecidiſſe ſtatim profitear. Præterea conſule Eutherii, Tyanorum Epiſcopi, Sermones à Joanne Garnerio editos in Auctario Operum Theodoreti: ibi eandem formulam invenies ex eadem diſciplina, quemadmodum & in Neſtorii ipſius fragmentis in Actis Concilii Epheſini, & apud Marium Mercatorem à Garnerio editum. Uno verbo, hac una obſervatione Diodori Tarſenſis diſcipulos agnoſces, & eos qui poſt Synodum Epheſinam invidioſo Neſtorianorum nomine traducti ſunt.

V. Sic Coſmas ille Indico-Pleuſtes, certiſſimus Neſtorianus [quod mirarer Doctiſſimo Editori Monfauconio latuiſſe, niſi ſcirem has hæreſes

jam vix agnosci, postquam ea odia, quæ ferme una ipsis originem dedere, deferbuerunt] Tom. 2. Collect. Novæ Patrum, ubique & singulis fere paginis, quotiescunque de Christo homine agit, nihil aliud crepat, quam τὸν δεσπότην Χριστόν. Ita nullius unquam Nestoriani scripta aut fragmenta leges, quin si quis locus id tulerit, in eam statim formulam incidas. An vero, inquies, nemo antiquorum eo loquendi genere præter Nestorianos & Diodori discipulos usus est? Nemo quidem prisca illa ætate, quarto nimirum, quinto &, quantum quidem mihi constat, sexto sæculo. Posteriori vero aevo alii ex eorum genere, quos orthodoxos vulgo vocare solemus, τὸν δεσπότην Χριστὸν dixerunt, ut passim recentiores Græci, & Nectarius ipse Patriarcha Jerosolymitanus, ætatis nostræ scriptor, in ἀντιῤῥήσει contra Latinos. Quin etiam Joannes Philoponus Philosophus insignis, Monophysitarum opinionibus addictus, scriptor sæculi septimi, si quidem Alexandriæ à Mahumedanis expugnatæ interfuit, in libro περὶ κοσμοποιΐας, quem contra Theodorum Mopsuestenum potissimum scripsit, hoc epitheto Dominum nostrum Jesum Christum frequenter insignire solet. Diceres eum id loquendi genus ex Theodori scriptis hausisse, nisi etiam eodem, in Disputatione de Paschate uteretur. Nimirum homo sat remotus ab initio rixarum ignorabat, cui fuisset usui hæc locutio apud Nestorianos, alias innoxia, &, quam neminem ne Heterodoxum quidem ipsis objicere ausum esse docet Theodoretus Epistola CXLVI. Tom. 3. p. 103. *Etenim*, inquit, *nec isti, qui unam carnis Divinitatisque naturam perverse nunc Ecclesiasticis dogmatibus inserunt Christum Dominum laudari vetant.* Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ

οἱ τὴν μίαν φύσιν σαρκὸς καὶ θεότητος τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς νῦν κακῶς κατασπείραντες δόγμασιν, ἀπηγόρευσαν τὸν ΔΕΣΠΟΤΗΝ ὑμνεῖσθαι ΧΡΙΣΤΟΝ.

VI. Hinc facile intelligi poteſt, cur Fridericus Sylburgius initio notarum ad Quæſtiones ad Orthodoxos, in ſuſpicionem quandam adductus eſſe videatur hunc librum Theodoreto eſſe tribuendum, in primis, ut alibi notavit, ob frequentem uſum illius epitheti. Sed enim ea quæ ſuperius dicta ſunt de Juliani Apoſtatæ temporibus, non patiuntur ut hunc librum Theodoreti fœtum eſſe ſentiamus, cum alias rationes ſtyli plane diverſæ ſint, longeque major ſit orationis elegantia apud Theodoretum, quam apud hunc auctorem, qui nihil fere ornati habet, & ſimplici genere ſcribendi perpetuo utitur, affini, ſi quid ſentio, illi quem exhibent Diodori fragmenta quædam ab ipſo Theodoreto (e) relata in Quæſtionibus ad Vetus Teſtamentum.

VII. Porro alia argumenta ſuperſunt, de quibus velim, ut & de ſuperioribus, nihil gratiæ & amicitiæ dando judicium feras. Monachum fuiſſe Diodorum antequam Epiſcopus Tarſenſis à Meletio Antiocheno Patriarcha ordinaretur Anno Chriſti CCCLXXV. ex Theodori Lectoris ſcriptis docet Suidas: eidem vitæ generi ſe addictum fuiſſe innuit Quæſtionum auctor Quæſtione XXI. Quæ res etiamſi & Theodoreto congruat, qui idem vitæ genus ante Epiſcopatum amplexus erat, non poteſt tamen conciliari cum iis, quæ de utriusque ætate & ſtyli modo obſervata ſunt. Synuſiaſtis infenſus fuit Diodorus, qui & eorum errores ſcriptis contr-

ec

(e) V. Opera Theodoreti Tom. I. Quæſt. in Geneſin, pag. 19. & in 1. Regum pag. 233.

eos Disputationibus refutavit; eosdem tangit & damnat non uno loco Quaestionum auctor, Quaestione praecipue centesima quinta, quae tota contra eos est, qui Christum Dominum negare audebant esse ejusdem nobiscum naturae, οἱ τολμῶσι λέγειν [τὸν δεσπότην Χριςὸν] μὴ ὑπάρχειν τῆς ἡμετέρας φύσεως. Cod. CCXXIII. pag. 667. Sphaeram damnavit Diodorus apud Photium, ut Sacræ Scripturæ contrariam, quem secuti sunt, iisdem argumentis usi, Theodorus Mopsuestenus, & Cosmas Indico-Pleustes: eadem est auctoris Quæstionum opinio, Quæstionibus LIX. & CXXX. ubi eas ipsas sententias habet, quæ à Joanne Philopono, contra Theodorum Mopsuestenum disputante compluribus argumentis etiam è Sacra Scriptura ductis falsi sunt convictæ. Abhorrebant ante Nestorium Diodorus & Theodorus ab hac voce Θεοτόκος, ubi ipsis de Beata Virgine mentio facienda occurrebat: Sic Questionum auctor, Responsione ad Quæstionem CXXXVI. Beatam Mariam nudis verbis Matrem Christi appellat: ἐπειδὴ ȣ̓ τὴν τυχȣ̃σαν γυναῖκα ἐπελέξατο ὁ Θεὸς γενέσθαι μητέρα τȣ̃ Χριςȣ̃. Nolo putes me aliis (f) argumentis destitui. Certe plura afferrem, nisi hæc sufficere arbitrarer. Itaque nihil fere dubito, quin hæ Quæstiones restituendæ sint vero auctori

 suo

(f) Illis argumentis, quibus ad hanc stabiliendam sententiam utitur vir summus, addi fortassis aliud posset, nimirum, quod pleræque materiæ illæ, de quibus libros scripsisse Diodorum hunc, sive, ut Photius vocat Theodorum, Tarsensium Episcopum commemorat Suidas, tractentur quoque in illis ad Orthodoxos quæstionibus, quod conferenti patebit T. d. H

ſuo Diodoro Tarſenſi, quas ſi forte objeceris in operum ejus Catalogo, quem unus Suidas nobis ex Theodoro Lectore ſervavit, minime recenſeri, mihi reſpondere promtum erit easdem eſſe forte Quæſtiones quæ his vocibus ibi memorantur: Πρὸς Εὐφρόνιον φιλόσοφον κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. Unum ſane hominem auctor noſter in Reſponſionibus ſuis alloquitur, ut in ea quæ ſequitur Quæſtionem XXXI. & forte in aliis, quas nunc excutere ſupervacuum puto.

VIII. Nec forte abſurdum erit ſuſpicari idem illud ſcriptum eſſe, cujus cum alio quodam ad ſe à Diodoro miſſi meminit Baſilius Magnus Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopus, cujus verba ſubjiciam ex Epiſtola CLXVII. ad Diodorum Oper. Tom. 2. p. 951. Ἐνέτυχον τοῖς ἀποσαλεῖσι Βιβλίοις παρὰ τῆς τιμιότητός σου καὶ τῷ μὲν δευτέρῳ ὑπερήσθην, οὐ διὰ τὴν βραχύτητα μόνον, ὡς εἰκὸς ἦν τὸν ἀργῶς πρὸς πάντα καὶ ἀσθενῶς λοιπὸν διακείμενον, ἀλλ᾽ ὅτι πυκνόν τε ἅμα ἐςὶ ταῖς ἐννοίαις, καὶ εὐκρινῶς ἐν αὐτῷ ἔχουσιν αἵ τε ἀντιθέσεις τῶν ὑπεναντίων καὶ τὸ τῆς λέξεως ἁπλοῖν καὶ ἀκατάσκευον, πρέπον ἔδοξέ μοι προθέσει Χριςιανοῦ, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν μᾶλλον ἢ κοινὴν ὠφέλειαν γράφοντος. Haud puto graviter feres ſi Græcorum Baſilii verſionem Facundi Hermianenſis hic adſcripſero, barbaram quidem, ſed antiquitate ſua venerabilem. Ita ille Lib. IV. pag. 152. & 153. *Legi libros à tua honorabilitate tranſmiſſos, & ſecundo quidem admodum inſtiti, non ſolum propter brevitatem, utpote qui ſim circa omnia debilis, ſed etiam, quia variatur ſententiis, & facile eo diſcernuntur è contrario oppoſitiones, & ad eam reſponſiones; & eſt oratio ſimplex & ſine ullo ſermonis cothurno, quod convenire mihi viſum eſt Chriſtiano ſtylo, non ad oſtentationem, ſed ad utilitatem hominum*

num

num conſcribentis. Vides hic omnia convenire, oppoſitiones & reſponſiones, ſimplicitatem orationis brevitatemque, quæ dotes in Diodori ſcripto à Baſilio Magno commendatæ ita hic eminent, ut Quæſtiones ipſae ad Orthodoxos hic ſignificari videantur.

IX. Pauca quædam alia mihi ſupererant addenda de Diodoro, quem plurimi factum ab Athanaſio, Epiphanio, Meletio, Baſilio, Joanne Chryſoſtomo & pluribus aliis, dolendum eſt poſt notam ei à Cyrillo in Epiſtola prima ad Succenſum impreſſam, male apud poſteros audiviſſe, oblitterata fere ejus ſcriptorum memoria, aliis etiam nominibus præfixis iis operibus, quæ invito adverſariorum ejus odio ad noſtram usque ætatem pervenerunt. Alia enim ſupereſſe novi, de quibus alibi forſitan acturus ſum, ſi haec tibi & eruditis non omnino improbari intellexero.

Vale. Dabam Berolini, Pridie Nonas Decembr. A. C. MDCCXXI.

IV.

Jo. Georgii ALTMANNI
ad locum Act. XVI: 14.
De
LYDIA THYATIRENSI
obſervationes.

ARGUMENTUM.

Scripti occaſio. §. 1. Lydiæ nomen fuit proprium. *Lydiæ* plures & *Lydi* quidem dicti §. 2. Thyatyris tinctura purpuræ erat frequens. Βαφεις dicebantur

bantur κατ' ἐξοχὴν purpuræ tinctores. Illustratur inscriptio apud Sponium. §. 3. *Purpurarii* dicti, non solum purpuræ tinctores, sed & venditores §. 4. Lydia cur dicitur σεβομένη τὸν Θεὸν. In oppositione ad superstitiones Thyatirensium. Deus *Tyrimnus*. Deus Falacris & Peninus. §. 5. Alia Thyatirensium σεβάσματα. §. 7.

§. I.

CUm eruditam Viri Cl. Jo. Christiani BIELII de Lydia Purpuræ venditrice (a) dissertationem ita pridem legissem, quædam mihi incidebant, quibus non tam eruditi Viri ad Lucæ locum asserta convellere, quam ejus dissertationi mantissam aliquam subjungere subiit cogitatio, quod vero à me nunquam esset tentatum, nisi eruditissimos viros hac in re præeuntes haberem, qui aliorum dissertationibus non infrequenter suas cogitationes adjungere consueverant, hinc & ego jejunum hocce meum Spicilegium eruditis lectoribus expono, in quo si doctus non sum, brevis sum.

II. Mulier, de qua in actis sermo est, LYDIA dicitur, hoc est secundum Camerarium & Grotium, & post hos ad mentem Bielii ex Lydia oriunda, sed huic sententiæ magnorum virorum pace subscribere non possum, variis in adversam partem motus argumentis; Primo quidem non video, quare scriptor sacer, si Lydiæ nomen

(a) Vide hujus Bibliothecæ Cl. II. fasc. III. p. 409. sqq. Sed cum his conferri omnino merentur, quæ à Fratre meo JACOBO, τῷ μακαρίτῃ ad eandem hanc illustrandam materiam notata sunt Cl. III. fasc. III. Sect. 4. §. 8. sqq. quæ doctissimi auctoris sententiam confirmant egregie. T. d. H.

omen appellativum, non proprium esse vo-
uisset, Thyatiram patriam ejus nominasset, dum
nim ex Thyatira oriunda dicitur, (a) jam Lydia h. e.
: Lydia oriunda dicitur, sed aliquem adhuc locum
ibere posset eorum sententia, qui nomen Ly-
æ gentilitium faciunt, si Thyatira abjectum aut
gnobile Lydiæ oppidum fuisset, sed plane con-
arium ex antiquis Geographis colligimus, fuit
nim teste Ptolomaeo Lib. V. cap. 2. Metropo-
s Lydiæ. Sic & magnifica quaeque de ea ha-
et Stephanus Byzant. de Urbibus & Cellarius in
eograph. antiq. Tom. 2. p. 129. ad quos Lecto-
em remittimus. Alterum vero argumentum,
uo nomen Lydiæ proprium esse credam, mihi
x antiquis accedit Græcorum Latinorumque co-
nomentis, sic enim antiqua inscriptio apud Gru-
erum p. DCCCCXVII. 12.

LYDIÆ SECUNDISSIMÆ
QUÆ VIXIT. ANN. XVI.
SIT TIBI TERRA LEVIS.

Lydiæ nomen etiam occurrit apud Horatium &
Sueton. De illustrib. grammaticis, cap. XI. *scrip-
sit*, inquit, *Valerius Cato præter libellos gram-*

 ma-

(a) Quamquam de hoc ipso dubitari posset. Neque
nim evictum prorsus est Lydiae urbem fuisse Thya-
ram. Tametsi enim à nonnullis Ptolemaeo, Ste-
hano, & in notitia Episcopatuum in Lydia collo-
atur, quod fortassis factum inde, quia Pergame-
orum, qui à Xenophonte & Aristotele Lydis ag-
regantur, jurisdictioni fuere subjecti, Plinius ta-
nen L. V. c. 30. eam inter Joniæ urbes numerat, &
trabo L. XIII. p. 625. hanc urbem appellat των Μυ-
σων εσχατην, T. d. H.

maticos, etiam poëmata, ex quibus præcipue [...] *bantur Lydia & Diana, Lydiæ Ticidius memi*[...]

Lydia doctorum maxima cura liber.

Sic opinor ſatis demonſtratur Lydiæ non[...] inuſitatum non fuiſſe, illudque non magis g[...] tilitium eſſe ubique quam nomen Lydi, q[...] proprium non appellativum eſt Tacito. An[...] Lib. V. 55. *Sardiniani decretum Etruriæ rec*[...] *vere, ut conſanguinei, nam Tyrrhenum Lydi*[...] *que Atye rege genitos ob multitudinem divi*[...] *gentem, Lydum patriis in terris reſediſſe, T*[...] *rhunodatum, novas ut conderet ſedes.* Ad c[...] verba Lipſius meas partes facit, quem vero [...] ſcribere volo.

III. Cum vero Cl. Bielius ſuppoſuiſſet, Ly[...] nomen eſſe gentis, ut nunc contrarium pro[...] tum eſt, ei exinde alius error, quod pace V[...] Docti dixerim, natus eſt, purpuræ ſcil. fing[...] dæ ars Lydis in genere adſcripta, cum melius [...] commodius, ne dicam ad Lucæ locum explic[...] dum aptius Thyatirae urbis incolis in hoc lo[...] tantum tribui potuiſſet, ut me id antiqua inſcr[...] tio apud Sponium, in Miſcell. Erud. Antiq[...] Sect. III. 93. docet, quæ in ipſa urbe Thyatir[...] quæ hodie Ac-Kiſſar dicitur, eruta & à Spo[...] deſcripta eſt, ex qua, cum prolixior ſit, ea ta[...] tum, quae ad rem noſtram facere videntur, [...] bimus. ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ &c. ΙΕΡΕΥΣ (b) ΤΟΥ ΠΡ[...]

Π[...]

(b) G. Wheleras, in itinerario ſuo loco τȣ π[...] πατορος legendum vult τȣ προπολεως τȣ Τυριμνȣ [...] e. Tyrimni, qui in ingreſſu Portæ colebatur, [...] & aliam adducit ἐπιγραφην, in qua diſerte ita le[...] tur. T. d. H.

ΑΤΟΡΟΣ ΘΕΟΥ ΤΥΡΥΜΝΟΥ ΟΙ ΒΑΦΕΙΣ in hac
ſcriptione ego cum Sponio per *βαφεὶς* nihil
iud, quam purpurarios intelligo, ſoli enim pur-
uræ tinctores celebres & incliti erant, & in ea
ræſertim regione & urbe magna exercebatur pur-
uræ mercatura, ob frequentes, quæ circa to-
ım mare Aeolicum extabant officinas purpura-
as, nec memini, ulla in regione gregarios tin-
tores aliquod ſui monumentum reliquiſſe, ſed
i ob purpuræ raritatem & caritatem, inter ho-
ıines inſignes & divites memorabantur, priſco
nim tempore idem argenti & purpuræ pretium
rat. Athen. Deipnos. Lib. XII. p. 526. Θεο-
ομπος δ᾽ εν πενδεκαιδεκάτῳ ἱςοριῶν, χιλίȣς φησὶν,
νδρας ἀυτῶν ἀλȣργεῖς φέροντας ςολὰς, ἀςοπολεῖν, ὅδεν
κὶ βασιλεῦσι σπάνιον τότ᾽ ἦν δὲ περισπȣδαςον, ἰςοςάσιος
ὰρ ἦν ἡ πορφύρα, πρὸς ἀργύριον ἐξεταζομένη. *Theo-
ɔmpus, Libro decimo quinto hiſtoriarum ſcribit
us oppidi* (de Colophone loquitur) *mille cives
ıtra mœnia obambulaſſe indutos purpurea ſtola,
uod indumentum eo tempore rarum fuit, etiam
pud reges, & æſtimationis maximæ, ac tanquam
ıclytum ſummopere affectatum; par namque pur-
uræ argenti pondus rependebatur.* Videmus er-
o ex his quare hocce tinctorum collegium no-
ıine communi bonæ fortunæ hoc inſigne mo-
umentum poſuerit, fortunam enim Deam non
ıinus in arte, quam Mercatura collegii ſui ha-
ebant Præſidem, notum eſt etiam variis vitæ
eneribus fortunam apud veteres praefuiſſe. Com-
ıunis etiam Collegiis mos erat, publica monu-
ıenta totius Collegii nomine dedicandi, ut e-
empla plurima Reineſius, Gruterus, Sponius,
liique paſſim exhibent.

IV. Conjicio etiam ex his Lydiam mulierem
uiſſe divitem, quæ vero ſpreto mundi commo-
do,

do, Christianorum sese aggregavit cœtui, atqu relicta miserrima conterraneorum superstitione ad viventis Dei sese recepit Ecclesiam. Sed por ro observandum contra quosdam commentato res, diversos fuisse purpurarios, à purpuræ mer catoribus, & βαφεὺς Latinis recepta voce dicitu Purpurarius. Gruter. p. DCXLIX, 9.

VIVONT
A. SEMPRONIO
GALLÆCI. L. LÆTO
PURPURARIO
ET. SEMPRONIÆ. MODESTÆ.
UXORI.

Apertum vero est Latinorum purpurarios nome suum ex Græcis πορφυρεῦσι tum accepisse, hin hæ voces eandem etiam retinent significationem est vero purpurarius is, qui officinam tingend purpuræ habet, ut videmus ex Luciano. Παραδὲ ἑαυτὸν, τοῖς πορφυρεῦσι συγκατατεδεῦτο *Locans ope ram suam purpurariis, cum iis urinabatur.* Arten autem tingendæ purpuræ Lydia non exercebat (c) sed negotiabatur ad mercaturam jam parat purpurâ, & exinde lucrum faciens. Videmus er go quod non opus sit de purpuræ apud Lydos us & officinis extra Thyatiram passim extantibus ex currere, imo hæc omnia a modernis Philologis jan sunt occupata, amplus enim illa de re & ut solet eruditus Cl. Salmasius est in Exercit. Plin. p. m 193. 806. 817. &c. imo Plinius ipse Lib. IX. cap 36.

V. Sed sicco pede prætereunda mihi non viden tu

(c) At vide quae in hanc rem citato loco adduxi Frater meus,

tur verba Lucæ σεβομένῃ τὸν Θεὸν, quæ verba contradiſtincte ad Lydiæ conterraneos, omnium Aſiæ incolarum ſuperſtitioſiſſimos, mihi intelligenda videntur; Thyatirenſes tales fuiſſe, ſatis evincunt veterum teſtimonia, & id maxime probat hæc quam attulimus inſcriptio, quæ Bonæ Fortunæ, & Dei Tyrimni præ ſe nomen fert; Quæ Dea Fortuna fuerit, nolo diſcutere, nota eſt ea ſæpiusque apud Antiquarios & Mythologos paſſim occurrit, ſed quis Deus TYRIMNUS, à nemine, quod ſciam, hactenus enodatum. Is originem non Latinis, non Græcis, ſed Judæis debere videtur; Tyrimnus vero mihi nihil aliud eſt, quam עם טיר ſive טיר עם *cum arce ipſa* h. e. Deus ſive Præſes arcis, vel propugnator arcis, & nulla latet difficultas ad vocem ex Hebraismo ad Græcismum transferendam; oportet enim ſola accedat & Græcis uſitata paragoge, adjectione ſyllabæ finalis os, ſicque integer proſtabit Τύρυμνος. Tales Deos tutelares arcium in finibus præſertim regnorum multos habebant, tale numen fuit Deus Penninus, ex Hebr. פן dictus, nec non Deus Falacris, de quo Turnebus adverſar. Lib. VI. cap. 5. Fuitque nil aliud, quam Deus tutelaris, promontorii ſatis famoſi Siciliani, quod in Turnebo obſervandum. Tale numen tutelare arcis apud Thyatirenſes fuit Deus Tyrimnus, quod magis confirmatur ex verbis Cl. van *Dale* in diſſertationibus ad marmora antiqua p. 306. ubi hæc: *Stetit autem teſtante Smithio hoc monumentum Dei Tyrimni ab ingreſſu portarum ad arcem, hinc puto eum eundem eſſe, qui fuit* Ἑρμῆς ςρόφαιος vel προπυλαίος, quam vero ſententiam, ut ſatis incertam examinare nolo.

VI. De reliquis vero Thyatirorum σεβασμάσι

(d)

(d) erudita differit Holftenius in notis ad Step Byzant. p. 139. *De Thyatirorum urbe multa rep ri in nummis, & primo quidem apud Golziun in Neronis nummo* ΘΥΑΤΕΙΡΩΝ. *Triftanus qu que Commodi affert nummum, Tom. I. p.* 74 *in quo fub Vulcano arma fabricante, adftante Pa lade* ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. *Deinde in Gazophylac Sereniffimi magni ducis, in quo etiam circum guram recubantem, quæ arborem dextra tenet, ante pedes habet bovem* ΕΠΙ ΣΤΡ. ΜΑΡΚΟΥ. ΑΥΡ ΒΑΡΒΑΡ. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. *In ejusdem averfa pa te legitur* ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. *Apud Francif. G thofredum vidi nummum, in cujus una parte cir Romam fedentem, cum victoriola, in altera capu muliebre* ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. *in alio apud eunde Gothofredum, circum caput Jovis Capitolini* ΘΥΑ ΤΕΙΡΗΝΩΝ, *in ejusdem averfo latere circum capu ferpent*

(d) Inter alia Dianæ, uti per omnem Afiam, i & apud Thyatirenos erat frequens cultus. Patet h ex infcriptionibus, quas in hoc loco fe reperif teftatur Thomas Smithus in feptem eccl. Afiæ not tia p. 126. ΑΡΤΕΜΙΔΙ --- ΟΡΕΙΤ ut & alia qua & in G. Wheleri itinerario legitur p. 218. in qua me morant τὴν Ουλπιαν Μαρκελλαν ΤΗΝ ΙΕΡΕΑΝ ΤΗ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, ἐπιτελεσασαν τα της Θεꙋ μυστηρια κα τας θυσιας λαμπρως καὶ πολυδαναπως. Id pariter e eorum nummis conftat, in quorum uno apud Pa tinum im Imp. Rom. aen. Num. p. 334. cernitu Diana venatrix, & alio apud Harduinum in Numm ant. urb. p. 70. & Holftenium ex Thefauro Medi ceo Dianae caput cum epigraphe ΔΟΡΕΙΣΗΝΗ ve ΒΟΡΕΙΣΗΝΗ. Apud eundem Harduinum Apolli nem, Minervam, Vulcanum in horum Numifma tibus paffim offendes, *Aefculapii quondam templo fa mofam* fuiffe Thyatiram teftatur D. Hieronymu T. d. H.

rpentis spiris involutum ΕΠΙΜΟΣΧΙΑΝΟΥ. ΘΥΑΤ. c. Ex his jam manifestum fiet Nomen Lydiæ oprium fuisse, cum facilius sub nomine proprio, uam gentilitio apud Philippenses innotescere poerit. Sicque etiam explanatum erit, quæ Lydia ierit, quare Epitheton de mercatura purpuræ djectum sit; Et cur tandem mulier hæc præ aliis ontradistincte σεβομένη τὸν Θεὸν apud scriptorem acrum laudata fuerit. Hæc vero dicta ad hunc ocum sufficiant, cum reliqua omnia à Viris Claissimis occupata sint.

II.

O. GEORGII MICHAELIS

Dissertatio

de

Precibus Cornelii in memoriam Dei adscendentibus, ad illustrationem loci Act. X. 4.

SUMMMARIUM.

. 1. Ipsa scripturæ verba a Spiritu S. profecta esse, quæ magnitudini rerum accurate respondeant. §. 2. Non respici hic ad suffitum sacrum Ebræis אזכרה ab Alexandrinis μνημοσυνον dictum §. 3. Sed phrasin petitam esse ex antiquæ Synagogæ usu. §. 4. Memoriam sensu proprio Deo adscribi non posse §. 5. quid Deo attributa ex usu Scripturæ significet? §. 6. Hoc in loco intelligendam esse impletionem promissionum divinarum gentilibus factarum, idque per Christum Jesum, qui memoria Dei dici potest.

§. 1.

§. I.

EA eſt ſacrarum litterarum divinitas, ut nc
ſolum res verbis ſignificatæ, verum etiam v
ces ac verborum nexus & συναφεια Spiritum S. a
ctorem referant evidentiſſime. Cum enim in i
lis manifeſtata ſit σοφια Θεȣ ἐν μυϛηριω, ἡ ἀποκρυ
μενη 1. Cor. II. rationi humanæ minus pervia, e
dictiones ac loquendi modos viri divini ſelegit
ſunt cenſendi, qui ſignificantiſſimi ac menti Sp
ritus S. exprimendæ aptiſſimi videbantur. Qua
improbamus maxime audaculorum Criticoru
ſtudium, qui eodem fere, quo in profanos auct
res, ſenſu adfecti, quæ perperam ſibi poſita vide
tur, auſu temerario delent, interpungunt, tran
ponunt, ac maximo proh dolor! rei Chriſtiar
detrimento, talem ex ſcripturis ſenſum elice
ſatagunt, quem animo ſuo dudum præceperar
Bene ſe habet, quod *Hierocles*, præclarum int
Pythagoræos nomen, ſapienter admonet? φιλολ
γιαν ἀσκησομεν μετα κρισεως της ἀριϛης, ἵνα ἡ, μ
φιλια ἕλκη το γενος των λογων, ἡ δε κρισις ἀπωθητ
τον χειρονα. Sed vero ſcripturæ ſacræ caſte adm
dum ac reverenter ſunt tractandæ, ut compoſi
in Deum pietate, precibus ad ipſum, ſapient
omnis fontem, directis, beneficio linguarun
aliarumque diſciplinarum, quæ ſapientiæ cæle
uſui eſſe poſſunt, ex iis quæ circumſtant, ac pa
ſim per codicem ſacrum ſunt diſperſa, ea eru
mus, quæ vel ad noſtri ſalutem, vel commune
eccleſiæ utilitatem ac cognitionis ſalutaris incr
mentum facere poſſunt. Illud quoque obſe
vaſſe juvat, quotienscunque Deus res novas
eccleſia eſt molitus, talibus operibus ſe illuſtre
præbuit, eaque dicendi forma ac majeſtate res ii

regi

tegra fuit deſcripta, ut cæleſtis ſapientiæ ſtudioſi ıd contemplationem & circumſpectam conſide- ationem vel inviti rapiantur. Quorſum haut in- uria referri poſſunt verba ad Cornelium ab ange- o enuntiata: αἱ προσευχαὶ σου, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνεβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον του Θεου Act. X. 4. Quæ, & quod ad συναφειαν ſuam & ſenſum ver- is intentum defixam & attentam conſiderationem nerentur, cui has pagellas in præſentia deſtina- imus.

II. *Hugo Grotius*, vir non minus doctrina, uam dignitate illuſtris, ex ſimilitudine phraſeos xiſtimat, adludi ad ſuffitum, qui Lev. II. 2. אזכרה dicitur, quæ vox ab interpretibus Alexan- rinis μνημοσυνον vertitur. Suffitum autem eſſe ymbolum precum Apoc. V. 8. VIII. 3. Quod pſum etiam olim Cel. Heidelbergenſium Theo- ogus *Paulus Toſſanus* obſervavit, qui generatim uidem ad ſacrificia V. T. ſpeciatim vero ad uffitus adolendos reſpici judicat. Quam in rem itat Lev. II. 2. Pſ. CXLI. 2. Certum quidem t, hanc in antiqua eccleſia Judaica viguiſſe ſen- entiam, ſuffitum precum eſſe Symbolum quod x Pſ. CXLI. 2. Mal. I. 11. colligere licet. Hoc tiam extra omnem dubitationis aleam eſt poſi- ım, voce אזכרה ſuffitum deſignare, cum vel ſa radix זכר ad hunc ipſum denotandum adhi- eatur. Sic etiam Jeſ. LXVI. 3. 7. מזכיר לבנה מברך א *qui thus adolet, benedicit nihilo* i. e. diis ctitiis. Rationem hujus rei dat *Aben Eſra* שיהיה לו לזכרון לפני השם בעבור מנחו *quia fuit εἰς μνη- μοσυνον coram Deo ratione ſacrificii ſui.* Sacrificio ıgi & matutino & veſpertino ſuffitus addebatur, ui ex odoramentis ſuave olentibus adparatus in ltari interiore, prope adytum conſtituto, igne x altari holocauſtorum deſumto, accenſus, fu-

mo ſuo thronum gratiæ obtegebat ac odorem gra-
tum quaquaverſum ſpargebat.

III. Quæ licet certiſſimæ ac conteſtatae omni-
no ſint veritatis, dubitaverim tamen maxime, ar
hac ϛησει Lucæ ad illa Lev. II. 2. verba digitu
intendatur; non enim ita ſunt concepta: μνημο-
συνον των πϱοσευχων σȣ, και των ἐλεημοσυνων σȣ ἀνεβ
ἐνωπιον τȣ Θεȣ. Quæ verborum junctura neceſ-
ſario heic loci obtinere debet, ſi illa Grotii alio-
rumque interpretum ſententia firma ſtat talo. U
igitur, quod ſentio, breviter ac ſuccincte propo-
nam, animo ſedet opinio. Quod ad *rem* phraſ
ſignificatam ſpectat ad ſuffitus ſacros optime ad-
ludi; ſed vero, quod ad *phraſin* attinet, arbitror
eam ex antiquæ Synagogæ uſu ad ſcholam Chri-
ſti & apoſtolorum transiiſſe. Sic Pontifex M
precibus, quas in Sancto Sanctorum, quod dicitur
die expiationis ſolemni fundebat, hæc verba ſubjun
xit: ולא תכנס לפניך תפילת עוברי דרכים *ne*
ingrediatur in conſpectum tuum oratio eorum, qu
iter faciunt; quorum interpretationem vide f
apud doctiſſ. *Fagium* ad Lev. XVI. 17. Hoc au
tem dicendi genus antiquæ eccleſiæ Judaicæ do-
ctoribus haut inſuetum fuiſſe, ex Chaldæorum
interpretationibus lucidius adparet. Sic enim ver
ba Moſis Gen. XXX. 22. זכור אלהים את רחל
וישמע אליה אלהים *Onkeloſus* convertit ל
דוכלנא דרחל קדם יי וקבל צלותא וי & *ingreſſ*
eſt memoria Rachelis coram Deo & auribus acc
pit preces illius. Ad eundem modum *Jonatha*
verba Zeph. II: 7. reddidit, יי יעול דכרנהון קדם
אלההון יי *nam memoria illorum ingreſſa eſt cora*
Domino Deo illorum. Quare etiam Syrus eode
fere modo verba Lucæ reddidit: סלקי יתך
לדוכרנא קדם אלהא poſita ſolum loco ver
על, quod in Pehal *intrare*, vel *ingredi* Syris ſi
n

ıificat, voce סלק, quæ apud Chaldæos & Sy- os proprie *adſcendendi* ſignificationem habet. Sed n eo nihil eſt difficultatis, *adſcendunt* preces ideo, ıt ad Deum *ingrediantur.* Similes locutiones ıpud interpretes Alexandrinos paſſim recurrere ːrudit. *Priceus* demonſtratum dedit.

IV. Hæc de phraſi ipſa dicta ſufficiant. Rem juod ſpectat, phraſi ſignificatam, obſervo, non ›oſſe proprie dici, quidquam venire in memo- ːiam Dei; eo quod memoria, ſive illa ſit mere ›*orporea*, ſive *ſpiritualis*, res, quæ quondam ſen- ibus aut animo noſtro fuerunt obverſatæ, com- ınoda occaſione data, ſe nobis rurſus ſiſtit. Quo- ıiam vero res omnes, quæ usquam ſunt, fue- unt, vel etiam futuræ ſunt, intellectui divino unt præſentes, quas una eademque individua ogitatione accuratiſſime perfectiſſimeque co- noſcit ac profundiſſime ſcrutatur, oportet hoc ivinis perfectionibus convenienter explicemus. Nam quod cogitationes noſtræ fluxæ, noſtra- umque perceptionum nullus neceſſarius nexus, quinimo propter varietatem rerum, quæ ſenſibus ıoſtris ſe objiciunt, ad res alias atque alias con- iderandas adlicimur; ſaepenumero accidit, ut cogitationes priores dilabantur. Quae nec prius edeunt, niſi vel per res externas, vel etiam in- imam mentis conſcientiam denuo excitentur. Quod omne cum de Deo, qui eſt אל דעות, mi- ıus cogitari poſſit, eidem memoria proprie dicta ıequaquam tribui poteſt.

V. Quam ob rem vox זכר, quotiescumque de Deo adhibetur ſignificatur per (*a*) *continuationem gratiæ divinæ*, quae nullo umquam tempore inter- cedit, quo ſenſu occurrit Jeſ. XLIX. 15. 16. Mal. III. 16. Pſ. CV. 8. CIX. 14. qua ratio- ıe cum memoria, quae rebus creatis propria eſt,

 opti-

optime convenit; quippe enim ea res praesente solum spectat. Quare divinus Psaltes in rem nostram egregie admodum canit זָכַר לְעוֹלָם בְּרִיתוֹ דָּבָר צִוָּה וגו Ps. CV. 8. (β) Dicitur Deus alicujus re *recordari*, quotiescunque *promissa* ecclesiae dat certo temporum articulo adstricta, *repraesentat* quod liquet ex Ps. CV: 42. CVI. 45. CXXXII 1. CXXXVI. 32. Jer. XXXI. 20. Ezech. XV 60. Namque rei alicujus recordari dicimur, quando per vestigia cerebro impressa spiritus animales quorum vestigia in cerebri medulla remanserun recurrunt, easdemque nobis res praesentes sistun vel etiam illae res, quas intellectus mere spir tualis percipit, occasione data se intellectui offe runt. Eadem, inquam, ratione dici potest, re venire in memoriam Dei, quando revoluta an norum serie, intra quos pro rationibus sapientia suae promissa implere decrevit, ea, quae clemen tissime promisit, liberaliter praestat atque exh bet; eo quod quamdiu veritatem verbis suis no praestat, promissiones memoria Dei excidisse v dentur. (γ) Quando *judicia* sua, quibus se pe catores scelerum suorum caussa obstrinxerun *exsequitur* Ps. CIX. 14 CXXXVII. 7. Ho VIII. 13. IX. 9. Apoc. XVI. 19. XVIII. Nam quousque Deus commeritas pœnas, qu comminatus est, pro rationibus justitiæ suae no exsequitur, videtur, ac si suae negligens justitia oblitus esset gravissimorum criminum, quibus peccatores a longo inde tempore obstrinxeran

VI. Venerunt igitur preces atque eleemosyn Cornelii in memoriam Dei, quando Spiritus qui est spiritus gratiae atque precum Zach. XI 10. jamjam effundendus super omnem carne Joël III. 1. per pias hasce preces ac sancta s spiria Deum promissi sui, de gentibus ad con

mı

munionem ipsius adducendis, admonuit, oblato potissimum sacrificio Christi pro peccatis totius mundi, sed id omne non est, quod in hac phrasi mihi videre videor, observo praeterea, *memoriam* Dei haut injuria illum dici posse, in cujus medio est nomen Jehova Ex. XXIII. 21. quod est *memoriale* μνημοσυνον Dei Hos. XII. 6. quod nomen Secundæ sacrosanctæ Triados hypostasi, Dei filio, sensu ἐμφατικωτερω competit, qui nomen omne patris sui hominibus notificat Jo. XVII. 5. in quo gratiosa Dei promissa facta sunt ναι καὶ ἀμην 2. Cor. I. 20. per ipsum quippe facta est gratia & veritas Jo. I. 17. Adscenderunt proinde preces Cornelii in memoriam Dei, quando Spiritus, qui preces has atque suspiria excitavit, patrem in filio promissi sui, de adducendis iis, qui quondam alienati erant, per hominem gentilem admonuit. Quando igitur filius, quem pater λαστηριον in sanguine suo nobis proposuit, preces Cornelii patri suo stitit, ab eodemque vi pacti cum ipso προ καταβολης τȢ κοσμȢ initi hæreditatem mundi atque gentium jure suo expetiit, dici possunt, preces Cornelii atque eleemosynas in memoriam Dei esse ingressas.

VI.

IO. HENR. SCHRAMMII, ET *THEODORI HASAEI*

De *Parabola* Christi, de OPERARIIS IN VINEA, quæ legitur Matth. XX. 1-16.

Cogitationes.

ARGUMENTUM.

I. *Schrammii* de hac parabola dissertatio §. 1. Illius summa per partes exhibetur §. 2, 3, 4. Nova

proponitur parabolae explicatio. §. 5. Quid *reg num coelorum*, Οικοδεσποτης, Επιτροπος, Εργατι §. 6. Hi sunt membra ecclesiae neque. imped quod illi aliàs *vites* appellantur. §. 7. Quid *Co ductio*, *mane*, *dies*. §. 8. Diversae vocationes Primo *Judaeorum*, qui Christi Εταιροι Matth XXVI. 50. XXII. 12. Ps. XLV. 8. Cant. I. 7. 9. Deinde *gentilium*, qui dicuntur Ἄλλοι, idqu hora *tertia*, *sexta*, *nona*, §. 10. Et *undecima* quae fiet ultimis temporibus §. 11. Quid *vesper nox*? παλιγγενεσια, §. 12. Quid sit *denarius* siv *merces*. Est illa duplex κατ' ὀφειλημα, & κατα χα ριν. Ex coll. Rom. IV. 4, 5. huic loco lux accen ditur. *Primum* vocatis data est merces ex oper bus, reliquis ex gratia. Δικαιον non tam nota quod stricto jure aequum est, quam quod ex gra tia & benevolentia datur. §. 13, 14. Colloquiu quod cum ἐργαταις habebitur, explicatur. §. 1 Loca Rom. IX. 20, 21. XI. 5, 6. conferuntur. 16. Convenit scopo Christi, qui latet Matth XIX. 30. & XX. 16. §. 17. Confertur parabo Lucae XIII. 25-31. §. 18. Convenit deniqu cum c. XX. 17. §. 19.

§. 1.

INclutae MARBURGO insigne nuper incre mentum ac decus accessit, posteaquam hac ae state Vir celeberrimus Joh. Henricus SCHRAM MIUS sibi persuaderi passus est ut almam Na soviorum Scholam, HERBORNAM, in qu Theologiam hactenus insigni cum fructu docui cum hujus urbis Academia commutaret. Pr mitias laborum suorum dedit edita Kal. Semten bribus dissertatione, qua *parabola* de *operariis i vinea* Matth. XX. 1-16. explanatur. In ea a aliorum doctissimorum Virorum sententiis disce den

dens novam ſibi ingrediundam eſſe viam exiſtimavit, talemque adferendam expoſitionem, cui exacte ſine ulla coactione cum toto ejus argumento, cum phraſibus adhibitis, cum ſcopo inſtitutionis Chriſti, conveniret. Talem autem dari exiſtimat, quando de *Vocatione Miniſtrorum Evangelii ad opus Domini in eccleſia N. T.* hæc parabola intelligatur.

II. Id ut oſtendat per *regnum coelorum* intelligit eccleſiam N. T. quae ſæpe venit ſub emblemate *Vineae.* Ejus *dominum* proprietarium ſive Οἰκοδεσπότην eſſe Deum Patrem, ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ Jeſum Chriſtum, ἘΡΓΑΤΑΣ ſive *operarios* in hac vinea laborantes eccleſiae Doctores & miniſtros, illos dici ΜΙΣΘΩΣΑΣΘΑΙ, quando ad opus domini faciendum rite vocantur & conſtituuntur, ſtatuit. Eum in finem Deum dici EGRESSUM, qua phraſi provida ejus pro eccleſiae incremento denotetur cura; idque in Die, quæ ſymbolum eſt temporis N. Teſtamenti; Ut autem dies in *horas*, tempusque *matutinum*, *meridianum* & *veſperam* diſpeſcitur, ita his phraſibus denotari certas N. T. periodos, quas Deus in conducendis Miniſtris ſuis obſervavit. MANE eſſe primam N. T. periodum, quae a Johannis B. & Chriſti praeconio ſit inchoanda; HORAS reliquas, oeconomiae N. T. breviores periodos hoc MANE inſecutas, & ſic horam TERTIAM eſſe periodum à temporibus Conſtantini M. SEXTAM, tempus Waldenſium, NONAM *Wicleſi*, UNDECIMAM tempus Reformationis per Lutherum & Calvinum promotae, & ita VESPERAM, ultimum ejus oeconomiae articulum; συντέλειαν τοῦ αἰῶνος, exiſtimat.

III. Cum

III. Cum autem dicantur nonnulli conducti in FORO, OTIOSI, forum esse figuram putat cum *gentilismi*, tum *Antichristianismi*; in eo multos *otiosos* esse homines, nugigerulos, ad dignitates ecclesiasticas aspirantes. Illis polliceri mercedem, DENARIUM, i. e. operariorum *stipendium*, quod non tam *vitam* æternam, vel N. T. *bona*, multo minus lauta *salaria*, intelligendum putat, sed *honorem* & *gaudium*, cum Servatore novissimo tempore participandum, quale promittitur Dan. XII. 3. Es. XXIV. 23. Apoc. IV. 4. Per MURMURANTES porro indicari falsos doctores, *invidia*, *superbia Pharisaica*, & *avaritia* æstuantes, & merita suorum *prædecessorum*, quos *primo* esse vocatos clamant, jactitantes. Atque ita Christum indicare, fore, tales circa N. T. vesperam, suum habituros *caput* & *advocatum*, per quem, quia Deus eum vocat per σαρκασμον ΕΤΑΙΡΟΝ commode intelligi possit ille qui & aliàs hoc titulo compellatur Matth. XXII. 12. quique se jactat Christi *collegam* & *vicarium*, atque subordinatos sibi Doctores habet, qui JESU haberi volunt SOCII. Illi convenire OCULUM MALUM, i. e. *invidum*, *avarum*, *superbum*.

IV. Horum quidem murmurantium *primos* decessores Episcopos, rite in vineam vocatos, qui opus, antequam ἀποστασια orta esset, fideliter præstitere, recepturos *denarium* suum, non autem, qui sequioribus vixere temporibus, illos enim *laturos*, quod *suum est*, dignam videlicet sua murmuratione mercedem, & Domini *indignationem*, quae phrasi indicetur, qua jubentur ὑπαγειν, *abire*. Atque haec omnia ut eleganter atque concinno, ut solet, ordine celeberrimus Auctor proponit, ita haec pariter & cum scopo

Christi

'hristi convenire, suoque ad unguem imple-
nento gaudere, luculenter conatur ostendere.

V. Haec cum summa animi mei voluptate cum
egi, gavisus sum impense, quando deprehendi
Virum mihi longe amicissimum, quem inter
aud infima Ordinis Theologorum, qui hac
empestate vivunt, decora numerare soleo, in
as circa hanc parabolam cogitationes incidisse,
uae maximam partem haud alienae sunt ab iis,
uas jam pridem de ea tacitus animo volvi; ta-
netsi id quoque fateor, non deesse mihi ratio-
es, propter quas in nonnullis, præsertim quae
pectant, *primum* vocatos, *mercedemque* distri-
utam, &c. puto mihi ab ejus sententia paulu-
um abeundum esse. Liceat mihi bona cum ejus
enia, meditationes meas hac occasione brevi-
er, & velut ἐν ἐπιτομῇ, resectis iis, quae ad sen-
um literalem illuminandum facere possunt, aut
uae jam ab aliis praestantissimis Viris obser-
ata sunt, heic loci exhibere; eas, cum ejus
um aliorum ei similium, hoc est, harum re-
um prudentissimorum judicio excutiendas per-
nissurus.

VI. Puto itaque heic describi *Vocationem ad
ommunionem regni Christi externam factam di-
versis temporibus circa diversas gentes, Judaeos
praesertim & gentiles, cum indicio diversae mer-
cedis, qua mactabuntur utrique.* *Regnum cœlo-
rum*, ut semper, ita heic quoque Oeconomiam
designat N. Fœderis cum exclusione veteris. *Do-
minus* vineæ est prima Deitatis persona. Ἐπιτρο-
πος ejus filius, D. N. J. C. utpote qui toties Dei
vocatur servus, cuique administrationem eccle-
siæ Pater tradidit, cujusque erit in *vespera* N.
T. i. e. die ultimo Judicii unicuique mercedem
suam distribuere, quia *illi omne judicium tradidit*

Pater Joh. V. 22. 27. tamquam *Viro*, ἐν ᾧ ὥρι κρίνειν τὴν οἰκȣμένην ἐν ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ, Act. XVI 31. VINEA est ecclesia, sed externa. Per O PERARIOS autem intelligo non tam ecclesia Doctores, quam ejus membra Ερχατας dictos quorum est μετα φοϐȣ καὶ τρομȣ την ἑαυτων σωτηριαν ΚΑΤΕΡΓΑΖΕΙΝ Phil. II. 3. quos oportet πλετειν ἐν ΕΡΓΟΙΣ καλοις και ἀγαθοΕΡΓΕΙΝ 1. Tim VI. 18. & esse ἘΡΓΑΖΟΜΕΝΟΥΣ τὸ ἀγαθον Rom II. 10. καὶ ἑδραιȣς ἀμετακινητȣς, περισσεύοντες ἐν τῷ ΕΡΓΩ τȣ Κυριȣ εἰδοτας ὁτι ὁ ΚΟΠΟΣ ἑαυτων ȣκ ἐςι κενος ἐν κυριῳ 1. Cor. XV. 58. καὶ προς ΠΑΝ ἘΡΓΟΝ ἀγαθον ἐξηρτισμενȣς 2. Tim. III. 17. quorum est το ΕΡΓΟΝ της πιςεως, και ὁ ΚΟΠΟΣ της ἀγαπης καὶ ἡ ὑπομονη της ἐλπιδος 1. Thess. I. 3. quorum celebrantur καὶ τα ΕΡΓΑ, καὶ ὁ ΚΟΠΟΣ, και ἡ ὑπομονη Apoc. II. 3. *quorumque* ΕΡΓΑ *illos olim sequentur* Apoc. XIV. 13. Confer Joh. VI. 27. 29 Ebr. XI. 33.

VII. Video quidem minus hanc explicationem arrisisse Cl. Schrammio. *Quomodo enim*, inquit *fideles circa quos operantur ecclesiæ ministri, in hac vinea concipi possunt, ut OPERARII, quum emblemate VITIUM illos pingi certum sit? Quis ferret hunc sensum, patrem familias conduxisse eos, qui mystice sunt* vites, *ut laborarent in vinea?* At vero ego ajo, id fieri posse sensu facili, commodissimoque. Omnium enim minime ignorare potest Vir in hoc studiorum genere, si quisquam alius, exercitatus, nihil esse vulgarius sermonibus divinis, & maxime propheticis, quam ut eadem res & persona sub Symbolis, quæ ad idem quidem spectant emblematum genus, diversis tamen sub relationibus proponantur. Sufficit in his saltem, si id non fiat in eodem orationis contextu. Ita Christum scimus

si

ſub *altaris*, & ſub *ſacrificii*, & ſub *ſacerdotis* venire nomine. Idem & *ovis*, & *agnus*, & ovium *paſtor*, & janua *ovilis* appellatur, & fideles aliis & aliis in locis & *templo*, & *ſacerdotibus*, & *templi vaſis*, & *ſacrificiis* comparantur. Et ne longius à re, quam nunc tractamus, abeam, anne idem Deus Pater, qui hic eſt vineæ Dominus, alibi ut ejus *vinitor*, *atque operarius* occurrit Joh. XV. 1. anne idem Chriſtus, qui alibi ſub emblemate venit *Domini vineæ*, Jeſ. V. 1. hic occurrit ſub ſymbolo ἐπιτροπȣ in *vinea*, & anne ſimul idem ſe ipſum *vitem* appellavit? Joh. XV. 1. Quid igitur obſtat, quo minus eccleſiæ, quae *vinea* toties vocatur, membra alibi *palmites* Joh. XV. 1. ob neceſſariam eorum cum Chriſto vera vite unionem, alibi *vites*, ob fructus, quos ferre debent Deo hominique gratos, in hoc autem loco *operarii in vinea* appellentur, ob ἔργον illud, της πιςεως και ἁγιωσυνης, καὶ ἀγάπης cui impigre eos vacare oportet?

VIII. Illi *conducuntur*, i. e. invitantur externo praeconio Evangelii, propoſita conditione certæ mercedis in gremium eccleſiae, idque tum à Deo ipſo, tum opera Miniſtrorum Legatorumque ejus. Idque factum eſt in DIE, i. e. tempore N. T. in oppoſitione veteris, quod ſub emblemate *noctis* proponitur. Ut autem ſuis horis diſtinguitur dies, ita ſuis periodis N. T. œconomia. At Primum mane, Αμα πρωι i. eſt *cum primum albeſcere cœlum Incipit*, & *fuſcis nox humida transfugit alis* (tum enim ſolebant inter Judaeos non ſolum, ſed & gentes alias mercede conducti vinitores vineas excultum commeare) eſt tempus, ex quo Johannes B. & Chriſtus in mundum venere, & Sol Juſtitiæ ortus, Mal. IV. 2. & ἀνατολη ἐξ ὑψȣς ἐπεσκεψατο

ἡμας

ἡμᾶς, Luc. I. 78. & in mundum venit τὸ φῶς τ. ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον Joh. I. 9. & νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἩΜΕΡΑ ἤγγικεν Rom XIII. 12.

IX. Primo itaque illo diluculo vocati sunt in vineam JUDAEI, quibus primum Evangelium praedicandum fuit, relictis reliquis populis, ex mandato Servatoris Matth. X. 5, 6. quod & impletum Act. III. 26. coll. Rom. I. 16. 1. Cor. I. 23, 24. Illi erant qui tot suis prærogativis superbientes, præ aliis mundi gentibus primatum sibi, ac primum veluti locum affectabant. Quibus illud Terentianum jure applices: *Est genus quoddam hominum qui omnium rerum se primos esse volunt, nec sunt.* Illos deinde Christus vocat Ἑταίρους, vs. 13. Quod idem nomen est, quod Christus eorum antesignano & typo illustri, (a) JUDÆ dedit Matth. XXVI. 50. Et, quod deinde impertivit illi ἀνθρώπῳ μὴ ἔχοντι ἔνδυμα γάμου Matth. XXII. 12. per quem & Judæorum primores, propria justitia inflatos, neque Christi ornatos justitiæ veste, intelligendos tota docet parabolae συνάφεια, occasio, scopus atque ἀπόδοσις. Qui ejus erant *socii*, ob ejusdem non solum naturæ, sed & generis communionem, quos Judæi vocare solebant חברים, μετόχους, φίλους, κοινωνοὺς, ΕΤΑΙΡΟΥΣ, quorum σαρκὸς καὶ αἵματος μετέσχε Christus; qua phrasi ad Ebræos scribens uti-

(a) Apud Judæos Doctores jam promoti, sed gradu minore vel auctoritate vel ætate dicebantur חברים v. gr. quamdiu vivebat alicujus promotor, non ille promotus Rabbi vocabatur, sed חבר, i. e. socius promotoris sui, ut in Academiis Anglicanis dicuntur *Fellows*. i. e. socii. Et inde fortassis allocutionem hanc suam mutuatus est Servator. T. d. H.

ititur Apoſtolus. Præ quibus Meſſiæ inſignis tri-
buitur præcellentia Pſ. XLV. 8. qui ex celeber-
rimorum Interpretum ſententia ejus dicuntur *ſo-
cii* Cant. I. 7. inter quos fruſtra quærebatur. Illi
quoque in vinea laborarunt, i. e. externo eccle-
ſiæ coetui fuere aggregati, & in externorum ob-
ſervatione multum poſuere operæ ac laboris.
Hi denique ſunt, qui invidia & livore erga alias
gentes perciti illorum felicitatem non oculis bo-
nis adſpicient, ſed eos ſibi prælatos & mirabun-
tur & indignabuntur.

X. Ab his autem ἌΛΛΟΙ i. e. plane moribus,
religione, gente diſtincti erant GENTILES,
ἀλλότριοι dicti Eph. II. 12. quibus poſtquam Ju-
daei renuerant obedire Evangelio, praedicatum
illud eſt, idque *tertia hora*, hoc eſt illa periodo,
cujus initium collocandum eſt juxta id tempus,
quod deſcribitur Act. X. & XIII. 46, 47, 48, 49.
Illi Gentiles erant, ἀργοι, otioſi, rebus ſaltem
nauci & nihili occupati, atque inutiles in foro
mundi palabantur ſine Domino & duce, *Deum
neque inveſtigantes, neque quærentes, neque no-
men ejus invocantes* Eſ. LXV. 1. quibus Deus
conceſſerat πορευεσθαι ταις ὁδοις ἀυτων Act. XIV.
16. χωρις Χριϛȣ̃ ἈΠΗΛΛΟΤΡΙΩΜΕΝΟΙ της πολι-
τειας τȣ Ισραηλ, καὶ ξενοι των διαθηκων της ἐπαγγε-
λιας, ἐλπιδα μὴ ἐχοντες καὶ ἀθεοι ἐν τω κοσμῳ. Eph.
II. 12. Ab illis autem non alii dicuntur, qui in
vineam vocati narrantur Horis *ſexta* & *nona*,
qui rurſus itaque ſunt *Gentiles*, utpote quorum
inſignis acceſſio ad eccleſiam facta eſt duplici
ætate, CONSTANTINI & CAROLI, ma-
gnorum Cæſarum. Niſi forte malis invitatio-
nem, quæ facta illis horis eſt, intelligere de re-
ſtituta Evangelii prædicatione cum temporibus
WALDI, ejusque ſequacium Wiclefi & Huſſi,

(nequ

(neque enim tanto illi temporum intervallo inter se distabant, ut peculiares illis HORAE sive temporum periodi sint assignandæ,) *tum*, quando ante duas annorum centurias gloriosa illa emendatio sacrorum Deo duce & auspice Christo promota est.

XI. Restat adhuc alia invitatio, ΤΩΝ ἈΛΛΩΝ, (quam vocem nota iis, qui sexta & nona conducebantur, non addi) i. e. illorum, qui neque ad illos Judæos, neque ad Gentiles jam adductos pertinebant, quæ facta dicitur *hora undecima*, i.e. paulo ante *duodecimam*, sive *vesperam* N. T. per quam *consummationem sæculorum* intelligendum arbitror. Per hæc autem indicari puto μυστηριον illud, quod Apostolus explanat Rom. XI. 25, 26. scilicet, fore, ut olim εἰσελθῃ το πληρωμα των ἐθνων, καὶ ουτω πας Ισραηλ servetur, omniumque aliorum, qui nondum adducti erant & Judæorum & gentilium, & Mahumedanorum, in utroque orbe fiat in ecclesiam introductio.

XII. Quæ omnia ut plana sunt, plenoque fluunt alveo, ita difficilius paululum explicatu est, quid per MERCEDEM, vespertino tempore distribuendam, intelligendum sit.

Atque ita, cum iis profiteor me facere, qui per *vesperam* intelligunt, diem decretorium, & consummationis sæculorum, quem Christus superiori capite vs. 28. vocaverat την παλιγγενεσιαν, ὁταν καθιση ὁ υἱος του ἀνθρωπου ἐπι θρονου δοξης ἀυτου sive τον καιρον κριθηναι και δουναι τον ΜΙΣΘΟΝ τοις δουλοις, και τοις ἁγιοις καὶ τοις φοβουμενοις το ὀνομα σ Apoc. XI. 18. quo finis erit *diei* œconomiæ Testamenti novi, omniumque malorum, quibus afflicta fuit Christi ecclesia, qui, ut illo p post tot labores ærumnasque suavi *quiete*

quar

juam populo suo Deus paravit, æternum refo-
cillabuntur, ita tristis atque æterna NOX erit impiis.

XIII. Quod vero *denarium* adtinet, sive *mercedem*, in eo mihi ab omnium interpretum discedendum esse sententiis video. Id velim autem notari, duplicem esse mercedem, una, quæ datur illis, qui primi vocati sunt, quibusque ea, cum talis erat, qualem postulaverant, ex pacto conveniebat, quæ proinde eorum suo sensu *propria* erat merces, quae tamen deinde, cum distribuerentur præmia, illorum desideriis respondebat minus, eorumque murmura & invidiam concitabat. Altera autem datur illis, qui nihil de certa mercede constituerant, quique bene secum agi judicabant, si acciperent illud, quod Domini vineæ beneplacito aequum & acceptum videbatur. Qualis autem duplex illa merces sit, id nos edocet Apostolus Rom. IV. 4, 5. scilicet est alia fœderis operum, alia fœderis gratiæ, alia, quæ datur τῳ ̓ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΩ, (i. e. τῳ ἐργατῃ) ἡ λογιζεται κατα χαριν, ἀλλα κατ᾽ ὀφειλημα; Alia autem est, quæ datur τῳ μη ἐργαζομενῳ, πιϛευοντι δὲ ἐπι τον δικαιȣντα τον ἀσεϐη, ῳ̇ λογιζεται ἡ πιϛις αὐτȣ εἰς δικαιοσυνην. Adtendamus ad haec Apostoli verba, &, aut multum fallor, aut heic clavem reperiemus, qua mysterium sermonis Dominici reserabimus feliciter. Prima videlicet *merces*, quae à Christo juxta & Paulo vocatur eodem nomine μισθος, est ea, quam Paulus quoque primo loco appellat, quae datur τοις ̓ΕΡΓΑΤΑΙΣ, (τῳ ἐργαζομενῳ) quibus imputatur non ex gratia, sed ex debito, vi foederis operum. Poterant enim illam poscere, tanquam denarium, circa quem convenerant cum vineae Domino Matth. XX. 2, 13. quem illi poterant propterea

SUUM

SUUM (τὸ ΣΟΝ) vſ. 14. vocare, utpote quem gravi labore ſuo credebant meruiſſe. Qu autem illum acceperunt, erant *Judaei*, qui pro priis ſuis operibus ſe vitam & ſalutem poſſe ſuam acquirere exiſtimabant, quique juſtitia operum ſuorum acquieſcebant, delectabanturque unice. Alia autem merces erat, quam exſpectandam habebant alii, certo quidem ſenſu ἐργαται, utpote qui *fide*, δι᾽ ἀγάπης ἐνεργȣμένη Gal. V. 6. quæ vocatur ἔργον τȣ Θεȣ Joh. VI. 29. & ἔργον πίστεως 2 Theſſ. I. 11. ut & 1. Theſſ. I. 3. Salutis erant futuri compotes, ſed tamen, qui reſpectu reliquorum vix ita poterant dici ἐργαται, utpote qui tantum μιαν ὥραν ἐποιησαν vſ. 12. i. e. non tantum temporis laborisque τῇ σωματικῇ γυμνασιᾳ προς ὀλιγον ὠφελιμῳ impenderant. Hi, cum Domino de certa mercede non convenerant, ſed Deo ejusque promiſſionibus crediderant, iisque ſati erat, quodcunque ex liberali Domini gratia erant accepturi, (illud enim præmium, etſi detur ex benevolentia μισθος tamen vocatur Matth. V. 12 46. Luc. VI. 23. Joh. IV. 3. 6. Apoc. XI. 18. & μισθαποδοσια Ebr. XI. 26.) qui daturus erat illis ὁ ἐαν ῃ ΔΙΚΑΙΟΝ, hoc eſt, ut qui dabit μισθον κατα την χαριν, cum illis fides imputabitur εἰς ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ Rom. IV. 5, 9. quæ inde vocatur ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ χωρὶς ἐργων vſ. 6. καὶ της πιστεως vſ. 13. Notandum enim eſt, ex familiari Ebræis loquendi conſuetudine τὸ צדק illis non ſemper ſignificare, quod ſecundum exactum jus, aut ſtipulatas conditiones juſtum atque æquum eſt, ſed &, quod fit ex benevola quadam animi propenſione, ex bonitate, ex charitate, ex miſericordia, hinc idem aliquando eſt, quod חסד. Unde צדקה ſæpe notat beneficentiam, & ſæpiſſime ſumitur pro *eleemoſynis*; De quo loquendi modo

tum

tum passim alias, tum in primis vide Celeberrimum C. VITRINGAM de Synag. Vet. L. III. p. 1. c. 12. Sic quoque Δικαιος occurrit 1. Joh. I. 9. eo sensu pro misericorde, ad remittenda peccata prono, uti & *justitia* ita occurrit apud Terentium Heaut. IV, 1, 33.

- - - - Nunc hoc te obsecro,
Quanto tuus est animus natu gravior, IGNOSCENTIOR,
Ut meae stultitiae in JUSTITIA *tua sit aliquid præsidii.*

XIV. Id autem fiet ultimo judicii die, quando unicuique Deus ἀποδωσει κατα τα ἐργα ἀυτȣ, Rom. II. 6. Et tum mirabuntur, dolebuntque non sine indignatione summa miseri Judaei, qui omnium primi ad externam ecclesiæ communionem vocati erant, immensisque laboribus per omnia N. T. tempora se maceraverant, βασταζοντες τὸ βαρος τῆς ἡμερας καὶ τὸν καυσωνα vs. 12. hoc est, jugo δυσβαςακτῳ legis suae adhaerentes perpetim, atque omne genus afflictionibus ludibriisque gentium, inter quas vivebant, vexati, cum videbunt, non aliam sibi exspectandam esse mercedem, quam qualem laboribus suis propriaque justitiæ observatione commereri poterant, qualemque ipsi tantum desideraverant, ita ut fructus comedere laborum suorum illis nunc liceret, cum è contrario illi, qui & multo serius accersiti, neque tantum laboris in externorum officiorum observatione posuerant, longe ampliori mactandi erant praemio ex liberrima Dei εὐδοκια illis cessuro. Peregrinum enim id illis videbitur, & quodammodo iniquum nimium ge-

neris ſui prærogativis , *operum*que externorun exactæ obſervationi confiſis.

XV. Atque ex his ſenſus hauriendus eſt to tius illius colloquii, quod murmurantes cum Do mino vineæ inſtituiſſe narrantur vſ. 8. ſqq. Nequ enim magis opus eſt, ut ſingulorum hujus dialo gi verborum exactam explicationem des, quan talis exigitur in illa parabola, quæ legitur Luc XVI. vſ. 23--31. aut in illarum collocutionun interpretatione, quas Dominum Jeſum Chriſtun in die futuro judicii cum beatis reprobisque habi turum narratur toto viceſimo quinto Matthæi ca pite. In quibus ſane, ſi quis verbum de verbo olim expreſſum iri putet, næ ſane is ſe ridiculum & ſeria refutatione indignum præbiturus eſſet Senſus itaque eo recidit, ultimo die judi cii manifeſtandum eſſe publice, atque unumquemque experturum, quam diverſa ſor maneat eos, qui propriorum operum meriti confiſi, in iis ſuam juſtitiam quærunt, &, qu ex adverſo, quantum in ſe eſt, fidei per carita tem operoſæ operantur, nihil tamen ſe ita com mereri poſſe perſuaſi in ſola Dei miſericordia gratiaque omnes ſpes ſuas fortunasque repoſitas habent. Atque ita verba illa vſ. 14. Αρον το ΣΟΝ καὶ ὑπαγε non abludunt ab illis, quæ diviti Hel luoni acclamantur Luc. XVI. 25. Τεκνον, μνη σθητι, ὅτι ἀπελαβες συ ΤΑ ἈΓΑΘΑ ΣΟΥ ἐν τῃ ζωῃ σȣ.

XVI. Interea loci non alia opus eſt divino nu mini factorum ſuorum, humanæ rationi imper veſtigabilium, apologia, quam illa, quæ heic quoque occurrit; Ουκ ἔξεσι μοι ποιησαι, ὁ θελω ἐν τοις ἐμοις, ἠ ὁ ὀφθαλμος σȣ πονηρος ἐσιν, ὅτ ἐγω ἀγαθος εἰμι; vſ. 15. Quæ prorſus eadem ſunt cum iis, quibus plane ſimili in cau

ſa

ı, (agit enim ibi quoque inter alia de varia Dei ı vocandis Judæorum atque ethnicorum dispenıtione, causam Dei tuetur Apostolus. Μενȣνγε, Ἀνθρωπε, συ τις εἰ ὁ ἀνταποκρινομενος τῳ Θεῳ. Μη ει το πλασμα πλασαντι, Τι με ἐποιησας ȣτως. Ἡ ȣκ ἐχει ȣσιαν ὁ κεραμευς, κ. τ. λ. Rom. IX. 20, 21. uemadmodum totum processum quem hic deribit Servator, Paulus quoque eodem capite vs. 0, 31. his verbis mihi exhibuisse videtur; Τι ȣν ȣμεν, Οτι ἐθνη τα μη διωκοντα δικαιοσυνην, κατελα- ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ, δικαιοσυνην δε την ἐκ πιϛεως. Ισ- ηλ δε διωκων νομον δικαιοσυνης, εἰς νομον δικαιοσυνης κ ἐφθασε. Pariter, egregie hæc illustrari posse dico, ex ejusdem Pauli verbis, quibus de eadem dæorum ultima vocatione agens utitur Rom. I. 5, 6. Οὑτως καὶ ἐν τῳ̃ νυν καιρῳ λειμμα κατ' ἐκλο- ν χαριτος γεγονεν. Ει δε χαριτι ὀυκ ἐτι ἐξ ἐργων &c. collato versu 11. τω ἀυτων (Judæorum) παρπτωματι ἡ σωτηρια τοις ἐθνεσιν εἰς το ΠΑΡΑΖΗΛΩ- ΣΑΙ ἀυτȣς. Atque illam παραζήλωσιν in nostra rabola descriptam legimus.

§. 17. Atque ista quidem explanatio, ut cum vrborum emphasi, analogia fidei, S. Spiritui i verbo suo usitatis loquendi modis probe convnit, omnesque difficultates salebrasque, quæ rn parum interpretes morabantur, tollit, ita nlla ei lis est cum duplici illo & προμυθιῳ & ἐμυθιῳ, quod Christus & præmisit, & subjec c. XIX. 30. & XX. 16, 17. Si enim ea, qæ heic contineri diximus, contigere, vides, qomodo *primi*, vocati, i. e. *Judaei*, facti fueint ultimi in accipienda mercede, & ULTIMUM vocati, sive gentiles, sive Judæi, sive Mhumedani, facti fuerint præprimis *primi*. quod dcetur cap. XX. 16. Et simul, quomodo ΠΟΛ- ΛΟΙ, adeoque non omnes, πρωτοι, i. e. Judæi

primo tempore vocati, (neque enim *omnes* in ter illos justitiam suis meritis quæsivere, cum no pauci quoque inter Judæos temporibus Christi Apostolorum δικαιοσυνην πιστεως in Christo sitien tes in eo nacti sunt) facti fuere ULTIMI, ra tione præmii, & è contrario ΠΟΛΛΟΙ ἐσχατοι, e. postremo loco vocati (neque enim omnes inter il los cum abnegatione propriæ justitiæ salutem i gratia Dei quærent) erunt postremi. Id quo Christus dixerat cap. XIX. 30.

XVII. Atque hunc horum verborum scopur sensumque esse ex collatione patet ejusdem ἀπ δοσεως, quæ parabolæ additur Luc. XIII. 25-3 Illa enim cum hac fere παραλληλος est. Agit enim, ut & hic, de actione quadam τȣ Οικοδε ποτȣ vs. 25. Jubet quibusdam res sibi habe suas, atque ὑπαγειν, quando inquiet, ἀποστητε ἀ ἐμοι παντες ΕΡΓΑΤΑΙ (non τȣ ΔΙΚΑΙΟΥ vel Δικαι συνης, sed της Αδικιας. vs. 27. Illi autem eru tales, qui jactare de se poterant, se *coram comedisse*, *bibisse*, *atque ab eo in plateis suis er ditos fuisse*? Id quod unicuique patet, applica posse nemini, *nisi Judæis* sub primo N. T. dil culo ab ipso Christo vocatis. Nihilo tamen m nus gentiles ἀπ' ἀνατολων, και δυσμων, και ἀπ βοῤῥα και νοτȣ invitati, (id quod in plena empha non nisi de extremis temporibus instituenda om nium gentium vocatione intelligi potest) Ju dæis illis prælatum iri docet Salvator vs. 29. I tum rursus adjicit, idem hoc epiphonema: Ει Εσχατοι, οι ἐσονται, πρωτοι, και εισι πρωτοι, ἐσονται ἐσχατοι. Quæ, si cum nostra hac perico pa componantur, dici nequit, quantum luc utrique accedat.

XIX. Porro, cum non omnes omni temp re locoque sint vocati, & tamen varia inter v

rias gentes variis temporibus instituta sit vocatio, animadvertis, quomodo vocati sint non omnes, non pauci, sed MULTI. Cum autem inter eos, qui vocati sunt, vides multos fore invidos, murmurantes, maloque oculo utentes, neque aliam mercedem, quam quæ illis ex propriæ justitiae cultu dari poterat, accepturos, perspicis quomodo inter MULTOS VOCATOS sint PAUCI ELECTI. Oπερ ἔδει δεῖξαι.

VII.

EXCERPTA

ex literis

Eilhardi Folcarthi Harckenrothii,

ad

Theod. HASAEUM.

ARGUMENTUM.

Antonius *Liber*. Excerpta ex libro Hardenbergii. Jacobus *Canterus*. Gerhardus a *Doettincke* §. 1. Domus Standonica S. S. Antonii Lovaniensis. §. 2. Hadriani HAEMSTEDII vita. Ecclesia Aquensis, Antwerpiensis, Londinensis Belgica. §. 3, 4, 5, 6, Persecutio Gallica anni 1557. §. 7. Haemstedii Epistola ad regem Galliæ. §. 8. Epistola Nassoviorum scripta ad ecclesiæ Emdensis Antistites, in qua Matthiam Martinium a se dimitti non posse, declarant §. 9, 10. Johannes, Comes Nassoviæ; Ejus pro schola Herbornensi cura. §. 11. Martinii laus. §. 12. Jacobus *Frisius*. Daniel *Marcellus*. §. 13.

§. 1.

NUperrime in Fafc. I. Claff. 5. Bibliothe cæ tuæ mentionem fecifti cujusdar *Antonii Liberi*, (a) cujus inftitutione Swolli ufus fuit Adrianus papa juvenilibus annis, prius quam Lovanium abiit, accipe quæ vir magnu Albertus *Hardenbergius* 1535. allevit libro Luca ni Poëtæ de Bello Pharfalico, qui olim infer viit magno Cœnobio Aduerdienfi, aft nunc i Bibliotheca noftra Emdenfi publica exiftat inte hiftoricos in fol. N. 51. „ Hunc librum *Rodol* „ *phus* â Ziloha, alias *Agricola* dedit doctori Ja „ cobo *Canter*, poetæ Laureato (qui poftea a pu

(a) Hic Antonius *Liber*, Sufato-Weftphalus maxime familiariter ufus fummis aetatis fuæ Viri Rud. Langio, & Rudolpho Agricola. Horum etian impulfu & confiliis purioris Latinitatis ufum ir fcholas varias, in quibus docuit, introduxit primus. Adfcribam de eo verba Hermanni Hamelmanni, ex ejus oratione de Rodolpho *Langio*; *Idem præftitit* (loquitur de Langio) *in Antonio Libero, Sufatenfi, qui ut olim quoque Daventriæ fuerat Langii condifcipulus, ita tunc agebat Amftelodami, Campis & Alcmariæ, & ex Langii adhortatione ftudia in fuis fcholis, ut etiam propterea infenfiffimos hoftes hoc nomine haberet Barbaros illos Philofophaftros, qui effecerunt, ut aliquoties loco moveretur, correxit, interim in literis politioribus propagandis & explodenda barbarie permanfit conftans Antonius Liber, noftri Rodolphi Langii & Rodolphi Agricolæ literis & monitis corroboratus, ut erat ingeniofus & doctus.* Hæc Hamelmannus, qui eadem fere repetit in narratione de Hermanno Bufchio p. 285. Confer eundem in Opufc. p. 1422. T. d. H.

pud Emdanos Sacerdos fuit & vicarius ad altare S. Crucis, & maxime Georgio Aportano in opere reformationis obſtitit ab annis 1520. usque ad annum 1528. quo templo & altari diſcedere juſſus. Hujus familiam fuſe deſcripſit Suffridus Petrus de Scriptoribus Friſiae p. m. 111. & ſeqq.)
„ Is porro donavit ob ſingulare ingenium Do-
„ mino Johanni Antonio Libero, Monacho
„ Aduardienſi hiſce verſibus.

„ *Accipe Johannes hoc noſtri pignus amoris*
„ *Antoni & noſtri quum legis eſto memor.*

„ Cujus pater *Antonius LIBER*, & ipſe laurea
„ poetica à Frederico Cæſare, ejus nominis ter-
„ tio erat donatus cum Rodolpho Langio, Pau-
„ lo Pelantino, Johanne Nuteriano & aliis plu-
„ ribus, qui apud nos illa ætate florebant. Mor-
„ tuo Johanne Libero, Antonii filio, cujus
„ heic adhuc quædam excellentia, ſed imperfe-
„ cta exſtant monumenta, is liber ad Dominum
„ Gerhardum â *Doettinckhe* virum excellentis do-
„ ctrinæ pro ſua ætate, devenit, qui paulo ante
„ mortem eundem mihi donavit; itaque rogo
„ quisquis eo poſtea uteris, ut propter magno-
„ rum hominum memoriam reverenter & amice
„ eundem tractes; & Aduardiæ ſemper relinquas.
„ Id me rogavit D. Doettinkhe, & ego te porro
„ rogo, quisquis hæc videbis, amice lector,
„ 1535. Albertus Hardenbergius.

§. 2. In eodem faſciculo tu Clariſſime Vir, dubitas an Hardenbergii verba recte legerim *in domo Sancti Antonii*, & conjicis, quod legi debeant *in domo Standonica*, ob rationes ibi allegatas, ſed poſſum tibi, ut certiſſimum affirmare,

quod literis nitidiſſimis Hardenbergius ſcripſerit *in domo Sancti Antonii*, (b) & quidem recte, nam apud Pontificios Sanctus Antonius, ut Patronu pauperum honoratur, hinc qui in pædagogic Porciorum ob paupertatem gratuito alebantur idem eſt ac ſi dicas quod in *domo Sancti Antoni* ſuſtentati fuerint, & voluit Hardenbergius voc minus ſcandaloſa uti.

P. 163. de libro Anglicano. *Eccleſiaſtica memorials relating* &c. recte conjicis, quod i illo tales memoriæ hiſtoriae Reformationis exhi bebuntur, quae aliorum diligentiam effugerun &c. Si iſte liber in linguam Latinam aut Belgican verteretur, forte nonnulla adderem, quæ no ubique occurrunt, verbi gratia, quinam in Ec cleſiis Belgicis Londini Noortwici & Sandwic miniſtraverint, & qualis illarum Eccleſiarum ſta tus ſub Eduardo Sexto, Maria & Eliſabetha Re ginis fuerit, idque ex manuſcriptis ineditis.

§. 3. Hac occaſione etiam tibi transmitto ſe quens epiſtolium ab Hadriano HAEMSTEDIO de Eccleſiis Belgicis aliisque bene merito exara tum ad Regem Galliæ 1557. dignum, ut poſte ritati in Bibliotheca tua pateat. Præmittam au tem quædam, quæ de hoc Viro mihi innotuere Nimirum *Hadrianus Cornelius HAEMSTE DIUS*, Batavus, ſolum vertens ab Emdanis i Bel-

(b) Facile potuit fieri, ut domus illius Standoni cae nomen degeneraverit paulatim in nomen St. An tonii, idque eo facilius, quod S. Antonii nomen illa aetate in ore ſuperſtitionibus dediti populi fre quenter eſſet, quam vulgarem conſuetudinem Har denbergius potuit ſequi. Certum alias eſt, Domum St. Antonii dictam non eſſe Lovanii, & Adrianum Papam in domo Standonica fuiſſe enutritum. T. d. H.

elgium missus, ut Ecclesias Christi latentes, ast
vangelii luce collustratas, erigeret & erectas aedi-
caret, hunc Antwerpiæ in Ministerio desudan-
m reperio 1557. ut & collegam ejus Casparum
eidanum, ex qua urbe dicto anno ipsis Calen-
s Decembris supra memoratam epistolam Regi
alliæ conscripsit, attamen locum, ex quo scri-
a fuit, prudenter reticuit ob periculosa tum tem-
ora, uti etiam reperio sæpius factum in datis te-
moniis Ecclesiasticis, nequid detrimenti Eccle-
s sub cruce gementibus exinde oriretur, si for-
literæ illæ συςατικαὶ in manus inimicorum in-
dissent. Eandem ob rationem quoque Belgæ,
uum Illustrissimus Princeps Wilhelmus Arau-
onensis 1569. Belgicam rempublicam denuò
rigere incipiebat, passim in epistolis suis huc illuc
nissis lecta nomina usurpabant, V. G. *Hollandia*
ocabatur *Æs. Enkhusa Triton. Horna Pollux.*
lkmaria Pluto. Amsterodamum Saturnus. Briela,
ulcanus Delfis Apollo. Haga Comitis Jupiter.
ugdunum Batavorum *Mercurius. Wœrda Satyr.*
ordracum Janus. Gauda Mars. Rotterodamum
eolus. Ultrajectum Proserpina. Daventria Venus.
utphania Ariadne. Emda Brunswikum, Vesalia
oppenhage &c. teste *Petro Borrio* in libro verna-
ulo de *Bello Belgico* ad supra memoratum annum
m. 85.

Hic fuit licet juvenis annis, tamen Vir probus,
o gloria Dei zelans nec alte de se sentiens, ut
quet ex sequenti relatione: quum enim non-
ullæ difficultates circa regimen Ecclesiasticum ibi
gitarentur per epistolam 1557. die 21. Junii in-
tavit Emdanos, ut pastorem magis exercitatum,
æsertim *Hubertum* Midlumi in præfectura Em-
ana ministerio fungentem isthuc mitterent, qui
more erga Deum & Ecclesiam ardens, voluit

etiam ut alter Moses potius malis cum Ecclesi affici, quam apud Midlumanos pace frui. In ea dem epistola eorum consilium expiscatur, an nc necesse sit, ut in posterum publice & super tecl Evangelium prædicent, saltem hic primus fui qui Antwerpiæ eo tempore & loco, ubi proce sus paparum publicus habebatur, intrepide no sine vitæ periculo λογια ζῶντα promulgavit, lic hoc factum nonnullis ut ἄκαιρον videretur. E eadem epistola mihi liquet Belgas tum tempor nostram regionem Oostfrisicam considerasse u terram Canaan, Emdam ut Jerusalem, & Am siam ut fluvium Jordanem, & mare australe, vul go ZUIDER-ZEE dictum ut mare rubrum, si enim in ea querulatur; quod monachi quamdi mare rubrum non sunt transgressi, quamprimur illos cura ventris vexare incipit, facile revertan tur ad claustra sua, remissa vera religione.

§. 4. 1558. Accrescente mense Februario nc ster Haemstedius Ecclesiam Aquensem Belgican ex tredecim familiis mercatorum Antwerpiensium potissimum constantem prior fundavit (eoden tempore Ecclesia Gallica ibi constabat viginti fa miliis) & ad magis prosequendum inceptum i lud opus Domini ab Emdanis illuc missi fuerun *Johannes Dirkenus* & *Hermes Bakkerelius*. Ho eodem anno, exeunte Majo illum Francofurt ad Antwerpienses rediisse alibi lego; ast quur hoc anno persecutio ibi indies accresceret & Ec clesia solum vertere cogeretur, ab Ecclesia dimis sionem petiit ipsis Calendis Augusti, quam etian obtinuit, & sic profectus, Nordam, Frisia Orien tali urbem perantiquam appulit, ibique apud so rorem suam viduam Catharinam ab Haemstec commoratus est. Ast anno sequenti 1559. i Angliam tendit, dissuadente licet Alberto Holt manno

manno, Paſtore Nordenſi, & Londini appulit, ubi in Eccleſia Belgica, quæ poſt mortem Regis Angliæ Eduardi Sexti ſub Regina Maria 1553. & ſequentibus ſuppreſſa fuerat, aſt regnante Regina Eliſabetha jam reviviſcere incipiebat, licet certo ad peragenda ſacra loco adhuc deſtitueretur, primus Concionem publicam, è roſtris ſacris dixit in templo St. Dionyſii permiſſu iſtius Eccleſiæ miniſtri, ſed de hiſce σὺν Θεῷ plura in opere noſtro vernaculo, *Eccleſia Emdana matrix.*

§. 5. Quum ſequentibus annis in Eccleſia Londino-Belgica litigium ingens, quod deinde etiam Eccleſias Nordwici & Sandwici vexavit, erat ortum, præſertim hanc ob cauſam, quia Conſiſtorium, ut quam maximè neceſſarium urgebat, ut ſacro Baptiſmati teſtes intereſſent, quum tempore Johannis à Laſco, Martini Micronii, Nicolai Carinæi & Petri Delœni, quidem teſtes admiſſi ſed absque ulla neceſſitate, aut coactione. Hinc noſter Haemſtedius 1562. die 9. Aprilis Groningæ apud Eccleſiam latentem degens, mittit ad Emdanos, ut ex ipſorum conſilio ſibi liceret illuc in Angliam proficiſci ad aſſopiendum illud maximopere accreſcens litigium ab aliis Theologis Anglis fruſtra tentatum, ſed ille etiam incaſſum laboravit. Nam 1565. Cornelius Cœtunius Paſtor Emdanus ejusque affinis Henricus Schonenbergius & Petrus Carpentarius, Miniſter Antwerpienſis ad easdem lites ſepeliendas accerſiti, illuc profecti fuerunt, & hos per ſpatium ferè ſex menſium in iſto negotio fruſtra occupatos fuiſſe ex Cœtunii literis mihi conſtat.

§. 6. Supra relata de Adriano Haemſtedio mihi ſunt certiſſima, aſt quando & ubi locorum & in qua dignitate ſuperſtes occubuit, (c) cum ig-

(c) Id autem ego didici ex Catalogo inedito Miniſtrorum

ignariſſimis ignoro. Scripta quæ reliquit, præ
nunnullas epiſtolas apud me ſervatas, non a
novi, quam quod primus omnium fuit, qui
ſtoriam martyrum Belgico idiomate 1559. ty
evulgavit Proceribusque Belgii Brabantiæ, G
driae, Flandriæ & Hollandiæ inſcripſit; ex
jus prologo Petrus *Twisk* Mennonita in libro ſ
Belgico van *de Vryheid der religie* parte ſecun
p. m. 131. nonnulla emphatica verba excerp
Eundem librum elapſo ſeculo 1658. recudi cu
vit Johannes Gyſius paſtor in Streefkerk, err
ribus nonnullis liberatum & 150. figuris aen
ornatum, & ſexaginta Martyribus augmentatu
teſte Adriano Parſio in Indice ſuo Batavico
m. 245.

§. 7. Occaſio autem hujus epiſtolae fuit p
ſecutio, quæ in fideles Evangelii ſectatores
Galliæ regno tum temporis fuit excitata. N
a. 1557. Hugenotae, ſive Lutherani ad audie
dam concionem Pariſiis in Platea St. Jacobi
cta, collecti, propemodum omnes juſſu Re
capti, male habiti & vinculis numero ad mi
mum 100. aut 120. conſtricti ſunt, inter qu
& matronae non infimae notae memorantur,
v. g. nobiliſſima uxor *Quartii*, *Retigny*, *Ca
paigne*, Virgo quædam nobilis de *Graveron* dic
& ex virili ſexu numerantur Advocatus quid
Parlamenti Vir juvenis, *Gravellus* dictus, & R
ctor Univerſitatis *Clinet*, ſacrarum ſcripturar
ſtudioſiſſimus, horum omnium nonnulli ſec
dum tenorem edicti 1555. Pariſiis publicati ſ

t

ſtrorum eccleſiæ Londino-Belgicæ, cui ſuo tem
re, volente Deo, in hac Bibliotheca locum aſſig
bo. In eo quarto loco memoratur Adrianus *Ha
ſtedius*, Selandus, inauguratus muneri in illa ecc
ſia a. 1559. & denatus in Friſia a. 1562. T. d. H

im igni adjudicati sunt, ut Virgo *Graveron*, *Gravelles* & *Cinet*, alii autem vinculis detinebantur.

Ob hoc jussu Regis patratum facinus, undique ad Regem Galliæ Henricum II. literæ fuerunt missæ omnem ferociam dissuadentes & obnixè rogantes, ut mitiori animo cum veris Christi confessoribus agere vellet, harum una fuit & hæc nostra Haemstedii epistola. Vide *de Staat en gemeene welvaren van Vrankryk* p. m. 11. 12. Hanc ferociam Regis Summus rerum Arbiter non impunitam dimisit, siquidem Rex in ludicro certamine, lanceâ in oculum ejus dextrum penetrante vulneratus, mox usum vocis & sensuum amisit, & Spiritum efflavit Quinctilis seu Julii mensis decimo die 1559. Successor ejus, filius natu Maximus Franciscus II. Mariæ Stuartæ Scotiae Reginae maritus, postquam sexdecim menses & viginti quinque dies regnasset etiam occubuit 1560. die 5. Decembris. Hinc ad illius temporis Monarchas sequens carmen προτρεπτικὸν fuit fusum.

Consiliis Christum oppugnans & fraudibus ingens
Regum ille terror Carolus.
Ipsis ridiculus pueris, furiosus & excors
Totus repente corruit.
Tuque Henrice malis dum Consultoribus utens
Sitis piorum Sanguinem,
Ipse tuo Væcors inopina cæde peremtus
Terram imbuisti sanguine.
Henrici deinceps sectans vestigia Patris
Franciscus infelix puer,
Clamantem Christum surda dum negligit aure,
Aure putrefacta corruit.
Versuti, fatui, surdi, hæc spectacula Reges
Vos sapere vel mori jubent.

§. 8.

§. 8. Epiſtola autem, quam Haemſtedium tum ſcripſiſſe diximus, hæc eſt:

Inclyte, Potentiſſime & Chriſtianiſſime Rex & Domine Clementiſſime. Multa & magna beneficia & verè regia multis ſeculis cum aliae gentes Europae ab inclytis Franciæ Regibus acceperunt, tum vero praecipue Germanici Principes. Et grati meminimus, patres noſtros eximia beneficentia majorum R. D. V. & nos ipſos â R. D. V. defenſos eſſe: Propter quæ beneficia & debere nos perpetuam gratitudinem profitemur & gratiam R. D. V. habemus. Nunc quoque freti benevolentia R. D. V. erga nos, ſumus ſupplices R. D. V. pro ſuis, non, ut regni tanti conſiliis nos ingeramus, ſed quia & maxime afficimur in tanta calamitate veſtrorum. Sicut ſcriptum eſt; Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit illum Dominus; & inter regias virtutes veſtras bonitatem, clementiam & miſericordiam erga homines modeſtos, non ſeditioſos, non petulanter delinquentes eminere non dubitamus. Intelligimus aliquot Nobiles Matronas & Virgines & alios modeſtos homines in vinculis eſſe, propterea quod conciones ſeu audiverunt ſeu probant, in quibus taxantur quædam ſuperſtitiones, quae irrepſerunt in Eccleſiam & cumulatæ ſunt propter inſcitiam & avaritiam Monachorum. Neque enim negari poteſt multos abuſus, alios errore, alios quæſtus cauſa receptos eſſe, quorum emendationem etiam ſuperioribus ſeculis flagitarunt docti & boni viri, in illo ipſo doctiſſimorum Virorum cœtu Lutetiae, quae eſt praecipuum domicilium doctrinarum toto orbe terrarum, Guilielmus Pariſienſis, Johannes Gerſon, Weſſelus & alii, eosque abuſus fatemur â nobis taxari & tolli, ut oſtendunt noſtræ confeſſiones.

effiones. Itaque fupplices fumus ac propter)eum & propter filium ejus Dominum noftrum efum Chriftum, oramus R. D. V. ut vitæ illoum captivorum clementer & propter Deum parat. Si autem feditiofas opiniones haberent aut iffentirent â Symbolis aut reciperent turpitudies in moribus, nequaquam pro iis deprecareıur. Nam & nos contumelias Dei fumma cuı prohibemus & magnis noftris periculis hoc amus, ut rectè Deus invocetur & retineatur atholicæ Ecclefiæ Domini noftri Jefu Chrifti onfenfus expreffus in fcriptis propheticis & Apoolicis & in Symbolis & probatis fcriptoribus veris Ecclefiæ purioris. Severè etiam morum turtudines punimus ac teftamur Deum, non cuditate ulla nos inhonefta, fed tantum ut Deo otemperemus, amplecti hanc Doctrinam quæ ftat in noftris Confeffionibus, quia agnitæ veati non licet repugnare. Studemus igitur & ives effe veræ Dei Ecclefiæ & Gubernatores onefti, & fpe non dubia in hac invocatione Dei fpectamus externam cœleftis Ecclefiæ confuedinem. Ideo nunc deprecatores effe volumus, fi cognita Confeffione illorum, qui nobis captiorum calamitatem expofuerunt. Comperimus item illorum confeffionem & congruere cum ymbolis & alienam effe à fanaticis & feditiofis roribus, & fcimus multos excellentes eruditioe & virtute, amantes Ecclefiam, fcientes ordiem in Imperiis, Dei opus effe, & illuftrantes eram doctrinam, de dignitate politici ordinis, magna cura tuentes nervos honeftæ gubernaonis, de ea confeffione confentire. Quare & aptivos exiftimamus à feditiofis confiliis & fanatcis opinionibus alienos effe, ac mittimus exemıum confeffionis, quæ in omnibus articulis cum

noftra

noſtra congruit, tantum in uno aliquid eſt ol
ſcuritatis; de quo conciliatio fieri poteſt erudit
rum collatione; neque enim dubitamus toto orl
terrarum omnes timentes Deum aſſiduis gemit
bus petere à Deo Eccleſiarum concordiam,
Deum orare, ut flectat ſuorum Regum animo
ut rectè dijudicare controverſias curent, eamq
cogitationem ante annos viginti ſuſcipere Patre
R. D. V. Regem Franciſcum excellentem ſapie
tia & virtute meminimus: Sicut & veteribus ſ
culis inclyti Reges Franciæ dijudicare Eccleſ
controverſias ſæpe curarunt. Hoc & inclyti P
tris & Majorum exemplum R. D. V. imitari m
lit, quam aliorum injuſtam aſperitatem magı
cum laude R. D. V. averſata Synodo Trident
næ, quæ malo conſilio ad oppreſſionem verit
tis collecta fuerat. Ut autem propter gloria
Dei veritas illuſtretur & conſulatur concord
communi R. D. V. deliberationem aliquam
controverſiis explicandis per homines idone
inſtituat, ad quam & noſtros mittere non rec
ſamus. Nam violentis conſiliis, nec ſanari me
tes nec tranquillitas Eccleſiæ conſtitui unqua
poterit: Et triſtiſſimum eſt ſine fine tantam aſp
ritatem exercere & à Regia bonitate alienu
Quare reverenter oramus R. D. V. ut propt
Deum parcat vitæ Captivorum. Hæc miſeric
dia Deo grata erit, qui hac promiſſione omn
invitat ut modeſtis leniantur pœnæ, Beati M
ſericordes, quam maximam conſequentur. V
ciſſim igitur R. D. V. Deus benefaciet, idq
multi rectè invocantes Deum in omnibus ter
ardentibus votis petent; Et nos R. D. V. offe
mus noſtra officia cum perpetua gratitudine. D
tum Cal. Decembr. Anno 1557.

Hadrianus Haemſtedius.

§. 9. Mitto tibi denique authographum epistolae, quam Nassovici ad nostræ ecclesiæ Consistorium miserunt, in qua causas aperiunt, ob quas Matthias Martinius, nostræ vestræque urbis olim insigne decus ad ministerium in hac urbe obeundum vocatus nobis concedi nequiret. Inscriptio hæc erat: *Reverendis, pietate & doctrina præstantissimis Viris, omnibus & singulis Emdanæ ecclesiæ Verbi Ministris Dominis & in Christo fratribus colendis.*

§. 10. Salutem per Christum μεσίτην καὶ ἱκέτην. Reverendi, pietate doctrinâque præstantissimi Viri. Cum pro eo, quo omnes fideles in Christo capite cohærent vinculo, merito omnes Ecclesiæ orthodoxæ summo se invicem amore prosequuntur: tum certo scio illustrem & Generosissimum Dominum Johannem (d) seniorem Comitem Nassovium, cujus pia anima jam apud Deum in cœlo feliciter agit, vestram Ecclesiam singulari & incredibili quodam amore complexum esse: & memini ejus Clementiam nomen vestrum crebris usurpatum sermonibus, summis ornasse

Yy lau-

(d) Hic fuit Wilhelmi Principis Arausionensis, cui tantum religio & libertas Belgarum debet, Frater, XXV. liberorum, ex quibus LVII. nepotes, .I. abnepotes vidit, Pater. Ex quo omnes descenderunt Principes Comitesque Nassoviæ familiarum Sigenensis, Dillenburgicæ, Deciensis, & Hadamariensis, qui ab eo tempore vixerunt, Heros qua prudentia, qua pietate, qua fortitudine illustrissimus, fundator Academiæ Herbornensis, quam a. 1584. publico ecclesiæ & literarum bonarum bono consecravit. T. d. H.

laudibus, tum propter puritatem doctrinæ, tum propter disciplinæ severitatem, tum propter constantiam, quam in utrâque defendenda non sine maximis periculis hactenus declarastis. Ejusdem amoris & benevolentiae affectum erga vestram Ecclesiam quasi hereditariè habent ejus Clementiæ filii Illustres & Generosissimi Comites Nassovii: qui affectus quò major est, eo vehementio est dolor, quem ex eo percipiunt, quòd petitioni vestræ hoc tempore locum dare non possunt

Petit Vestra Ecclesia Dominum Matthiam MARTINIUM, (e) Sacræ Theologiæ, Philosophiæ, & linguarum in Illustri schola (f) Sigenensi professorem, petitis, inquam, ministrum quintum, summo consensu ab Ecclesia electum à senatu & omnibus approbatum. Verum si statuunt Illustres Comites Domini mei benigni Si vestræ Ecclesiæ, & inprimis vobis ministris reverendis & Amplissimo senatui status Sigenensis scholæ fuisset satis prospectus atque cognitus: Martinium ad scholas & inprimis ad hanc scholam natum scivissent: nunquam vos, nunquam quæ vestra est prudentia & pietas, Martinium ministrum Ecclesiæ vestræ petituros fuisse.

§. 11

(e) Vita maximi hujus Viri præfixa est tertiæ Lexici ejus Etymologici editioni, quæ Ultrajecti 1697. excusa est, quam conscripsit Gerhardus *Meierus*, Theologus tum nostras, eruditione præstantissimus Vir, cujus vel eo nomine lubens mentionem facio, quòd ille me adolescentem benevolentia sua atque amore valde complexus est. T. d. H.

(f) Scilicet illustris schola Herbornensis, quæ illa urbs cum vicino agro ferali lue infestata esset tum temporis translata erat Sigenam Nassoviorum. T. d. H.

§. 11. Exiſtimarunt fortaſſis quidam cum Illuſtri & Generoſiſſimo Comite Johanne ſeniore expiraturam quoque ſcholam. At Illuſtris illa & pia anima hoc cavit: cujus beneficio, per Dei gratiam, hæc ſchola vivet, & florebit: & cum Illuſtres & Generoſiſſimi Comites filii, etiam benè erga ſcholam hanc affecti ſint, ad poſteros ſarta tecta transmittetur, ut & poſteritatis omnium ſeculorum hujus ſcholæ meſſe uti frui poſſit.

Videbatur nonnullis, Academiâ Marpurgenſi reformatâ nullum fore, aut perexiguum hujus ſcholæ Naſſovicæ uſum: at ex eo tempore major eſt quam antea. (g)

§. 12. Judicarunt fortaſſis aliqui ſcholam Domini Martinii operâ carere, vel alium in ipſius locum ſuffici poſſe: at, Reverendi & doctiſſimi Viri, mihi credite, rem longè aliter habere: Totam ſiquidem ſcholam à Martinio pendere, manifeſtius eſt, quam ut negari poſſit: diſcipuli certè pendent ab uberibus ejus: diſcipuli, Germani, Bohemi, Dani, Galli. Veſtra Eccleſia habet miniſtrum aetate & laboribus confectum: (h) Naſſovica ſchola certè habet profeſſorem Johannem Piſcatorem non minus aetate grandem, quam viribus exhauſtum: Idque creberrimis & aſſi-

(g) Tantus enim eo anno bonis literis ſtudentium fuit in ea ſchola confluxus, ut plus, quam quinquaginta Barones & primæ nobilitatis Viri inter eos tum numerarentur. T. d. H.

(h) Menſonem Altingium, cujus Theologi de eccleſia J. C. meritiſſimi vitam accurate atque eleganter ab Ubbone Emmio, perinſigni Viro litteris conſignatam, poſſideo, dignam ſane, ſi quis Bibliopolarum vellet ſumtus ferre, ut formis deſcripta omnium manibus teri poſſit. T. d. H.

assiduis laboribus. Martinium vestra Ecclesia unanimi consensu elegit: Martinium schola Nassovica non minori consensu sibi vendicat, & ut retineat laborat. Jam si amplitudinem fructuum quos in scholâ laboribus assequitur, in alteram, utilitatem autem Ecclesiasticam in alteram quasi libræ lancem ponere voluerimus, id quod scholasticus senatus quam exactissimè & diligentissimè fecit, terram certè ea Lanx, quæ scholasticam utilitatem habet, attinget, præ alterâ: id quod senatus scholasticus liberè, ut dixi, & sincere judicavit. Denique si dotes Domini Martinii pensitentur, non solum id quod jam dixi, apparebit liquidò, sed etiam manifestum erit, scholam hanc non esse privandam rarâ illâ doctrinâ & inprimis eximiâ docendi & instituendi discipulos dexteritate. Habet profecto eximia dona docendi in Ecclesia, sed quæ talentum scholasticum longè superat. Hoc sub terram fodere quî posset bonâ conscientiâ? Certè non posse, jam edoctus est à senatu scholastico.

Harum omnium rerum quum ante electionem certam cognitionem in urbe vestrâ habere non potuistis: mirum non est vos de ecclesiæ emolumento sollicitos, tanto consensu Dominum Martinium ministrum exoptasse. Nunc autem ubi dubium vobis esse non potest, sine lethali Vulnere scholam Martinio privari hoc tempore non posse, sperant Illustres Comites vos aegre non laturos, quod summa necessitate coacti, Martinii copiam vobis denegare cogantur: idque ut faciatis omnes pii etiam atque etiam orant & obtestantur. (i) §. 13.

(i) Non tamen hæ litteræ impedire potuere, quin Emdam concederet Martinius, ibique in ministerio verbi fidelissime per tres propemodum annos ver-

§. 13. Non erit hoc cum detrimento ecclesiæ vestræ conjunctum: Siquidem Dei providentia alium vestræ ecclesiæ fidum operarium offert. Est quidam ecclesiæ minister in Palatinatu Josephus Frisius, Silesius: qui aliquot annis Heidelbergæ, non minus pie & fideliter, quam erudite docuit: Vir non solum pietatem & religionem veram, sed etiam artes egregiè doctus: Linguarum imprimis Latinæ & Græcæ peritus, Hebraicæ & aliarum non imperitus: Ecclesiis tamen quam scholis aptior: illum spero ecclesiæ vestræ utilem operam præstare, & si vocatio intervenerit, velle facile etiam ab Electorali Palatinatu, Domini Pitisci & aliorum auxilio, obtineri posse, ad quam rem, ut ad alia omnia, mea qualiacunque officia Vestræ ecclesiæ defero. Cæterum de pia doctrina, & docta pietate cæterisque donis ad ecclesiæ aedificationem necessariis, quibus Deus hunc Josephum Frisium instruxit, testari possunt Reverendi Viri, & in Christo fratres M. Daniel (k) Marcellites, & M. Lampadius, Bremensis ecclesiæ ministri.

Dominus Jesus fideles cooperarios largiatur, vestrisque laboribus uberrime benedicat, ad nominis sui gloriam, & ecclesiæ salutem. Dillenbergæ, 15. Febr. Anno 1607.

versaretur, donec a. 1610. a. Proceribus patriæ meæ ad illustris scholæ gubernacula vocaretur, ad illum Senatorii Ordinis viro Joh. Davemanno eum in finem ablegato; quæ etiam per viginti annos ad annum emortualem 1630. maximo cum hujus Lycei emolumento moderatus est. T. d. H.

(k) Hic Daniel Marcellus, natione Hungarus, primarius ædis D. Virginis, in qua ego nunc doceo, in locum Christophori Pezelii, a. 1604. electus, Brema eodem hoc tempore, quo hæ literæ exaratæ sunt, mense Martio a. 1607. aliorsum abiit. T. d. H.

VIII.

Nova historico-Theologico-literaria.

HARDEROVICI ipsis Junii Idibus Ordinariam Juris professionem in inclyta hac ducatus Geldriæ & Comitatus Zutphaniæ Academia solemniter auspicatus est Vir Cl. J. F. W. *Pagenstecher*, famigeratissimi JCTI Groningani A. Alex. *Pagenstecheri* digna propago, oratione habita, impressaque de *lege regia Apostoli Jacobi*, qua de *justitia* & *amore* duobus omnis juris & societatis humanae fulcris eleganter & copiose disserit.

AMSTÆLODAMI ad d. XI. Maji fatis functus est Cl. Vir *Gerbrandus van LEEUWEN* sacrarum literarum in hujus urbis ecclesia & Gymnasio Professor. Vitalem ille auram primum hausit Goscopii, qui Hollandiæ prope Goudam pagus est, patre usus, illius loci ecclesiaste ad d. IX. Sept. a. 1643. Lugduni Batavorum cum a. aet. XXI. in ordinem Candidatorum receptus esset, sequenti anno 1665. Velsam, qui amoenissimus multisque civium Amstelodamensium prædiis nobilitatus vicus est, atque inde a. 1671. Amersfordiam, & deinceps Harlemum a. 1678. & tandem a. 1681. Amstelædamum ad obeundum ministri verbi divini munus vocatus fuit. Quam spartam cum egregie ornaret, accessit, a. 1686. dignitas Professoris Theologiæ. Illibata ac firma per omnem vitæ cursum fere usus valetudine ante biennium circiter gravi morbo correptus, illi tandem succubuit. Edidit Belgicè.

1. Libellum in epistolam ad Romanos 1664. 8.

2. *Muy*-

2. *Muyderbergs* herbouwde Kerckgevaarte, (i. e. concio in locum Exod. XX. 24. qua instauratam sacram Muyderbergensem aedem dedicavit,) met een toegift voor de Godvrugtige Moeders tot onderwys van hare Kinderen. Amst. 1686. 12.

3. Orationem inauguralem, de *Mose*, fundamento eorum, quæ deinde tradita sunt Amst. 1686.

4. Comment. in Epist. ad *Romanos*. Amst. I. & II. pars. 1688. 4. III. & quarta a. 1699. 4.

5. Comment. in *Acta* Apostolorum. Amst. 1704. 8. 2. Vol. Germanice versum editumque Bremæ, 1708. 4. Hunc librum ab auctore auctum prælo Gerhardi van der Linden mox recusum iri nuntiatur.

In hac urbe fratres WETSTENII, pulcherrimorum operum editionibus præclare de re literaria quotidie merentes novam *Patrum Apostolicorum* olim à J. B. *Cotelerio* & J. *Clerico* curatam ἔκδοσιν moliuntur.

LONDINI ad d. XVII. Septembris vitam posuit episcopus Herefordiensis Philippus BISSE, in cujus locum suffectus est *Benjamin HOADLY*, Episcopus Bangorensis non uno nomine famigeratissimus, qui successorem nactus D. REINOLDS. Pariter *Nathanael CREW*, LXXXVIII. annorum senex, in prædio suo *Sceane*, qui comitatus Northamptoniensis vicus est, qui jam regnantibus Carolo II. secretis regni consiliis admotus fuit. a. 1671. factus episcopus *Oxoniensis*, & a. 1674. Durhamensis, excessit è vita. Successorem nactus est D. TALBOT, episcopum Salisburiensem, cui successit Dr. WILLIS, Glocestriensis ecclesiae Præsul, quae nunc demandata est Dr. WILKOX. In Hibernia quoque eodem mense vitam posuit D. EVANS, episcopus Meathensis.

HERBORNÆ Nassoviorum Cl. *Schrammio*, quem Marburgum concessisse supra narravimus, successit

Vir Cl. *Georgius Henricus* CALKHOFIUS, Philosophiæ & literarum humaniorum Professor, qui sibi successorem nactus est Virum Cl. Johannem *Eberhardum* RAU. Uterque jam muneris sui initium fecit Orationibus publice habitis. Ille enim de *Obumbratione Virtutis Altissimi*, hic de *Germanis Philosophis & Polyglottis* dixit. Pariter ad d. IV. Kal. Novembris Vir Celeb. Abrahamus PUNGELERUS, (de quo vide Classis hujus fasc. I. pag. 165.) pro felicibus Rectoratus auspiciis Orationem pronuntiavit de *sermonibus sanantibus Domini nostri Jesu Christi*, quæ mox typis excusa prostabit.

BEROLINI regium Gymnasium Joachimicum dictum, ingentem nuper jacturam fecit præmatura morte Pauli VOLCKMANNI. SS. Theol. & Philos. Doctoris, atque ejusdem Gymnasii Professoris ac Rectoris, quæ eum 4. Kal. Novembr. hujus anni rebus mortalium exemit. Natus ille fuerat Bremæ Caucorum ad. d. 18. Martii a. cIↃIↃcLXIX. honestate ac virtute, quam famosis majorum imaginibus commendandis parentibus. Primus ille scholæ Fridericianæ, quæ Francofurti ad Viadrum est a. 1694. constitutus Rector eam ita moderatus est, ut brevi tempore vicinis fere scholis omnibus palmam præriperet. Philosophiæ Magisterii honore Kal. Jul. a. 1695. ornatus, *Philosophiæ* professionem *extraordinariam* Idibus Octobris a. 1698. in eadem Academia ex Principis decreto suscepit. Hic cum per integrum septennium vixisset, sequens sexennium Crosnæ Silesiorum dicavit, ibi enim inde à die XI. Decembris a. 1701. *Pastoris*, quem ibi *Præpositum* vocant, ecclesiæ St. Andreæ, munere functus est ad annum usque 1707. In quo, qui primus erat Gymnasii Joachimici Jubilæus, ad d. 5. Septembris, muneri Rectoris ac sacrarum literarum Professoris inauguratus est, posteaquam summos in Theologia honores in Jubilæo Academiae Francofurtensis ad d. XXVII. Aprilis suscepisset.

Dein-

einceps & regii Bibliothecarii titulo auctus, & in
ollegium regium ſcientiarum, quod Berolini flo-
t, receptus eſt. His muneribus cum ſumma cum
ude per XIV. annos præfuiſſet, morbo repentino
orreptus dicto die mundo valedixit Vir doctus,
us, pacis amans, & ad labores impiger. Præter
urima carmina, quorum elegans atque peritus
at artifex, Ipſo curante atque urgente prodiere
rammatica, tam Latina, quam Græca, & *Rheto-
ca Marchica*; Diſſertatio inauguralis de *Profundo
ognitionis divinæ*, & *Theſes Theologicæ Syntagmatis
Crocii*, Theologi Bremenſis *ordinem doctrinam-
ue referentes*, *ac Reformatarum eccleſiarum inpri-
is MARCHICÆ confeſſionibus congruentes.* Col.
randenb. 1712. 8. quas tamen *Pacificus* quidam
erinus ſingulari ſcripto adortus eſt, cujus titulus:
acifici Verini amica collatio doctrinae de gratia,
uam vera eccleſia confitetur, *cum doctrina*, *quam D.
olckmannus cum ſpecioſo titulo theſium Theologica-
um Marchicæ confeſſioni inprimis congruentium a.*
712. *publici juris fecit.* Uxorem habuit, ſed nul-
os liberos, hinc quatuor mille Imperialium redi-
us annuos ſupremae voluntatis tabulis ſuae fami-
ae adoleſcentibus, bonis literis operam daturis
gavit.

FRANCOFURTI ad Viadrum Cl. *Arnoldus
ESENFELD*, cujus ſororem in matrimonio ha-
uit *Volkmannus*, itidem popularis meus, Philoſ.
racticae Profeſſor Ord. & primarius, civitatis hu-
s Conſul, & cum maxime Academiae Rector, non
nis piis doctisque ſcriptis orbi erudito notus, to-
us in eo eſt, ut doctrinam moralem ad altius fa-
igium evehat, illius per gentilium ethicam cor-
uptae fontes oſtendat, eam ex purioribus fon-
bus, ſacro nimirum codice, hauriendam incul-
et, & ad Chriſtianam praxin accommodet. Poſt
arias ſuper eo negotio diſſertationes editas nu-
er hoc conſilium vernaculo expoſuit tractatu;

Versuch / wie die Sitten-Lehre oder Morale un
den Christen zu verbessern / in einigen vorlauffi
Gedancken der Christ-vernunfftigen Welt vor
gen gelegt durch Arn. WESENFELD ; Franckf
an der Oder. 1721. 8. 10. plag. Vir celeb. C
ZEELIUS, Theologiæ Professor post varias
Decalogo, sc. ejus *nominibus* atque *auctore*, de
soli Israëli dato vulgatas dissertationes ad d. XX. M
hujus anni de *natura* ejusdem dissertationem
mam publicæ disquisitioni exposuit, quam duæ
liæ de hoc argumento sequentur. Occupatus p
terea est in solemnibus *Judæorum precibus*, quas
cœtibus publicis intra cujusvis anni circulum fun
re solent, ex Ebraico idiomate in Latinum conv
tendis, quæ variis illarum editionibus invicem c
latis, & discrepantiis observatis, notisque illust
tæ lucem adspicient. In hac urbe quoque sub aus
ciis, & censura Reverendissimi Viri J. E. *Jablon*
Judæorum Talmud imprimitur omissis tamen i
quæ contra Jesum Christum, Benedictum in sæc
virulenter & impie scripta sunt. Parcius tamen
futurum spero; Neque enim impudentissimis
eptisque verporum calumniis quidquam detrime
sanctissimæ fidei nostræ puto accedere posse. Et
ipsis illorum figmentis coruscæ sæpe emicant ver
tis scintillæ. Synagogæ Judaicæ Pragensis Rabbi
primarius Oppenheimer, exemplar in membr
facit imprimi, quod plus M. imperialibus con
bit, inferendum Bibliothecæ ejus, quæ Hanov
in conclavi, quod Synagogæ imminet, visitur.

COTHENAE Anhaltinorum *Christianus Frit*
lius, cœtus hujus urbis Reformati minister, pietate
ta ac doctrina commendandus, qui concionibus, I
læ Venedorum a. 1711. in selectos sacræ scripti
textus, maxime propheticos, sub titulo: Wol
der Zeugen &c. editis, notus est, jussu Sereni
mi Principis Anhaltino-Cotheniensis LEOPOL
novam editionem Concionum typicarum, (

heimnis-Predigten) M. Danielis SACHSII (a) ntistitis quondam ecclesiarum Cothenensium, æ a. 1653. in forma quater partita Cothenis lum adspexere, suscepit. Operam itaque dedit, non solum nitidius accuratiusque, sed & indibus necessariis instructæ prodirent. Præmisit prætionis loco B. auctoris vitam ex ipso autographo promtam, quam considerari vult tamquam proomum plenioris operis, quod molitur, *Historiæ* mpe *ecclesiasticae Principatus ANHALTINI inde temporibus emendatorum sacrorum, ad nostra, quæ nc vivimus*, cui præstantissimorum, qui in illa ovincia vixerunt, Theologorum vitas inseret.

HAMBURGI tandem prodiit altera, quam Cl. . p. 1056. annuntiavimus, editio præstantissi libri, cujus editionis prioris ἐπιτομὴν. Cl. III. c. V. sect. 7. sqq. tradidimus. Titulus est: Jo. *Laurentii MOSHEIM Vindiciae antiquae ristianorum disciplinae, adversus celeberrimi Viri TOLANDI, Hiberni, Nazarenum. Editio seda, priori longe auctior. Accedit de vita, fatis scriptis Jo.* Tolandi *commentatio. Præfationem, Atheismi calumnia à S. Scriptura depellitur, æmisit* Jo. Franciscus BUDDAEUS, Theol. D. & Academia JENENSI P. P. Hamburgi 1722. 1. ph. 8. pl. Ut constet, quibus accessionibus itea pulcherrimi libri editio locupletata sit, ipsa ctoris verba ex praefatione adscribam: *Nova est*, quit, *de vita fatisque celeberrimi* (scripsissem pos *famosissimi*, neque enim titulum, qui Viris da rebus præclare gestis meritisque inclutis, illi nvenire dicas, qui turpissimo ausu omni religio apertum bellum indixit) *adversarii commenta. Novæ etiam sunt Sectiones secunda & tertia, quan illa controversiam de caerimoniarum à Mose impera-*

(a) Perperam hunc inter Lutheranos recenset Jacobus le *Long* in Biblioth. S. T. p. 675. T. d. H.

peratarum abrogatione ex instituto pertractavi ; divina librorum novi fœderis auctoritatem eo m adserui , ut non tantum quaestionibus à Tolando prc sitis satisfecerim , verum etiam ea , quae antea in myntore disputaverat , ob adfinitatem utrorumque cusserim. Prima quoque sectio , quibus antea careb nunc plurima habet. In praeparatione duas de daeis quaestiones à Tolando propositas dissolvi ac mul de Republica ejus Mosaica , quam parturit , tentiam dixi ; ut accessiones alias non tanti mom taceam. Animadversiones in particulas Evangel quod vocant , Barnabae multis modis auxi , iisque cum magis opportunum & peculiare caput attril Quaestionem ; num Turcae Historiam quandam Chr in divinis suis libris numerent ? quam antea tant attigeram , diligentius excussi , negandamque esse , pite quarto toto demonstravi Sententiam de Na racis , quam tueor , paullo explicatius proposui , uberius , quam antea factum erat , illustravi ; & q sequuntur. Neque his finibus coerceri potuit la datissimi Viri diligentia , & egregium de publ bene merendi studium. Eodem enim hoc temp praeli carceribus liberatus publicam lucem adspex Ejusdem *Observationum sacrarum & historico-Cr carum* Liber primus. Accedit *Oratio ejusdem , eo , quod nimium est in studiis linguarum & Critic* Amstelaedami. 1721. 8. Capita , quae in hoc bro tractantur , haec sunt I. *De eo , quod just est , circa SS. Literarum ex Graecis & Lati scriptoribus interpretationem & emendationem cogi tiones.* II. *Explicatio nova dicti Luc. II.* 14. III. *exquiritur , quorum praecipue è Christi sectatori mortem Marcus Imperator irriserit ; simulque adfli onis Lugdunensis aera constituitur.* IV. *De vera æt legationis* Athenagorae *pro Christianis.* (b) V. *Me tat*

(b) Vellem sane hujus editionem quae in hac l bl. CI. II. Fasc. V. legitur , heic loci non fuisse rep titam.

ationes de EBIONE. VI. *De existimatione celeber-rimi Philosophi*, *APOLLONII Tyanaei*. VII. *De scriptis APOLLONII TYANÆI Spicilegium.* Accedit *Oratio*, cujus titulum jam memoravimus. Viderit autem Cl. Auctor, anne & hac oratione, & illa quae primo loco occurrit, dissertatione, cuidam curiosiori occasionem praebiturus sit conscribendi exercitationem, de eo, *quod nimium est*, *in carpendis aliorum studiis*, *quae Criticae & linguarum studiis*, *& SS. literarum ex Graecis & Latinis scriptoribus interpretationi dicantur.* Plures enim causas nobis esse, ut de nimis parva his rebus impensa opera, quam nimia conqueramur, plusque hactenus in defectu, quam excessu peccatum esse, neque tam fraeno, quam calcaribus heic opus esse, omnino mihi persuasissimum est. Ceterum *non magis* (verbis utor summi hujus aetatis Virorum J. Fr. BUDDÆI, quae in praefamine Vindiciis anti-Tolandianis praemisso leguntur) *alterius cujusquam*, *quam mea*, *libri hi commendatione indigent*, *cum documentis luculentissimis prorsusque egregiis comprobatum sit*, *nihil nisi exquisitum*, *summo studio selectum*, *nec minori diligentia elaboratum*, *à MOSHEMIO proficisci posse*. Scioque elegantiam potius, quam veritatem ab unoquoque, qui Moshemium noverit, desideratum iri, in illis distichis, quae his diebus imagini ejus adscripsi;

Delicias Pindi, *pulcrosque Sionis amores*,
MOSHEMII faciem, *picta tabella refert.*
Grandis, *& in gracili mens enthea corpore spirat*,
Spirat in exiguo Bibliotheca Viro.
Si numeras annos; *JUVENEM*; *si scripta*, *labores*,
Actaque; *grandaevum dixeris esse SENEM.*
Plaude Viro, *& tantam non neglige*, CIMBRIA, *gazam*,
Huic tibi vix similem saecula longa dabunt. T. d. H.

ULTRAJECTI vir pietate & eruditione insignis David MARTIN, ecclesiae hujus urbis Gallicae Pastor,

Paſtor, ad d. IX. Septembris menſis hujus an[n]i, qui vitae erat tertius ſupra octuageſimum, dec[e]ſit, altero die ab illo, quo non ſine ſingulari pro[mp]titudine atque Zelo publice è roſtris ſacratioril[bus] dixerat. De ejus vita ſcriptisque uberius diſſere[n]di alibi occurret locus. Sextus dies Januarii exeun[ti]s hujus anni, Viro Cl. *Melchiori LEYDEKK[E]RO* (de quo vide Cl. III. faſc. I. emortua[li]s fuit poſtquam octuageſimum vitae annum, ſi t[ri]bus tantum hebdomadis ſuperfuiſſet, attigit. (Antequam ei cathedta Theologica in hac urbe c[om]mandata fuit, quod factum die XXVI. April. 1678. oratione habita de *ſectanda veritate in am[ore]* ad locum Eph. IV. 15. per integros annos quin[de]cim gregem Dominicum pavit in Reniſſe & No[ord]welle, qui Selandiae pagi ſunt. A. 1690. à Gr[o]ningenſibus, ut in illorum Academia ſacras lite[ras] doceret, fruſtra expetitus fuit. Quam plurimis [li]bris, quorum longe maximam partem citato lo[co] exhibuimus, non minus ac litibus (d) literarii[s], quae ei cum Petro Allinga, Johanne Vlackio, Ba[lt]haſare Beckero, Theologis Franequeranis, Fri[de]rico Leenhofio, aliisque intercesserunt, fama illi[us] longe lateque increbuit. Vir erat eruditus, & c[alamo] & manu promtus, in laborando indefeſſus, lecti[o]nis diffuſae, erga peregrinos, quod meo ego d[o]cere exemplo poſſum, expoſitae humanitatis, n[o]vitatum, inter quas peculiares Joh. Cocceji opini[o]nes numerabat, hoſtis acerrimus, Orthodoxi[ae] ten[...]

(c) Natus enim eſt d. XXV. Jan. a. 1642. qu[od] ipſe manu ſua, cum viveret ad me perſcripſit. Ita corrigendum eſſe dicas, quod alibi legi, eum eju[s]dem anni die 21. Martii fuiſſe natum. T. d. H.

(d) Has ego cum cogito, vix teneor, quin ill[ud] Virgilii huc transferam;

Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta
Pulveris exigui jactu nunc preſſa quieſcunt. T. d. H.

tenacissimus. Atque in hoc modum aliquando vix tenuisse, visus est nonnullis. Sed illud temporum illorum infelicitati tribuendum est. Fratrem habuit ecclesiae Medioburgensis Ministrum, Jacobum *Leydeckerum*, doctum Virum, cujus quoque scripta nonnulla Theologorum manibus teruntur.

LEMGOVIAE nuper prodiit libellus, qui hunc in fronte gerit titulum; *Vis veritati illata, juste retorta*, sive *Defensio justa vindiciarum, animadversionibus ac nuper editae dissertationi parum modestae, thesibusque miscellaneis*, λοιδορίων *plenis oppositarum D. Johannis MEIERI, Professoris in Batavis, accurante CLASINGIO*; Lemgoviae 1721. 4. 14. plag. Est haec responsio apologetica contra illud celeberrimi Harderovicensium Theologi scriptum, cujus titulus exhibitus fuit Cl. IV. p. 1146. Occasionem, quae his disceptationibus data est, narravimus Cl. I. & Cl. II. Optavissemus huic velitationi tandem fixum fuisse terminum. Et haec sane bella, quae inter Viros Fratres, populares, longo amicitiae usu conjunctos, eosque Theologos geruntur, bella sunt *nullos habitura triumphos.* Quamvis variae, quae circa res Philologicas agitantur, quaestiones, non sine fructu heic legantur.

ULTRAJECTO ita ad me amicus: Binas priores philyras *Flavii Josephi* operum, quae Lugduni Batavorum jam sub prælo sudare cœperunt, cum singulari animi voluptate perlustravi. Nullus dubito, quin haec editio reliquis omnibus palmam sit praereptura. Literarum singularis est nitor. Nec parum lectoris commodis consultum est, quod notae sub textu non, uti in Hudsoniana editione una serie pergant, quod crucem oculis in typis numerorum tam minutis figit, sed singulae cum nova linea incipiant. In illis notis doctissimae Relandi & aliorum ineditae singulare ornamentum praebent. Accedit *conspectus Chronologiae Flavianae* magno

Le-

Lectorum commodo adornatus. Faventiorem erg huic Josephi editioni Lucinam, quam qualem t aliae nactae sunt, merito respublica literaria pr cabitur. In nostra typographia Rhenferdii ope carceres mordent Dissertationes Celeberrimi Vi J. J. HOTTINGERI Historico-Chronologicæ, qu rum mentionem Cl. IV, fasc. VI. injecisti, heic lo ci jam praela exercent.

MEDIOBURGI Mattiacorum amplissimi Proc res provinciam profitendi publice Theologiam quam morte sua in illius urbis schola nuper fecis vacuam Cl. Johannem Biermannum nuntiavimus tradidere Viro pietate & doctrina insigni *Alber VOGETIO* Bremensi, qui hac aestate munus qu que docendi in ecclesia orsus est. Brevi illius mu neris initium faciet Oratione inaugurali de *vera sa crificii Jesu Christi ratione & natura ex causis qu sapientissimo Legislatori constiterunt, quod pisces in molari non jusserit, eruta.* In eadem hac urbe my steriorum divinorum Interpres doctissimus Carolu TUYNMANNUS, cujus contra hujus ætatis L bertinos, sub praetextu pietatis Spinosisticos, i. teterrimos errores foventes, insignis zelus ac ope ra eminuit, opus Etymologicum molitur, in qu Belgicae vocabula maximam partem ad fontes He braicos, Graecos & Latinos reduxit, collatis, Ge manicis, Saxonicis, Teutonicisque vetustis. Qu labore ne nos diutius carere patiatur, etiam atqu etiam rogamus.

LONDINI vir Celeberrimus David WILKINS Germanus, Canonicus Cantuariensis, & Reveren dissimi WILHELMI, Cantuariensis Archiepiscop à sacris domesticis & Bibliotheca in Joh. SELDE NI operibus digerendis atque ad praelum parandi occupatus est. Quatuor illa continebunt volumi na, quorum duo priora omnes ejus libros Angli co, reliqua Latino sermone conscriptos comple ctentur. In vita ejus conscribenda jam totus est

quem

quem laborem lubens à se fuisset amolitus ob difficilia tempora, in quibus Seldenus inter literatos Angliae principatum tenuit; sed ne opus imperfectum erudito orbi offerret, amicorum precibus permoveri se passus est, ut eum in se susciperet. Societas autem quae promovendae fidei Christianae in exteris regionibus curam in se suscipit, impressionem N. T. & Psalterii Arabici, de qua Cl. IV. fasc. IV. Sect. 7. actum est, decrevit. Eum in finem colligentur nummi, qui ad promotionem operis requiruntur. Collectores nominati sunt sequentes: Mr. *John* BENNETT, Esquire, Master in Chancery, Mr. BOEHM, Dr. BRIDGES Arch-Deacon of Rochester, *Whitloke Bulstrode*, Esq. *John* CHAMBERLAYNE, Esq. *Daniel* DOLNIS, Esq. *Thomas* GREKE, Esq. *Thomas* GREENE, Esq. *Henry* HOARE, Esq. *Edward* IENNINGS, Esq. Dr. *KING*, Master of the Charterhouse, *Henry* LOVIBOND, Esq. Master in Chancery. Msr. *MAYO*, *Iohn* MELLER, Esq. *Iohn* ORLEBAR, Esq. Mr. *PEARCE*, Chaplain tho the Lord High Chancellour, Sir *Iohn* PHILIPS, Bart. Mr. Phute. Dr. *STANLEY*, Dean of St. Asaph. Mr. Archdeacon *TENISON*, Dr. WADDINGTON, Sr. George *WHELER*. Dr. *WILKINS*, Chaplain to the Lord Archbischop of Canterbury. Imprimentur octo millia exemplarium literis novis & elegantibus. Unumquodque exemplar vendetur involucro vestitum sex Assibus, sive Schellingicis. Inde colligi potest ad executionem consilii tam salubris connumeratis omnibus impensis requiri summam 2400. librarum Sterlingicarum, quæ summam Ioachimicorum nostrorum faciunt circiter 13200. Literae, in quibus de utilissimi hujus instituti necessitate ac modo dictum est, singulari tomo collectae editaeque sunt, cujus sequens est titulus: *An extrait of several lettres relating tho the great charity & usefulness of printing the New Testament & Psalter in the Arabick Language, for the benefit of the*

 poor

poor Christians in Palestine , Syria , Mesopotamia Arabia , Egypt & other Eastern Countries. With proposall for executing so good an Undertaking. London. 1720. 8. pagg. 27. Celeberrimum Virum Jo GAGNIERIUM novam , accuratam summoque studio concinnatam *Mahometis* historiam in forma majori imprimendam moliri accepimus.

IX.

Jo. Arn. NOLTENII. D & Regii in aula Berolinensi Sacrorum administri,

AD

Theodorum HASÆUM

Epistola.

Noltenius Hasæo suo S. P. D.

CEleb. *la Crozium* improbo labore Lexicon Ægyptiacae linguae collegisse , nuper me tib narrasse memini. Licuit mihi nunc esse tam beato ut hunc thesaurum oculis meis usurpaverim. V ille , qui cum summa eruditione summam conjunx modestiam , Lexicon istud benevole mecum communicavit. Rei literariae maxime puto interesse ne diutius hujus libri fructu careat orbis erudtus. Te itaque summopere rogo ; ut Titulum praefationemque Bibliothecae Tuae inseri cures. Saliva nisi me omnia fallunt , movebitur omnibus , (a) qu bona

(a) Ita sane est. Nemo enim tam literarum rud est , ut nescire possit , vel , quantum lucis sacro Codici , linguaeque Hebraicae , reliquisque oriental bus , veterique literaturae ex linguae Ægyptiaca ub

bonas amant literas, ut Dictionarii hujus editionem promoveant. Cum Auctore, cui haec ſurripui, in gratiam facile redibo. Titulus hic eſt:

LEXICON ÆGYPTIACO-LATINUM, ex veteribus illius Linguæ monumentis ſummo ſtudio collectum & elaboratum à Maturino Veyſſiere LA CROZE.

(Pſal. LXVIII. 23. Æthiopice & Coptice.)

Berolini, Anno Chriſti D. N. MDCCXXI.

Præfatio.

CUm vix ſperare poſſim in deplorato hoc literarum ſtatu, fore ut Lexicon meum Ægyptiacum in publicam lucem exeat, huc nihil admodum de illius linguae uſu & neceſſitate afferam; de quibus tamen alibi fuſe agere ſtatui, in Grammatica nempe Ægyptiaca, cui incipiendae & perficiendae poſt paucos hoſce dies manus admovebo. Interim tamen, ſi quid mihi humanitus acciderit, antea quam id quod molior, refecero, nihil inde Lexico meo jacturae accidet, ita videlicet comparato, ut etiam ſine ullo præceptorum Grammaticorum uſu, lectorem ſedulum non contemnenda illius linguæ cognitione imbuere poſſit.

liberiori cognitione accendi queat, vel quantum à ſummo ingenio, atque eruditione in hoc quoque ſtudiorum genere rariſſima LA CROZII exſpectari debeat. Quamobrem nullum mihi dubium eſt,

Quin, quantum eſt hominum eruditiorum,

in eo ſit conſpiraturum, idque acturum omni contentione, ut quamprimum quam nitidiſſima tam exopati libri editione beetur res literarum publica. Id autem quam facillime per modum ſubſcriptionis, cujus uſus ab aliquo inde tempore invaleſcere cœpit, fieri poſſe exiſtimo. T. d. H

Erunt forte, qui mirabuntur linguæ illius, quar adeo ſterilem multi eruditorum cenſent, Dictic narium in tantam molem excreviſſe, demtis pra cipue vocibus omnibus Græcis, a quibus recei ſendis ſtudioſe & opera data abſtinui; Nec enii ulli uſui hic fuiſſent, cum certo ſciam, vix ullui hominem fore, qui linguæ Ægyptiacæ cognitionei ſibi parare valeat, niſi Græcas literas antea did cerit. At eos ſcire velim, ingentem quidem Græ carum vocum numerum in ſacrorum librorum ve ſionem Aegyptiacam irrepſiſſe; nec tamen id verui eſſe, quod Cap. XV. Lib. I. Phalegi ſcripſit erı ditiſſimus Bochartus, quem ſubinde complures al deſcripſerunt *Coptorum dialectum multo plura habe Græca vocabula, quam Aegyptiaca.*

Ne dicam Pſalmos nonnullos occurrere, capi etiam quædam Novi Teſtamenti, ut caput primui primæ Epiſtolæ Johannis, in quibus ne una qu dem vox Græca legatur; nullæ fere ſunt Græcæ vc ces, in libris Aegyptiacis, quæ non alibi Aegy tiace occurrant. Tales ſunt ΕΚΚΛΗΣΙΑϹ, cuj loco ΘΩΟΥΤΙ commode dixeris ΑΓΓΕΛΟϹ, cui vo Græcæ reſpondet Aegyptiaca ΡΟΥΝΕΝΣΟΒ; ſic vo ΣΩΤΗΡ tribus vel quatuor Synonymis Aegyptiac in Lexico meo exprimitur, ut plures alias voc taceam, quas Lexici uſus & ſacrorum librorum le ctio ſtudioſos illius linguæ docebunt.

Jam quando, ut ſupra monui, quicquid attinet a linguæ illius utilitatem, ad Grammaticam Aegyp tiacam rejecerim, ubi commodus erit ea de re di ſputandi locus, nihil mihi videtur modo ſuperei ſe, niſi ut paucis agam de iis, quæ in hoc oper meo continentur.

Non voces modo Græcas, quæ nihil immutatæ i Aegyptiorum libris leguntur, e Lexico meo ſuſtu li, verum etiam & illas, quæ detortæ a fontibu Græcis aliam faciem induerunt, ita tamen ut le ſtudio agnoſci poſſint: quales ſunt ΕΤΙΝ, pr

ai

αἰτεῖν, ETHMA pro *αἴτημα*, & pauca quædam alia ejusdem generis. Alias insuper voces recensere nolui, cujusmodi sunt *χήρα* vidua, *χώρα* regio, & aliæ non ita paucae, etsi de Aegyptiaca earum origine vix dubitem: nonnullas enim voces priscus Hellenismus a veteribus Græcis certo certius accepit; qua de re alibi agere animus est; si mihi Deus O. M. otium & vitæ aliquot annos benigne concesserit.

Subjunxi vocibus communis Aegyptiorum linguæ, secundum ordinem literarum *collectionem vocum Dialecti Sahidicæ*, sive superioris Aegypti, ex pauculis illius Dialecti monumentis excerptam. Utinam porro plura ad manum fuissent. Fragmenta quædam novi Testamenti hac dialecto scripta Oxoniæ vidit *Wilkinsius*, qui ea in Præfatione editionis suæ Novi Testamenti recensuit. Ex eadem Oxoniensi Bibliotheca amicus meus eruditissimus & linguæ Aegyptiae peritissimus *Paulus Ernestus* (b) *Jablonski*, Professor sacræ Theologiæ Francofurtanus, libellum descripsit ab anachoreta quodam fanatico Aegyptio, qui sexto vel septimo seculo vixisse videtur, eadem dialecto scriptum *de Mysteriis literarum Græcarum*; ex quo libello, dum pluribus frui detur, uberem satis Dialecti illius cognitionem hausi. Cæterum ex variis Veteris Testamenti locis in eo mysteriorum libro allatis & descriptis constare videtur sacrorum omnium librorum versionem hac Dialecto olim extitisse; quæ & forte hodie in veteribus illius regionis Monasteriis superstes asservatur.

Longe plura & majora subsidia habui in Dialecto communi Aegyptiorum. Nimirum optimo & antiquo *codice Psalmorum* usus sum, ex Aegypto in Europam allato a *Theodoro Petraeo*, Cimbro, viro erudito, cujus MSStorum Orientalium pars quædam, ab heredibus post ejus obitum vendita, in

(b) Vide Classis hujus Fasc. II.

Bibliothecam Regiam Berolinensem delata est. *Evangelia* præterea habui *Matthæi*, *Marci*, *Lucæ* & *Johannis capita quædam* ex antiquis codicibus ab eodem Petraeo descripta: item *Epistolas Pauli* omnes una excepta ad Galatas, quas vetustus codex Aegyptiaco-Arabicus exhibet ex ejusdem Petræi bibliotheca. Ejus etiam *fuit Lexicon vetus* & nitidum *Aegyptiaco-Arabicum vocum Novi Testamenti*; quem codicem mihi magno usui fuisse agnosco. (c)

Præter eos libros, quos modo recensui, tribus *Aegyptiorum Liturgiis* usus sum, *Basilii*, & *Gregorii* & *Cyrilli*; Ultimam ex pulcherrimo codice Hinckelmanniano, nunc Morgenwegiano descripsi, cujus mihi copia facta est opera amicorum meorum optimi & doctissimi *Johannis Christophori WOLFII*, Ecclesiastæ Hamburgensis ad fanum S. Catharinæ. Ceteras descripsit Lugduni Batavorum ex vetustis Bibliothecae Academicæ codicibus, carissimus meus *Paulus Ernestus JABLONSKI*, mihi nunquam sine honoris & benevolentiæ praefatione nominandus.

Ab eodem *Jablonskio* habui caput primum Libri Geneseos, & ex ceteris capitibus excerpta quaedam optime digesta: Exodi praeterea capita undecim priora, additis excerptis usque ad caput vigesimum quintum, cujus novem & decem versus descripsit, ceteris omissis ob temporis angustias: item tria priora capita Danielis Prophetae, addito Cantico trium puerorum: excerpta praeterea quaedam ex officio Aegyptiaco Hebdomadis sanctae, ubi plurimae lectiones occurrunt ex Prophetis, Proverbiis Salomonis, Libro Sapientiae, Ecclesiastico Jesu filii Sirach, & particulae quaedam Homiliarum Chrysostomi, Athanasii, Shenutii Abbatis Aegyptii, nonnullaque alia, quæ Lexicon meum plurimarum vocum copia locupletarunt. Huc accedunt excerpta

(c) Nonnulla, quae heic inserta sunt, deliberato consilio omisi, T. d. H.

a parum copiosa, quod dolendum est, ex libro
precum Aegyptiaco, ex Theotokia & Doxologia
ibris Aegyptiorum Ecclesiasticis, qui una cum plu-
imis aliis in Bibliotheca Segueriana servantur.

Ne quid omittere videar, Canonem lectionum
nnuarum ab eodem *Jablonskio* habui descriptum
n Bibliotheca Regia Parisiensi, in fine codicis an-
quissimi quatuor Evangeliorum in membrana scrip-
rum a Michaële Episcopo Damiatensi, anno mar-
rum DCCCXCVI. Christi MCLXXX. Utinam
orro pluribus subsidiis instructus fuissem: nec e-
m negavero plurimas in Lingua Aegyptiaca super-
se voces mihi adhuc incognitas, cum in eos li-
os nondum inciderim, in quibus majorem voca-
ulorum copiam contineri necesse est. Attamen
mihi scripsisse videor, quae veram ἀνάςασιν jam
idem mortuæ Ægyptiorum linguæ contineant, nec
ito fore ut quisquam candidus alienornm laborum
stimator, qui Lexico meo usus fuerit, aliter cen-
at.

Tentata est sane hæc lingua a pluribus eruditis,
d ut plurimum frustra: nec ulli eorum conatus
i deterius cessere, quam *Athanasio Kirchero*, qui
hoc studiorum genere nihil omnino vidit. Ita-
e Scala ejus, quam vocat Coptica, etsi eam, ut-
te e manuscripto derivatam, negligendam non cen-
, parce admodum usus sum. Tot enim ejus
ata in singulis fere quibusque paginis deprehen-
, ut fidem ei nullo loco temere habendam esse cen-
rim.

Habes, carissime Hasæe, præfationem operis
od totum in forma quarta majori elegantissime
nu auctoris pictum, paginas continet *686*.

Lexica conscribere ingentis esse laboris nosti,
rculem dices nostrum La Crozium, qui aliud
xicon longe copiosius ARMENICÆ LINGUÆ
n anno 1712. perfecit. En tibi istius quoque
ulum;

Dictionarium ARMENICO-Latinum, summo stud & labore ex sacris Bibliis variisque Armenorum r centioris & veteris aevi libris elaboratum, a M. V DE LA CROZE, *qui & praefationem addidit de u & antiquitate Linguæ Armenicæ.* Opus istud nc minus eleganter scriptum in eadem forma duob constat tomis. Prior continet paginas 649. si praefatione, quae constat pagg. 99. Posterior ve tomus habet pagg. 622. Non puto haec cimelia di tius ab orbe erudito debere abscondi, itaque ut ha publice nunties, te etiam atque etiam rogo, si qu in eo peccatum fuerit, adsum qui feci.

Paucis mihi quoque monendus es de libello A gyptiaco, cujus in praefatione meminit Cel. *la Cr ze*, qui mysteria literarum Graecarum enarr Autor istius libelli, ut ex narratione la Crozii h beo, fingit sibi, dum in causas inquireret cur Se vator noster vocetur α & ω apparuisse Angelun qui mysteria literarum Graecarum illi omnia dict xerit; Unicum cape exemplum literae Π. Superi ductus Christum unicam petram denotat, duae neae, quae in superiori ductu uniuntur, Ecclesia significant e Judaeis & Gentibus collectam & hu petrae inaedificatam. Quamvis enim secundum ha interpretationem litera Π potius invertenda esset h modo Π, cum Ecclesia fundamento innitatur, m dica tamen ista non curant mysteriorum studios quia & commodam invenient rationem, cur hic p tra superimposita sit duabus columnis, quia jam coelis est & humeris Ecclesiae portatur per orbe Angelus hic forte idem mystagogus fuit, qui J dæos arcana literarum suspensarum, inversarum majuscularum, minuscularum &c. docuit. Fuit quoque magistet auctoris libri בעל הטורים qui ij aperuit mysterium כף קמנה in voce בכותה Gen: 23. 2. 5. לא בכה כי אם .מעט לפי שזקנה היתה i. e. *Caph minusculum esse, cum parumper ta tum fleverit Saram Abrahamus utpote jam vet lam.* Aliu

Aliud eſt genus myſticorum, quod fidei noſtræ arcana in fabulis Gentilium reperit, eorumque Deos Chriſti typos facit. In iſtorum gratiam recudenda ſunt *Geſta Romanorum cum applicationibus moraliſatis & myſticis.* (d) ubi non *Mercurius* tantum ſed & *Midas* cum Chriſto comparatur. Sed de his alias. Vale. Dabam Berolini die 27. 1721.

(d) Impreſſa A. C. 1499. in fol.

X.

J. C. VISCHERI

Epiſtola;

In qua ſtatum hodiernum religionis in India orientali deſcribit.

Literas tuas gratiſſimas ipſis calendis Maji accepi, ſed praeter has hoc anno multas, ex quibus vota tua magna cum laetitia ac delecta-

 tione

(a) Hic idem ille eſt, cujus epiſtolam ad Johannem *Tſetſi* Cl. III. faſc. V. inſeruimus. Hanc ad Patrem ſuum *Tammerum Viſcherum*, Harlingarum, medicum doctiſſimum, ſcripſit, qui eam benevole nobiscum communicavit. Quanquam in ea nonnulla occurrunt, quæ alibi narrantur uberius, & alicujus adhuc elucidationis egeant, multa tamen continet lectu digna, quæ cum voluptate leges. Scripta eſt Couchinæ vel Cochinæ, vel Cotchinae, quae urbs, ſin Goa deceſſeris, illis oris fere maxima eſt, & inde ab a. 1663. quo Luſitanis erepta eſt, Belgis paret. Sita ad oras maris ſub gradu X. latitudinis cis Aequatorem in regno Malabariæ, T. d. H.

tione percepi, defideras fcire ftatum religioı ritus & populorum, & facra gentium harum, qu rum maxime notabilia hifce breviter perftringaı.

Seres five *Chinenfes*, vicinique populi Japone fes aliique funt & entiles plerique, extranei atq Idololatræ: Soli, Lunæ atque Syderibus, quit neque pulchrius quicquam, neque falutarius in ginari fibi potuerunt, divinitatem tribuentes m Monftra horrifica, aliaque portenta adorarun atque immolarunt: Mirum fane populos tanta pientia imbutos, quique fe folos oculatos, E ropæos monoculos, cæteros cæcos arbitrantı adeo infanire atque a ratione averfos effe; nı lum invenies Chinenfem, qui domi fuæ non c lat Idolum; Deum tutelarem, laresque fuos h beat vero Deo furenter & impie neglecto; l apponunt cibos, quafi cibis vefcerentur, hif accendunt femper lumina, quafi oculis capti n forent; in fepulcris dealbatis condunt cadaver idque in horto fuo, hifce menfas inftruunt; Vefania incredibilis! non poterant enim horu carnalium animi, vitiorum pondere ac libidinu mifere depreffi, diu in cœli regione verfari. H rum ego omnium oculatus teftis fui: ceteroqu fatis aftuti, fculptores imaginum egregii, fed ir periti pictores; horum, in Batavia (Javæ atq totius Indiæ Batavæ Metropoli) numerus 1000 excedit, frugalitate & induftria nulli funt inferi res. De *Japonenfibus* nihil nobis certi confta nemini enim ex fuis permittunt, e patria migr re; Chriftiana religio in illis Infulis plane dele atque extincta eft, fcilicet ab illo tempore, qı dolus Jefuitarum palam factus eft, atque inn tuit Imperatori: nulli nationi Europaeæ adit patet ad Japonenfes, nifi folis Batavis: & ipfi a gufto in loco inclufi funt, adeo ut nihil certi

iis prædicare possim; gentem tamen istam coloniam esse Chinensium docet forma & statura his similis, licet moribus atque institutis admodum dissimiles sint, quod sine dubio, ex odio, quo Japonenses illos prosequuntur, proficiscitur; quoniam ab his olim sedibus suis expulsos esse, antiqua fama fert.

Quod ad Insulas Indiæ orientalis spectat, quales sunt *Sumatra*, *Java*, *Celebes* (in qua regnum Macasser præcipuum) viget apud Indigenas illarum religio Mohammedana, quæ nullo modo videtur posse extirpari ex illorum animis, carnalibus voluptatibus nimium imbutis atque addictis, nec non regnum Magni Mogolis, Persicum, reliquaque loca atque regna vicina, maxima ex parte hac secta sunt infecta, sed in terris, quæ mari adjacent, plerumque sunt Gentiles atque Idololatricæ, ex quibus præcipue Malacca, Siam, Bengala, Cormandelia, Malabaria atque Guzarata sive Cambodia.

Si vero religionem reformatam spectes, illa his in oris obtinet, ubi nostri Batavi imperio potiuntur; Nullibi autem plures invenies Christianos, quam in Insulis Amboina Cariophylliphoro, Banda Myristica, Ternate, vicinisque Insulis Moluccis, in quibus maxima pars extraneorum convertitur ad Deum verum. Bataviæ multi sunt Christiani, quorum numerus cum vicinis proximisque locis & vicis, numerum 100000. superat.

Hic sedes, hic Imperium Batavorum, & Gubernatoris totius Indiæ Batavæ, qui multos reges potestate, Imperio, regnis atque Ditionibus superat atque antecellit; hic sunt Domus & palatia & horti amœnissimi, immensaque opum vis, cum qua paucæ civitates Europæ conferri possunt.

Duo

Duo hic ſunt templa, in quibus concio habetu lingua Batavorum vernacula, duo lingua Luſi tanica, & unum lingua Malaica (quæ filia eſt lin guæ Arabicæ.) Duodecim & plures ibi quando que ſunt verbi divini Miniſtri, quibus ſingul menſibus præmium ſive ſtipendium 225. floreno rum Batavorum tribuitur laborum ſuorum, cum extra Bataviam ducenti tantum deferantur. I Inſula *Ceylonia* canellifera ſive cinnamomifera numerus Chriſtianorum reformatorum quotidi creſcit & augetur, ſine dubio centena aliquo millia ibidem reperiuntur, nomenque Chriſto de dere. Ut reliqua prætermittam neque nimis di inhæream illis, quæ mihi minus perſpecta ſunt ad deſcriptionem orarum Malabaricarum piper ferarum quam maxime ac Cardamomiferarum (cujus uſus in cibis condiendis frequentiſſimus e in India viciniſque regnis) quarum plenior mih cognitio, me conferam, utpote qui in illis a præcipue ejus metropoli *Couchin*, per tres anno degi, ceteraſque peragravi; illæ oræ ſe extendun in longitudine ſive ab Auſtro in Boream a pro montorio Comorino ultra Goam; in varia regn atque principatus diviſa, varioſque populos com plectuntur. Varia ſacra, varios ritus & inſtitu ta habent: multi hic inveniuntur Indi, ſine ull regimine atque imperio, multi Mauri religion Mahumedana, per Arabes invecta, infecti: ipſ Gens ſeu Indigenæ Ethniciſmum profiten tur, ut & illorum reges principeſque. Quatuo hic regna præcipua inveniuntur Schamorin, Cou chin, Coloaſtri & Trevancor, & præter illa in numera minora, quæ majoribus non ſunt ſubje cta, niſi in hoc, quod tempore belli delectus mi litiæ ibi habentur, ac copiæ conſcribuntur, & quemadmodum Electores Romani imperii, impe ratori ſunt ſubjecti. To

Tota illa gens in quatuor tribus est distributa, quæ nullo modo sese permisceri sinunt. Prima tribus est *Braminum*, qui se sanctos esse prædicant: hi sunt Medici, sacerdotes, pædagogi & consiliarii principum, hi sunt philosophi & Ethnicorum magi, in Astronomia, Solis, Lunæ, Syderumque cursu, periodisque more Asiatico bene instructi; abstinent ab eduliis ex animantibus, & quicquid vitam fovet, desumptis, herbis, fructibus, oryza, ac lacte sustentant vitam. Horum conjuges sunt inviolabiles, cum illis contra liceat, quorumcunque conjuges, imo regum & principum, impune vitiare ac contrectare; o execrabilis sanctitas! Secunda tribus est de *Xetrys*, ex qua oriuntur plerique reges ac Principes, sed eorum filii non constituuntur hæredes regni sive dominii, quoniam proles incerta est, sed sororum filii. Quod si vero Rex aliquis e tribu Braminum natus sit, cujusmodi tres aut quatuor in his oris reperiuntur, horum filii in regno succedant; quoniam nemini licitum est illorum conjuges attrectare, neque cum illis consuetudinem habere, Tertia, Tribus est *Nairorum*, hi sunt milites atque Nobiles horum regnorum, sicuti Poloni; ab horum quoque multitudine se denominari curant jubentque. Sic Rex Couchinensis 40000. Nairorum sub imperio suo habet; his nobilibus non licet ducere uxores, sed concumbunt sine discrimine more bestiarum cum mulieribus ex sua tribu, harum mulierum una novem decemve amantes habet, quo plures, eo nobiliores censentur. Ultima tribus vulgus dicitur ac faex populi, & illa tamen in varias quoque classes divisa est, quarum prima *Chetti* & ultima *Poelcas* dicitur, hæc vero in servitute posita est. Horum omnium gentium, &

Tribuum, & classium ritus, mores ceremo niasque velle recensere, imo percurrere, & o perosum nimis, & longum, & molestum tib foret, & licet multi de his scripserint, nem tamen recte, neque secundum rei veritatem.

Numen quod adorant, dicitur *Ixoretta*, quo in tria sese diversa distinxit Numina, *Ixora Vestinum* & *Bramma*;

Numen sibi finxere, quod horrendum dictu sub forma membri virilis, lapidei aut ferrei ut hoc ipso significarent, divinitate omnia pro creari, sic qui Dei præcellentissimum numer ignorant, Deum sibi ex pudendis finxere. Na turâ enim insitum mentibus hamanis est, ess vim quandam divinam atque aeviternam, qu omnia moveantur, procreentur ac conserven tur. Huic membro virili offerunt pudicitia virginitatemque puellarum, adigendo illud, ma xima cum vi, neque sine stillicidio sanguinis. (Execranda vis, ac crudele stuprum! cum ejus modi stuprata puella, hoc modo fano est con secrata dicatave, occiduntur Gallinæ, foras que quasi in sacrificium projiciuntur, sic etian stupris atque flagitiis immolantes.

Nihil magis inviolabile illis est, quam Bo femina, qui eam occiderit, confestim illi mor oppetenda, harum vaccarum statuæ & imagine adorantur in Delubris, imo stercus illarum, u quid sanctum, quodque omne infortunium ar cere possit, postibus apponitur: o quam miser ac animalis gens! qui non quadrupedum tan tum & serpentum simulacra adorant, sed & Deum in monstris Horrificis, in impuris vo luptatibus, in terrenis sordibus & stercoribu inquirunt, sic sine ullo fructu omne studiun vitæ, in hisce noxiis, falsis ac nefariis superstitio

nibus

nibus consumentes. Habent & Excelsa, sacratasque arbores, his accendunt lucernas precesque coram ipsis fundunt. Sunt & hic meretrices, suis fanis ac delubris consecratæ dicatæve: quicquid præmii & mercedis ex stupris colligunt, redundat in Emolumentum fani istius, quod & olim apud Babylonios & Cyprios obtinebat.

Superstitiosi admodum sunt in observandis tempestatibus, fulguribus, tonitrubus, & avium volatibus. In nostris aedibus, nec edere nec bibere illis licet, & contactu nostrorum, se impuros esse arbitrantur; lavant se quotidie magna cum superstitione ceremoniisque, frontemque ligno santalo, cum merdis bovinis mixto, se coinquinant, et & hinc & inde brachia & corpus, impurissima sic religione constituta, in signum se jam lavisse & lotos esse; comburunt suos mortuos, cineresque abscondunt; Noxii, vel sua tribu ejiciuntur, vel caput illis amputatur, vel servitio addicuntur venduntur que. Connubia mature ineunt, neque puella decem vel duodecim excedere debet annos, sed tamen ante decimum tertium marito cum illa concumbere non licet; viduis secundum conjugium interdicitur, & statim post obitum mariti, capillis, omnique mundo muliebri privantur, gestant mulieres monilia in auribus naribusque, & armillas in manibus pedibusque uti olim more receptum erat.

Juramentum illis est maledictio Regis *Ramma* dicta, etsi quis virgultum terræ inseruerit, cum Ramma dicta regis, eam colere illis tunc non licet, nisi prius maledictio sit sublata; sustentant alunturque reges & plebeji Oryza, fructu cocos, & pisang, bibuntque aquam, lac, & vinum e coco vel palma factum.

Sed ut ad Christianos harum orarum transeam Sunt hic multi Romano-Catholici, qui & hic suc Archiepiscopos, canonicos, sacerdotes, vicario aliosque clericorum ordines habent, a Papa Rc mano cum Lusitani has oras tenebant, creatos pauciores vero Reformati, & denique Christiani, Divo Thoma sic dicti, quorum originem & inst tutá secundum rei veritatem brevibus tradam.

Sunt hi origine & gente Malabares, a Divo Tho ma Apostolo, ut ferunt, conversi ád Christianar fidem, quique venit primus, in opposita harur orarum parte, dicta Cormandelia anno salutis 4 ille convertit quosdam horum Indorum, ad fidem i Christum Jesum; & quasdam constituit Ecclesias dein juga montium transiens, venit in terras has Malabaricas, & heic constituit aliquas Ecclesias duosque ex suis sociis reliquit doctores: ipse ver reversus in oras Cormandelias, sacraque peragens occisus est ab Ethnicis Idololatris, atque hoc mc do ut Martyr vitam finivit; nisi mavis fidem hab re potius Heraclioni hæretico, Apostolorum æt ti perquam vicino, qui Thomam nostrum (ut Matthæum & Philippum) citra Martyrium mo tem obiisse prodidit; post ejus obitum, & duo D ctores, postquam aliquandiu Ecclesiæ Malabaric præfuissent, eamque rexissent, extincti sunt, & cu illis zelus religionis aliquo modo inter Christian imminutus ac deletus est; Inter alios prodid Magus quidam Mannacavasser dictus, qui mult falsis suis miraculis a fide Christiana abduxit; E tempore 160. familiæ (quas tanquam generation magnas habere debes) exstitere, quæ Christo adha rebant; hæ familiæ ob defectum Doctorum, & o quotidianum cum Idololatris commercium, ad 9 & tandem ad 64. imminutæ sunt. Hic erat stat Christianismi in hisce oris, ad annum 700. ut br viter omnia contraham: cum mercatores quida Hierosolymitani in has regiones appulerunt, q

cu

cum maxima harum familiarum Christianarum laetitia atque admiratione recepti sunt, quique ad hoc tempus alios praeter se in mundo esse Christianos ignoraverant. Quum igitur ab his mercatoribus in vera fide essent confirmati, se recepere Hierosolymam in patriam. Cum igitur Christianus Episcopus, qui sedem fixerat in Orpha sive Ourpha (ex clarioribus Syriae antiquae seu Diarbechiae urbibus una) hæc intellexisset, misit Sacerdotes, aliasque familias Christianas, in hasce ditiones, qui se cum Christianis Malabaricis junxere, quique cum illis in unum corpus coaluere; ab illo tempore subjecti aliquo modo fuere Ecclesiæ orientis, habentque hoc tempore unam eandemque cum illis fidei formulam; Episcopus ex Syria vel Babylonia illos regit, textus illorum originalis est testamentum Syriacum. Tempore regis Ceramproumalis, qui celeberrimus harum orarum rex extitit, & qui fundamenta hodierni imperii Malabarici jecit, unde & calculus annorum Malabaricorum orditur, tribus privilegiis hi Christiani Divi Thomæ donati fuere 1. sc. mercaturam exercendi tamdiu, quam durat sol & luna. 2. publica templa extruendi. 3. Quod nullus ex illis, ut servus vendi possit; Hoc contigit anno C. 825. stetit ecclesia sub hac forma ad annum 1500. cum Lusitani illorum statum misere afflixere, occidendo illorum Episcopos & instigando regem Couchinensem, ad illos persequendos, qui sese subjicere Papæ Romano recusabant, pro quo facto præmium 30000. ducatorum aureorum nactus est. Sacerdotibus illorum interdicebant connubia inire? miscuere se cum Christianis Divi Thomæ, eorum templa occuparunt, vel simultaneum introduxerunt, imaginesque in illis suspenderunt, quas tamen illi divi Thomæ Christiani abominantur, multos vi, alios præmio ad suas partes pertraxerunt, donec tandem Batavi, Lusitanis devictis atque ex illis oris expulsis, Christianis D. Thomæ potestatem fecere religionem

gionem suam libere exercendi, quæ magna ex par cum nostra convenit reformata; non tolerant imag nes ad adorandum, negant transsubstantiationem dant Laicis panem & vinum aquâ mixtum, co nubia sacerdotibus licita esse asseverant; Quidam t men ex illis sunt Nestoriani, alii Eutychiani, Spir tum Sanctum ex solo Patre procedere antumant, nu merus horum Christianorum, in Malabaria 10000 excedit, ex illis multi sunt divites mercatura fact Sed hæc hoc tempore sufficiant. Vale. Dabam Co chi prid. Kal. Novemb. 1720.

QUÆSTIO.

RODOLPHUM *Agricolam*, cujus incomparabiles anim dotes ipsorum Italorum admirationem excita runt, supra p. 708. legimus vocari *Rudolphum a ZILO HA*. Id alibi me legisse non memini, neque, qui vitam ejus sigillatim memoriæ prodiderunt, Gerhardu *Geldenhaurius*, Noviomagus, Melchior *Adami*, Vi tarum Professorum Groningensium Auctores, alii quidquam, quod huc faceret, habent. Neque à loc natali ita dici potuit, cum eum Bafloæ, qui agri Gro ningensis duabus ab urbe Leucis distans pagus est, na tum esse nos doceat Ubbo Emmius in Hist. RR. Fris L. XXIX. p. 457. Fortassis, sicut illi, qui in carmini bus pangendis excellunt, ora proluisse fonte Caballi no dicuntur, aut undas potasse Aganippidos, aut Ca stalias, ita ei, cum, teste Paulo Jovio, tantum pro fecerit in Hebraicis, ut *Hierosolymis natus educatusqu a doctissimis crederetur*, de fonte Hierosolymarum Si loha, nomen dederunt, ut eum rariori illa ætate lin guæ sanctæ cognitione imbutum significarent. Qui me certiora docuerit, rem mihi non minus gratam facturus est, quam si mihi indicaverit, quænam ra tio sit cognominis RIZAEI, quod magno Viro Al berto *Hardenbergio*, à Johanne *Molano*, in illo epita phio, quod etiamnum Emdæ in templo majori, in pariete lateris australis, insculptum orichalco, visi tur, datum est. T. d. H.

Continuatio aliquot Librorum, qui venales proſtant apud S. Schoonwald.

HEidani corpus Theologiæ Chriſtianæ 4 Lugd.
Helvici Elenchi Judaici Ed. Crenii 8. Lugd. Bat.
Hiſtoria univerſalis antiqua in plano Auguſt. Vind.
Hoeke Delineatio Cogitationis & Veritatis in lege Evangelica 8. Lugd. Bat. 1708.
Hoornbeek ſumma Controv. 8.
Höpffneri loci Theolog. 4. Lipſ. 1673.
Hornii Hiſtoria Eccleſiaſtica cum Continuatione 8.
Huetii Demonſtratio Evangelica,
——— 8. Amſt: 1680. 2 voll.
Hulſius de Vallibus Prophetarum 4. Amſt. 1701.
——— Hiſt. S. de Honeſtate & Extenſione Legum Levit. 18. 4. 1714.
——— Verba Ithel, Uchel & Lemoel, ſeu Comm. in ultima Paroemiaſtæ Salomonis 4 Lugd: 1693.
Humelii opus Theologicum Theor. Pract fol.
Hus & Hier. Pragenſis Confeſſorum Chriſti Opera omnia fol. Norimb. 1715. 2 voll.
Hufferi Concordia Concors de Origine & Progreſſu formulae Concordiæ 4 Franct. 1690.
——— Compend. Locor. Theolog. ex S. S. & Lib. Concordiæ 8 ib: 1712.
Jageri Hiſtoria Eccleſiaſtica fol. Hamb. 1709.
Janſſenii Commentar. In Evangelia 4 Rotomagi.
Ignatii Martyris Epiſtolæ Gr. Lat. 4 Amſt: 1646.
Kabbala Denudata, ſive Doctrina Hebræorum, vel Apparatus in Librum Sohar 4 Francof. 1677.
Kempis de Imitatione Chriſti: 32.
Knatchbull Animadv. in Libros N. Teſt. 8 Ffti:
Kerchove Methodus corrigendi Regulares 8 Col.
Kirchmeierus de Unico fidei Principio verbo Dei 4

Knoll Vocabularium Biblicum Novi Teſt. 8
Koeberus de Sanguine J. Chriſti 8 Dresd. 1698
Koelman de Feſtis Diebus in Eccleſiis Reformati
Köning Theologia Poſitiva acroamatica 8 Roſtoch
—— Diſpoſitiones in Univerſam Theologiam
Kophe de Templo Salomonis 12 Amſt. 1698.
Krans Theophilus quærens & amans Deum ſuum
Kromaijeri Theologia Poſitivo-Polemica cum Iſagoge a Pffeiffer. 4. Francof. 1787.
Lampe & Haſæi Bibliotheca Hiſtorico-Philologico-Theologica Claſſis 1. 2. 3. 4. 5 comp. 5 vol
—— Hiſtoria Eccleſiaſtica 8 Traj. 1721.
Lamii Apparatus Biblicus 8 Lugd. 1711.
Langii Inſtitutiones paſtorales 8 Norimb. 1707.
—— Diſſ. Botanico-Theologicæ de Herba Borith. 4. 1705.
Leusdeni Philologus Hebræo mixtus 4. Lugd.
—— Philologus Hebræus 4. Traj. 1656
—— Clavis Hebraica Veteris Teſt. 4. ib. 1683.
—— Compenduim Biblicum N. Teſt. 8. Lugd.
—— —— Græcum Nov. Teſt: 8. ib. 1702.
—— Onomaſticum Sacrum 8 Traj: 1684.
—— Liber Pſalmorum Hebr. Belg. 1666
—— Manuale Hebr. & Chald. N. Teſt. cum verſ. Lat-Belg. 12 Traj. 1668.
Leydekkeri Exercitationes ſelectæ Hiſtorico-Theologicæ 4 Amſt: 1712 2 vol.
—— Fax Veritatis 4 Ultraj. 1677.
Lightfooti Horæ Hebraicæ & Talmud. in 4 Evangeliſtas 4. Lipſ. 1684.
—— In acta Apoſtolorum, Epiſt. ad Romanos & Corinthios. 4 ib. 1679.
Limborch in acta Apoſtolorum in Epiſtolas ad Romanos & ad Hebræos fol. Rott: 1711

Hujusmodi Librorum proxima occaſione plures.

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis Quintæ

FASCICULUS QUINTUS.

AMSTELODAMI,

Apud SAMUELEM SCHOONWALD,

M. DCC. XXII.

Viro magnifico, ſumme
venerando, excellentiſſimoque

JO. GEOR-
GIO PRITIO,

Doctori Theologiæ ce-
leberrimo,

& poſt varias in aliis Academiis atqu
eccleſiis ſumma cum laude adminiſtra-
tas provincias,

R. Miniſterii, quod Trajecti Fran-
corum ad Mœnum eſt,

cum maxime

SENIORI,

pietatis laude, meritorum amplitudine,
eruditionis fama

PERINCLUTO.

Hu-

Hunc

BIBLIOTHECÆ

Hujus

FASCICULUM,

ut publicum exſtet obſervantiae
erga eum ſuae & voluntatis,
& cultus

TESTIMONIVM,

EIUSQUE BENEVOLENTIAE perpetuitatem & ſibi & operi huic
impetret,

VOTIS PRO FORTUNATISSIMIS
rerum ab eo publice, privatimque
gerendarum ſucceſſibus

SINCERE NUNCUPATIS,

inſcribit atque dedicat

EDITOR.

Habes hic

בעה.

CONRADI IKENII,

S. T. D. & in ecclesia Brem. ad D. Stephani Pastoris primarii, de loco Col. III: 11.

EPISTOLA.

SUMMARIUM.

Occasio scriptionis §. 1. Virorum doctorum de hoc loco sententiæ examinantur, v. gr. Erasmi. Scythæ variarum virtutum laude inclyti §. 2. Salmasii, Mori, Relandi. §. 3. Cur horum sententiæ non possint locum obtinere §. 4. Erat olim triplex discrimen *Religionis*, *Conditionis* & *Sexus*. Discrimen inter Judæorum liberos & servos, §. 5. 6. Scopus Apostoli §. 6. 7. Barbari hic sunt Phryges. Tibia Barbara. Buxus barbara. *Barbaricarii*. §. 8. Barbari sunt *servi*, Scythæ *liberi*. §. 9. *Phryges* enim, qui hic Barbari dicuntur, erant *servi*. Erant enim servilis ingenii homines §. 10. Et Conditionis §. 11. E contrario *Scythae* erant *liberi*. Colossenses erant Phryges. Occurritur Objectioni §. 12, 13, 14. Syrus interpres illustratur. Non ille Scy-

thas vocavit Aromæos. §. 15. Plinius emendatur. *Nomæi*, Nomades §. 16. Conclusio §. 17.

Celeberrimo Viro

THEODORO HASÆO,

Collegæ Conjunctissimo

S. D. P.

CONRADUS IKEN.

§. 1.

CUm nuper Bibliothecæ Hist. Phil. Theologicæ, quam non sine insigni rei literariæ incremento adornas, fasciculum XXVI. lustrarem, dici non potest, quanto me gaudio, quantaque voluptate perfuderit, conspectus nondum mihi visæ dissertationis Clariss. RELANDI, quæ ortam ex verbis Pauli ad Coloss. III: 11. difficultatem, quæ summis hactenus Viris crucem fixit, tollere conatur: qua ratione scilicet Apostolus Scythas à Barbaris distinguere, iisdemque, ut videtur, opponere possit, cum certissimum sit, solis Græcis exceptis, omnes omninò populos, ipsosque adeo etiam Scythas, Barbaros antiquitus fuisse adpellatos. Etsi autem in lectione ipsa plurima inveni, scitu non minus quam nomine ac memoria Celeb. Relandi dignissima, quod ad rem tamen summam attinet, non magis ipsius, quàm alius cujuscunque Viri Docti de hoc argumento sententiæ subscribere potui.

§. 2. Quin cuncta potiùs ea occasione dili-gentiu

gentius paulo expendens, omnesque circumſtantias ſedulo mecum reputans, incidi in aliam plane ſententiam, quam, ut fidem non ita pridem datam liberem, paucis cum maximè tecum communicabo. Ut autem eò felicius procedam, breviter diſcrepantes Virorum doctorum ſuper hoc argumento ſententias, unà cum rationibus quæ me ab iis diverſum agunt, exponam.

Agmen ducat Eraſmi illa, cujus tu quoque, Vir Celeberrime, mentionem in Analectis feciſti, qui Scytham Barbaro opponi cenſet, non quod is Barbarus non ſit, ſed quod præ hoc reliqui Barbari non ſint Barbari. Idem placuit Eſtio, Cornel. à Lapide, Grotio aliisque, niſi quod hi Scytham Barbaro hanc ob cauſam non opponi, ſed ab eo tantum per incrementum orationis diſtingui cenſeant. Verum licèt minimè negem Scythas Barbaris annumeratos fuiſſe, nemo tamen hactenus oſtendit, dignos eos eſſe, qui tantopere infra reliquos barbaros deprimantur: cùm ſi Veterum fide ſtandum ſit, quantum virtus omnibus rebus anteit, tantum profectò Scythæ eos omnes nominis claritate virtutisque gloria ſint antegreſſi. Ad ſapientiæ laudem quod attinet, id ſaltem, quicquid etiam obloquantur Morus, Scotanus atque Relandus, ex teſtimoniis à Salmaſio ex Herod. Juſtino & abs te in Anal. §. 8. ex Curtio & Origene adductis, manifeſtum eſt, Scythas eâ reliquis Barbaris neutiquam inferiores fuiſſe, ſed longo potius omnes poſt ſe intervallo reliquiſſe. Juſtitiam Scytharum digno encomio jam ornavit Homerus Iliad. S. v. 5. eos δικαιοτάτους ἀνθρώπους homines juſtiſſimos vocans. Confer Arrianum de Exped. Alex. lib. 4. in princip. Aeſchylus eos appellavit εὐνόμους, Choerilus νομίμους, Ephorus vero affirmavit τῇ δικαιοσύνῃ πάν-

τῶν διαφέρειν justitia omnes superare, ut docuit Strabo Geogr. lib. 7. & ex eo Bochartus Geogr. S. col. 173. seq. Eorundem frugalitatem, animi continentiam, comitatem, simplicitatem atque integritatem summis laudibus extollunt Ephorus, Strabo, Nicolaus Damascenus aliique quos citat Bochartus l. c. p. 174. Quanta fide fuerint in servandis foederibus legatus eorum testatur apud Curt. lib. 7. c. 8: *Jurando gratiam Scythas sancire ne credideris: colendo fidem jurant. Græcorum ista cautio est, qui acta consignant & Deos invocant: nos religionem in ipsa fide novimus.* Fortitudine maximè clari erant, unde & *invicti* crediti. v. Curt. lib. 7. cap. 9. Denique huc quoque pertinet summum illud *libertatis* studium, de quo in seqq. quod certè animi ingenui signum. Tot igitur virtutum laude inclyti Scythæ, quo jure omnium Barbarorum Barbarissimi (ut eos Grotius vocat) adpellari mereantur, non video.

§. 3. Neque tamen ea apud me tanti sunt, ut idcirco in Salmasii sententiam in Offil. Ling. Hellen. p. 359. seqq. cum Trierenbergio in dissert. Tom. II. Thes. Theol. Phil. p. 620. seqq. inserta, pedibus ire velim, qui in omnia alia abiens Scythas Barbaris opponi censet, quod omnium Barbarorum essent minimè Barbari: id enim nihil plane ad scopum Apostoli faceret, ut mox videbimus; Dein cùm Scythæ ipsi populis Barbaris accenserentur, minus conveniens sane fuisset eos respectu Barbariei aliis Barbaris opponere, cùm ea ipsimet non plane immunes haberentur; denique id plane repugnaret perpetuæ loquendi consuetudini, nunquam enim Veteres Barbaris eâ ratione Scythas aliosve populos minus Barbaros, sed Græcos ipsos, qui soli censebantur non esse Barbari, opponere solebant, quod & ipsi

ipse secutus est Apostolus Rom. I: 14. Alex. Morus in not. ad h. l. existimat si omninò oppositio admittenda esset, per Barbarum Judæos, per Scytham gentes intelligi posse, ut Judæus, Circumcisio, Barbarus, opponantur Græco, Præputio & Scythæ. Ast qua ratione Apostolum à ταυτολογίας vitio liberaremus, si eadem res ter aliis verbis præter omnem necessitatem aut emphasin repeteretur? Et licet Judæi aliquandò Barbaris accenseantur, quis tamen vel fando unquam audivit, eos κατ' ἐξοχὴν, & quidem in oppositione Scytharum, idque à Scriptore, qui Hebræus ex Hebræis erat, Barbaros appellatos, vel contra omnes gentes præter Judæos Scythas esse vocatas.

§. 4. Verum nec ipse *Morus* satis in hac sententia videtur acquiescere potuisse: in initio enim annotationum observavit, minime necesse esse aut dignum liberrimo Pauli spiritu, ita librare antitheta, ut hæc duo non minus inter se opponantur, quam illa bina, quæ præcessere paria, & illud quod sequitur &c. A qua sententia non longe abit Celeb. *Relandus*, dum statuit Apostolum non tam Scythas Barbaris opponere, quam ab iis distinguere voluisse, idque tribus potissimùm de causis (1.) quòd omnium Barbararum Gentium Scythica esset numerosissima. (2.) Quod extra Romani imperii fines constituta. (3.) Quod præ reliquis immani feritate conspicua. Sed nec huic calculum addere possum. Gratis enim supponitur Apostolum Scythas à Barbaris distinguere, non illis opponere, cum contrarium totius orationis cohærentia postulet, uti enim tam inter ea, quæ præcedunt, Judæum nempe & Græcum, Præputium & Circumcisionem, quàm inter illa quæ sequuntur, servum scilicet & liberum, oppositionem esse nemo negabit, ita nisi turbato Ora-

tionis flumine, hiulcum efficere verborum concursum velimus, idem quoque in duobus hisce admittatur, necesse est. Præcipue cum id ipsa re natura flagitet. Dum enim Apostolus in eo est, ut probet omne externum discrimen, quod olim locum habuerat, sub Oeconomia Novi Fœderis sublatum esse, aliquot exempla proponit, in illa σχέσει quam ad se invicem habuerant, quæque hujus discriminis causa fuerat, illam autem σχέσιν cum maxime cessare pronunciat, dicens, *Non est Græcus & Judæus* &c. Hæc igitur necessariò in illa σχέσει, quæ tantum intulerat olim discrimen, ut arctiorem communionem impediret, ut sibi mutuo opposita consideranda sunt. Quod cum in exemplis quæ pro contrariâ sententiâ ex Epistola ad Romanos, ad Corinthios &c. allegantur, non item locum habeat, nihil ea probant. Nec quicquam juvat, quod Cel. *Relandus* tantopere urget, omissam esse copulam inter voces Barbarus, Scytha, si enim idcirco hæc opposita non sunt, de servis & liberis ubi eadem quoque desideratur, idem dicendum erit.

§. 5. Sed quid multis? iis quæ modo diximus, recte animadversis, evidentissimum erit tam hanc quam omnes reliquas sententias scopo Apostoli minimè satisfacere. Ad populorum enim discrimen quod attinet, nihil sanè ad rem faciebat, an Scythæ magis vel minus Barbari, an reliquorum Barbarorum numerosissimi an extra Romani imperii fines constituti; an denique magis efferi quam alii, nec ne. De his enim nulla inter Christianos lis erat, sed potius an liceret cum gentibus communionem habere, quod cum affirmasset Apostolus in priori membro, dicens non esse Græcum i. e. Ethnicum aut Judæum, circumcisionem aut præputium, decisa jam erat omnis

omnis illa quæſtio. Neque eſt, ut quis objiciat, Apoſtolum inſuper Barbarorum & Scytharum mentionem facere voluiſſe, ut eo magis pateret, nullam omninò gentem, quamvis etiam maxime effera eſſet, nativitatis ſorte amplius ab Eccleſiæ communione arceri, hoc enim fuiſſet cum umbra certare, cùm nulla unquam hac de re lis, quantum conſtat, mota fuerit, vel moveri etiam potuerit: quoniam non hæc aut illa gens, ſed omnes promiſcuè nullo habito reſpectu majoris vel minoris feritatis à πολιτείᾳ Iſraëlis excluſæ fuerant, quo ſublato ultro ſequebatur, omnibus gentibus, nullâ exceptâ, ad Eccleſiæ communionem viam eſſe recluſam, & Tros Rutulusve fuat nullo diſcrimine habendum. His rationibus rite ſubductis concludimus, aliud quoddam diſcrimen præter illud, quod Judæos inter & Gentes interceſſerat, Apoſtolum ante oculos habuiſſe, & una cum priori tollere voluiſſe. Quodnam autem ſit ut inveſtigemus, obſervandum, omne diſcrimen, quod ſtante Oeconomia legali locum habuit, triplex potiſſimùm fuiſſe, *Religionis*, *Conditionis* & *Sexus*.

§. 6. *Religionis* diſcrimen Deus ipſe poſuerat, cum erecto cum ſolis Iſraëlitis fœdere, reliquas gentes per μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ ab ipſorum communione excluderet. Vide Epheſ. II: *Conditionis* diſcrimen intercedebat inter Liberos & Servos. Servos hic proprie non intelligo, qui gente Judæi erant, hi enim à liberis, ſi id unum excipias, quod ſexennio illo, quo ſerviebant, aliorum opus facere tenebantur, non multùm differebant, cæterum enim leniter, ut fratres tractabantur eodemque fere in omnibus jure, quo liberi, imprimis quoad ſacra gaudebant. Secus autem cum Servis ex gentibus oriundis comparatum

tum erat. Illi licet Judæorum ſacra amplecterentur & pro more recepto per Circumciſionem & Baptiſmum iis initiarentur, ſi id fieret לשם עבודה i. e ea conditione ut manerent ſervi, vel etiam qui ex talibus naſcerentur, multo deterioris conditionis, non ſolum quoad ſtatum politicum vel Oeconomicum, ſed & quoad ipſa Sacra, erant, quam Judæi, vel etiam homines liberi aut manumiſſi, qui relicta ſuperſtitione in Judæorum caſtra tranſirent. Tales enim ſervi יצאו מכלל גוים ולכלל ישראל לא באו *exeunt è numero Gentium, ſed ad conſortium Iſraëlitarum non accedunt.* Ut ex Sanhed. fol. 58. b. & Maim. Iſſure-Bia cap. 12. & 13. docet Selden. de jur. N. & G. lib. 2. cap. 4. p. 172. Idem apud ipſas gentes in uſu fuit. Licèt enim in nonnullis ſacris, ut in σεφανηφορίοις Liberi & Servi eodem jure gauderent, ut ex Scholiaſt. Ariſtoph. in Plut. v. 21. rectè ad hunc locum monuit Morus, alia tamen quàm plurima erant, quæ Servis plane excluſis à ſolis liberis atque ingenuis celebrabantur. Talia erant Junonis in inſula Co, ut ex Macareo docet Athenæus lib. 6. p. 262. Ὁπόταν τῇ Ἥρᾳ θύωσιν οἱ Κῶοι, οὔτε εἰσεισιν εἰς τὸ Ἱερὸν δοῦλος, οὔτε γεύεταί τινος τῶν παρεσκευασμένων. *Quum Coi ſacrificant Junoni, neque ſervus templum ingreditur, neque quicquam guſtat ex iis, quæ apparata ſunt.* Idem ib. p. 263. de Phorbantis ſacrificio agens, ἐλεύθεροι γὰρ, ait, εἰσὶν οἱ διακονοῦντες, δούλῳ δὲ προσελθεῖν οὐκ ἔστιν ὅσιον. *Liberi enim ſunt, qui miniſtrant, ſervo autem ne accedere quidem fas eſt.* Idem apud Athenienſes, cum rem divinam furiabus facerent, & apud Aeginetas Monophagos in uſu fuiſſe obſervat Caſaub. ad Athen. lib. 14. Animadv. cap. 10.

Sexus diſcrimen mares & fœminas ſpectabat. Il-

lorum enim præ his multo potiores in quamurimis, etiam in ipso cultu sacro, partes erant. uæ cum hujus loci non sint, lubens prætereo, quæ hactenus dicta sunt ad scopum propius returus.

§. 7. Scilicet cum per suavissimum Evangelii æconium, ex omnibus promiscuè gentibus poulus ad arctissimam mutui amoris communioem ejusdemque juris atque privilegiorum fruionem vocaretur, difficultas oriebatur an hæc ommunio eò usque extendenda esset, ut omne uod hactenus viguerat, discrimen tolleretur. um autem hæc quæstio non leves sæpe in Ecesia turbas excitaret, Apostolus eam aliquoties Epistolis solvit, ostendendo א. abrogato jam edere Sinaitico, quod cum solis Israëlitis erecum fuerat, ruptoque intergerino pariete Judæos gentes in unum corpus redactos esse, omneue adeo inter illos in posterum discrimen cessa. v. Ephes. 2. & passim.

ב. Ad servos & liberos quod attinet, docuit lationem, quæ inter illos in statu Politico & economico erat, quidem manere. vid. 1. Cor. quoad sacra autem omnes qui Spiritus Christi articipes sunt, per eum factos esse liberos, adeoue inter se mutuo ut fratres & aequales consierandos v. 1. Cor. 7: 22. 2. Cor. 3: 17.

ג. Idem de Viris & fœminis, excepto publico ocendi munere, à quo has excludit, 1. Cor. 4: 34, 35. censuit. Unde tribus hisce simul unctis, σχέσιν quæ hactenus inter eos in sacris uerat, indeque ortum discrimen plane jam cesare pronunciat Gal. 3: 28. Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ λλην. οὐκ ἔνι δοῦλος οὐδὲ Ἐλεύθερος. Οὐκ ἔνι ἄρσεν αὶ θῆλυ. Πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ: *Non est Judæus neque Græcus: non est Servus*

 neque

neque liber: non est mas neque fœmina: Om[...] *enim vos unus estis in Christo Jesu.* Nonnu[...]quam autem priora duo, quòd de iis præcipue, [...] videtur, disceptaretur, tantum tangit ut 1. C[...] 12: 13. Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰ[...] σῶμα ἐβαπτίσθημεν. Εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλλην[...] εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι. *Etenim nos in uno spi*[...]*tu omnes in unum corpus baptizati sumus: sive J*[...]*dæi, sive Græci, sive servi, sive liberi.* Idem qu[...]que heic loci fieri existimo, idque ea ratione, [...] priùs utrumque in exemplo proponat, dein disti[...]ctiùs explicet, atque adeo integrum comma [...] membre tantum sit. Sic primo Græci i. e. Et[...]nici & Judæi mentionem facit, inter quos re[...]gionis discrimen intercedebat, ut ipse Apostol[...] indicat, quando statim addit περιτομὴ καὶ ἀκροβ[...]στία. Circumcisio & præputium. Hæc enim n[...] diversa esse ab antecedentibus, sed indicare ta[...]tum in quo differant Judæus & Græcus, manif[...]stissimum est, quia uti circumcisio in genere n[...] solum fœderis gratiæ, sed & in specie legalis qu[...] cum solis Israëlitis erectum, symbolum, ita com[...]mune Judaismi κριτήριον, ut præputium cont[...] ethnicismi erat, atque ea de causa circumcisi[...] Judæum, præputiatus autem ethnicum notaba[...] v. Act. 10. 45. 11: 2. Rom. 3: 29, 30. Gal. 2: [...] 8, 9, 12. & passim.

Quod & plerique Interpretes agnoverunt, [...] ipse imprimis Celeb. Relandus his verbis quæ o[...]currunt §. 3. *Prima fronte id quidem ita videtu[...] quum in quatuor partes videantur hæc dividi opo*[...]*tere, sic ut primam constituant Judæus & Græcu*[...] *alteram circumcisi & non circumcisi, tertiam Sc*[...]*thæ & Barbari, quartam denique liberi & serv*[...] *Verum nihil est quod nos credere jubeat, eodem m*[...]*do haec quatuor, AUT TRIA VERIUS (QUO*[...] *NIA*[...]

NIAM CIRCUMCISI ET INCIRCUMCISI NOTARE VIDENTUR ILLOS, QUOS JUDÆOS ET GRÆCOS APPELLAVERAT) tc.

§. 8. Neque eſt ut quis cum Trierenbergio obciat circumciſionis vocem latius patere, quàm omen Judæi, cum præter Judæos etiam Colchi, Aegyptii atque Aethiopes circumciſi ſint; horum nim omnium circumciſio nulla plane erat, ipſique eodem numero ac præputiati habebantur. Hinc ſi quis ex circumciſis iſtiusmodi gentibus udæorum ſacra amplecteretur, cum amittere deuo non poſſet, quod ſemel jam reſectum erat, פריעה tamen ſeu ſciſſionem quandam cuticulæ, uæ circumciſionis vicem ſuſtinebat, ſubire coebatur, ut ſanguis fœderis eliceretur, ut pluriis docuit Selden. de jure N. & G. lib. 2. c. 2. 140. & Wagenſeil. Sota p. 199. & 271. Hoc icto, ſi duo priora oppoſitorum paria, non à ſe vicem diſtincta, ſed ἰσοδυναμοῦντα ſint, ſéque utuo explicent, orationis flumen & συνάφεια poulat, ut ſequentia eadem ratione accipiantur, ovumque adeo oppoſitorum par, primo in exemo proponatur in verbis, Barbarus, Scytha, dein ddita oppoſitionis ratione explicetur, per voces οῦλος, Ἐλεύθερος, Servus, liber. Saltem nemo egare poterit, hoc maxime conveniens eſſe, ſi nnes circumſtantiæ id non ſolum permittant, d & ultro flagitent. Quod, niſi me omnia llunt, mox dicenda extra omnem dubitationis eam ponent.

§. 9. Quem autem Apoſtolus hic per Barbaum intelligat non admodum obſcurum eſſe porit, ſi attendamus, eum à Scytha non ſolum ſtingui, ſed & eidem opponi: lege enim oppoſinis per Barbari vocabulum aeque ac per alterum Scythæ,

Scythæ, gens quædam ſeu populus indigitari de‑bet, & quidem talis, cui illud κατ' ἐξοχὴν & vel uti nomen proprium competat, ita ut ea ratione etiam à Scytharum gente, quæ alias quoque Bar‑bara, ut ſupra plus ſemel monuimus, audit, re‑cte diſtingui poſſit. Quod dum perpendo, nul‑lam invenio gentem, cui hæc appellatio, quæ ceteroquin pluribus populis adhæſit, priva atque propria fuerit, præter gentem Phrygum. Phry‑ges enim ſæpiſſime & κατ' ἐξοχὴν Barbari nomi‑nantur. Apud Euripid. nihil frequentius, ut in Hecuba v. 328. ubi Ulyſſes ita Hecubam (Tro‑janam ſeu Phrygiam) alloquitur.

Οἱ βάρβαροι δὴ μήτε τοὺς φίλους φίλους
Ἡγεῖσθε, μήτε τοὺς καλῶς τεθνηκότας
Θαυμάζετε.

Vos BARBARI neque amicos amicos
Reputatis, neque honeſte mortuos
Admiramini.

& in Oreſte v. 485.

Βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις.

Barbarus factus es, diu degens inter Barbaros.

In hunc quoque ſenſum titulum libri Ariſtote‑lis, qui inſcribitur νόμιμα βαρβαρικὰ interpretatur Scaliger ad Varron. de Ling. Lat. lib. 6. p. 142. „ *Quare*, ait, in barbaricis inſtitutis & legibus „ Præficarum meminit Ariſtoteles? Quia Phry‑„ ges propriè dicuntur BARBARI, eorum au‑„ tem inventum Præficæ & Nænia. „ Idem apud Latinos Scriptores locum habere docuit Turneb. Adv. lib. 5. cap. 25. In illo autem verſu Lucret. lib. 2.

Jam

Jam tibi Barbaricæ vestes Melibaeaque fulgens.

„ Barbaricæ vestes Phrygiæ intelligendæ sunt, „unde & Barbaricarii in jure civili: nam Barbarum pro Phryge dici est frequentissimum, & „lib. 9. cap. 18. Cum ex antiquo poëta affertur „astante ope Barbarica, barbaricum interpretor „Phrygium, ut sit stante Phrygum imperio. Sic „apud Horat. lib. I. Ep. 2.

„ *Graecia Barbariae lento collisa duello.*

„i. e. Phrygiæ. & apud eundem Epod. Od. 9;

„ *Sonante mixtum tibiis carmen lyra*
„ *Hac Lydium illis Barbarum.*

„i. e. Phrygium. & apud Maronem 2. Aeneid.

„ *Barbarico postes auro spoliisque superbi*

„i. e. Phrygio.

Sexcenta alia his nullo negotio addi possent. In pauca de multis! Propert. lib. 3. Eleg. 6. v. 2. Hectora vocat barbarum:

Dum vincunt Danai, dum restat *Barbarus Hector*, qui tamen Phryx erat, & diserte vocatur uripidi in Oreste v. 1480. Ἕκτωρ ὁ Φρύγιος. Catull. de nupt. Pel. & Thet. tibiam *Barbaram* appellat, quam Tibull. lib. 1. Eleg. 4. v. 64. & b. 2. El. 1. v. 86. *Phrygiam*. Eadem quia ex uxo conficiebatur Val. Flacc. lib. 3. v. 231. *arbara buxus* audit:

at Barbara buxus,
Si vocet & motis ululantia Dindyma sacris.

irgilio autem Aeneid. 9. v. 619. *buxus Berecynthia* à Berecyntho monte Phrygiæ. vid. ib. aubm.

Quos Virg. Aeneid. 2. v. 276. *Phrygios ignes* ocat Ovid. Metam. 14. appellat *ignem Barbarum*, quamvis Heinsius ibi legat Dardanum. dem Virg. Aeneid. 2. v. 777.

Pictus

Pictus acu tunicas & *Barbara tegmina* cruru
ubi recte Taubm. *Barbara*, *Phrygia*, nam *Ph*
ges olim vocabant Barbaros.

Huc quoque facit, quod cum talium tegmin
aliorumque vestimentorum acu pictorum con
ciendi ars apud Phryges præcipue viguerit, ii
eam exercebant, non solum Phrygiones dicti su
ut docuit Serv. ad Æneid. 3. v. 484. sed & *Bar*
ricarii, ut monet Taubm. l. c. Adv. lib.
cap. 25.

§. 9. Hoc itaque sensu si vox Barbarus heic l
ci sumatur pro Phryge, nulla in oppositione ip
amplius supererit difficultas, cum Gens Gen
Phryx Scythæ rectissime opponi possit. Nec c
jiciendum cum Scotano inauditam plane esse Sc
tharum & Barbarorum oppositionem, etsi eni
id, ubi Barbarici habetur ratio, libenter conce
mus & supra ipsi monuimus, nihil tamen obst
quo minus alio respectu, quo à Phrygibus seu Ba
baris κατ' ἐξοχὴν ita dictis differunt, iisdem opp
nantur. Et licet talis locutionis nondum allatu
sit exemplum, non sequitur nullum plane exsta
Opportuno incidi in locum Arriani de Expe
Alex. lib. 4. p. 246. edit. Blancard. ubi eade
ratione Scythæ Barbaris Asiaticis, inter quos n
postremi erant Phryges, opponuntur, dum Sc
thæ hæc in Alexandrum probra jaciunt: οὐκ
τολμήσαντα Ἀλέξανδρον ἅψασθαι Σκυθῶν, ἢ μαθόν
ἂν ὅ, τι περ τὸ διάφορον ΣΚΥΘΑΙΣ τε καὶ τοῖς ἈΣΙ
ΝΟΙΣ ΒΑΡΒΑΡΟΙΣ. i. e. ex vers. Vulcanii: n
audere *Alexandrum cum Scythis congredi*, *aut*
faciat, *experturum*, *quantum inter SCYTHAS*
BARBAROS ASIATICOS intersit. Quodna
autem illud sit in quo heic loci sibi mutuo opp
nantur si quæras? pro me respondebit ipse Pa
lus, quando Phryges s. Barbaros statim vocat se
vos, Scythas vero liberos. §. 1

§. 10. Cujus rei ratio facile patefcet, fi utrius-ce gentis indolem atque fortunam infpiciemus ppius. Ad fervitutem, quæ Phrygibus tribuit, quod attinet, in anteceffum obfervari vel, duplex, auctore Ariftotele Politic. lib. I. c. 5 & 6. effe fervorum genus, alterum eorum qui φύσει feu natura, alterum qui κατὰ νόμον feu fecundum legem, fervi funt. Per naturâ fervos ielligit, qui præter corpus ad fervitutis præftanda opera fervilia aptum, mentem quoque naĉ funt fervilem, atque adeo fervitute non folm digni, fed ad eam quafi nati: per fervos κατὰ νόμον f. fecundum legem, illos, qui reapfe alirum imperio fubfunt, five ea conditione digni fie indigni fint: quod pluribus oftendit Heinfius iErud. Epift. ad Georg. Richterum data, quam viis fuis lectionibus inferuit Rutgerf. lib. 4. cap. 3pag. 318. feqq. Quæ eum in finem obfervanis, ut oftendamus, utroque fenfu atque adeo iomni emphafi Phrygas fervos appellari recte puiffe.

Natura (A) fervi erant, utpote fervili admodm ingenio præditi, quapropter eos Servitutdignos pronunciat Iphigenia apud Euripid. in Iigen. in Aulid. v. 1400. qui locus eo magis ntandus, quia ibidem aeque ut heic apud Apofilum, Barbarorum nomen gerunt:

> Βαρβάρων δ' Ἕλληνας εἰκὸς ἄρχειν ἀλλ' ὀυ βαρβάρȣς
> Μῆτερ. Ἑλλήνων τὸ μὲν γὰρ δȣ̃λον ὀι δ' ἐλεύθεροι.
> *Barbaris autem Græcos æquum eft imperare, non Barbaros*
> *Græcis, Mater: Barbari enim (natura) fervi, Græci vero liberi.*

Imo

Imo hic servilis Phrygum animus apud Gr-
cos in Proverbium abiit. Φρὺξ ἀνὴρ πλαγεὶς ἀμ-
νων καὶ διακονέστερος. *Homo Phryx verberibus c-
sus melior & promptior*, ut docet Suidas in v-
ce φρὺξ, & Cicero pro Flacco cap. 27. Utru
igitur nostrum est, an vestrum hoc proverbiu,
Phrygem plagis fieri solere meliorem? huc facit
alterum illud: *Sero sapiunt Phryges*, de quo v
Manut. ad Cic. 7. ad Fam. Epist. 16. Neque a
de causa erat, quod ad arma tractanda, qu
proprie ingenuorum hominum atque liberor
est, inepti haberentur. Quò respicit Pylades
pud Eurip. in Oreste v. 1110. seqq. ubi cum
nece Helenæ cum Oreste consultaret, hic aut
objiceret, difficiliorem ejus exsecutionem fo
quod Helena haberet Βαρβάρες ὀπάονας, *Barba*
(i. e. Phrygios) ministros, respondet:

Τίνας; Φρυγῶν γὰρ ὀδὲν' ἂν τρέσαιμ' ἐγώ.

Quos? Phrygum enim neminem ego metuo
& paucis interjectis, hanc addit rationem

Οὐδὲν Τὸ ΔΟῦΛΟΝ, πρὸς τὸ μὴ ΔΟῦΛΟΝ
νος

Nihil est servile genus, ad non servile.
idem innuit Electra ib. v. 1351.

Οὕνεκ' ἄνδρας ΟΥ ΦΡΥΓΑΣ ΚΑΚΟΥΣ
Εὑρὼν ἔπραξεν οἷα χρὴ πράσσειν κακῶς.

quia viros non ignavos Phryges
Inveniens, passus est ea quæ oportet p
malos.

vide id genus plura v. 1425. seqq. & 1483. seq
Hoc quoque Æneæ & comitibus acerbe expr
brabat Remulus, eos præterea majoris cont
meliæ causa, ne Phryges quidem, sed Phrygi
vocans, apud Virg. Æneid. lib. 9. v. 617. seqq

O vere Phrygiæ, neque enim Phryges ite per alta
Dindyma, - - -
- - *Sinite arma Viris & cedite ferro.*

vid. & Donat. ad Virg. Æneid. lib. 7. v. 430. & Cerd. ad. 11. 403. quin & timidissimi habebantur, ut docet Serv. ad Æn. 1. 468. & Tertull. de Anima: tamen vulgata jam est res gentilium proprietatum: Comici *Phrygas timidos* illudunt.

Quid quod in genere ideo Phryx ponebatur pro homine vili atque contempto, ut videre est apud Cicer. lib. 3. ad Fam. Ep. 10. *Quibus temporibus hæc in eo gravitas, hæc animi altitudo fuit: non modo ut PHRYGI alicui aut Lycaoni, quod tu in Legatis fecisti, sed ne summorum quidem hominum malevolis de me sermonibus crederet.* & Curt. 7. 11. ubi narrat Belonem inter alia crimina objecisse Philotæ: Ludibrio ei fuisse rusticos homines, *Phrygasque* & Paphlagonas appellatos.

§. 11. Tali (B) ingenio dignam quoque experti sunt conditionem; si enim ulli unquam alii populi, Phryges sane servitutum eam, quam Aristoteles κατὰ νόμον vocat, servierunt.

Universam eorum gentem quod attinet, fere semper ea alieni dominii jugum passa est. Jam inde ab antiquissimis temporibus à Nino subactam scribit Diodorus, quod tamen repudiat Reinecc. hist. Jul. Tom. I. p. 159. & p. 168. Amazonibus post vectigalem fuisse asserit Suidas in voc. Ὀρφεὺς βασιλεὺς Θρακῶν. Et licet deinceps aliquo tempore Phrygia, in varia regna divisa, suis gavisa sit regibus, tandem tamen à Crœso subjugata in Lydorum potestatem venit, ut narrat Herodot. lib. 1. c. 28. Cræso autem à Persa-

 rum

rum rege Cyro victo in provinciæ formam red
cta eſt, ut teſtatur Xenophon Cyrop. 2. 7. N
deinceps genti *libertas* aut *princeps indigena* u
quam rediit. ut affirmat Reinecc. l. c. p. 160. Hi
etiam apud Liv. lib. 37. c. 55. & 56. & lib. 38.
39. inter illas regiones recenſetur quæ Attalo ſt
pendiariæ fuerant, quasque idcirco in poſteru
Eumeni vectigal pendere Populus Romanus v
luit.

Hujus indolis fortunæque cum eſſet Phrygu
gens, minime mirum tot inde privata mancip
prodiiſſe, & per univerſum pene terrarum orbe
divendita fuiſſe, ut ubique fere ſervorum Phr
giorum mentio fiat, & quod magis eſt, ſer
plerumque, imprimis autem apud Vett. Comic
Eupol. Cratinum, Ariſtoph. aliosque nominib
Phrygiis, & nonnunquam nude Phryges appe
lentur, ut docet Salmaſ. Exercit. Plin. p. 559.
de Ariſtoph. in Veſpis v. 431. & confer Stra
Geograph. lib. 7.

Imo inter aliarum gentium ſervos, Phry
nomen adepti erant; Unde ad hæc Virgilii ver
Æn. 2. 580.

Iliadum turba & Phrygiis comitata miniſtris
obſervat Taubmanus, alludi ad Romanoru
morem, quibus familiari in uſu erat ſervitiu
operaque Phrygiorum mancipiorum, ut inter c
terarum gentium delicatiſſimorum & peritiſſim
rum. Hinc & cariori pretio vendebantur, q
reſpicit Juvenal. Sat. XI. v. 147.

Non Phryx aut Lycius non à Mangone petitus

Nec prætereundum, quod narrat Athenæ
Deipnoſ. lib. 14. pag. 624. Quoniam modoru
harmonia, quam artis Muſicæ periti, Phrygia
vocabant, apud Phrygas reperta iisdemque uſita
præcipue fuerit, idcirco καὶ τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησι

αὐλητὰς ΦΡΥΓΙΟΥΣ καὶ ΔΟΥΛΟΠΡΕΠΕΙΣ τὰς προσηγορίας ἔχειν, tibicinum appellationes apud Græcos *Phrygias* atque *serviles* esse.

§. 12. Quibus omnibus rite perpensis, uti neminem superfuturum credo, qui non mecum agnoscat Phrygas summo jure *servos* appellari, ita sequentia æqua judicii lance ponderanti non minus manifestum evadet, Scythas suo quodam merito *Liberorum* titulo superbire. Si enim ulla unquam in orbe terrarum gens exstitit, libertatis studiosa, omneque alienum dominium quam maximè exosa, Scytharum ea fuit. Publicè id non solum eorum legatus Alexandro denunciavit, apud Curt. 7. 8. *Nec servire ulli possumus, nec imperare desideramus*: Sed & agnovit Seneca lib. 2. de Ira c. 15. quamvis id pro eo, quo Romani Græcique alios præ se despiciebant populos, animo in pejorem partem interpretetur: *Omnes ista feritate LIBERÆ GENTES, leonum luporumque ritu, UT SERVIRE NON POSSUNT, ita nec imperare.* Quin ne servitutis quidem nomen ferre potuisse Scythas apparet, ex eo quod narrat Herodot. lib. 4. p. 265. sc. cum Darius à Scytharum Rege Indathyrso superbè satis per legatum postulasset, ut sibi tanquam hero suo, munera terram atque aquam offerat, respondit Indathyrsus. Δεσπότας ἐμὲς; Δία τε ἐγὼ νομίζω τὸν ἐμὸν πρόγονον καὶ Ἱςίην τῶν Σκυθέων βασιλείαν, μόνον εἶναι. σοὶ δὲ ἀντὶ μὲν δώρων γῆς τε καὶ ὕδατος, δῶρα πέμψω τοιαῦτα οἷα σοι πρέπει ἐλθεῖν. τὶ δὲ τὸ ὅτι δεσπότης ἔφησας εἶναι ἐμὸς, κλαίειν λέγω. i. e. *Heros meos solos censeo Jovem Generis auctorem, & regium Scytharum solium. Tibi autem pro donis terræ & aquæ, dona mittam, quibus dignus es. Pro eo autem quod te herum meum vocasti, jubeo te flere.* Dein statim addit Herod.

οἱ

οἱ δὲ Σκυθέων βασιλῆες ἀκέσαντες τῆς δουλοσύνης τὸ οὔνο μα, ὀργῆς ἐπλήσθησαν. Reges autem Scytharun audito servitutis nomine ira impleti sunt. Imi quantopere servitutem æquè ac servilem animur sint detestati, abundè docet severa increpatic quâ utrumque Jonibus quàm acerbissimè expro brarunt, apud Herod. lib. 4. p. 269. eos vocan tes servos, & mancipia heros amantia, omn que insectatione dignissima.

Hinc etiam Scythæ illi, qui à servis originei habebant, *degeneres* vocabantur, teste Plinio H N. lib. 4. c. 12. Aorsi (Corsi) aliàs Scythæ *d. generes* & à *servis orti.*

Tam generosâ indole non indigna fuit Sc tharum fortuna, vix enim quisquam alius pop lus majori magisque perpetuâ libertate gavis fuit, nam si Justinum audimus lib. 2. c. 3. *Imp rium Asiæ ter quæsivere, ipsi perpetuo ab alien imperio aut intacti aut invicti manserunt.* Hir etiam Alexander eos vocat *ἀυτονόμους* i. e. liber seu suis viventes legibus, apud Arrian. de Expe Alex. edit. Blanc. p. 266. Ex singulis his uti nc minus manifestum esse censeo, quam solem lı cere in meridie, quando sudum est, Phrygib s. Barbaris recte servorum nomen dari, Scyth autem titulum liberorum, ita & illud addo, D vum Paulum quum servitutis atque libertat exempla, ut antea circumcisionis & præputii e: hibere vellet, commodiora nulla, nullaque m: gis apposita invenire potuisse, quam hæc Phry gum & Scytharum. Phrygum quidem non sc lum, quia, ut antea visum, nulla gens servit tis infamia magis notata, sed & quia nulla al circumstantiis omnibus accommodatior. Scr bebat enim Apostolus ad incolas urbis Colossi quæ urbs erat, Phrygiæ ut docet Herod. lib 7.

3

30. ἀπίκετο ἐς Κολοσσὰς, πόλιν μεγάλην Φρυγίας *venit Colossas, magnum Phrygiæ oppidum.* Unde in proclivi eſt colligere, vix alibi majorem quam in Coloſſenſi aliisque Eccleſiis Phrygiæ difficultatem hac de re oriri potuiſſe.

§. 13. Nec te ſollicitum admodum, *Vir celeberrime*, habere debet dubium, quod nuper, cum mentem meam tibi de hoc loco primum aperirem, movebas; ſcilicet minus aptum videri poſſe, Apoſtolum cum ad Urbis Phrygiæ incolas ſcriberet, Phrygas non ſuo potiùs quàm ignominioſo Barbarorum nomine appellare voluiſſe. κ. Nam Barbarorum nomen non ſemper ignominiam involvebat, ſed uſu ferè invaluerat, ut promiſcuè Phryges vel hoc vel proprio vocarentur. Unde etiam ipſi nonnunquam ſibi illud tribuunt. Ut apud Eurip. in Rheſo v. 404. 405. ubi his verbis Rheſum alloquitur Hector:

Σὺ δ' ἐγγενὴς ὢν Βάρβαρός τε Βαρβάρους
Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος,
Tu vero cognatus cum ſis, & Barbarus Barbaros
Nos Græcis propinaſti, quantum in te fuit.

λ. Si vel maximè id ignominiâ omni non carere concedam, quod certe non magnopere nego, eò magis ad ſcopum Apoſtoli faciet, cùm ut oſtendat conditionis diſcrimen ſublatum eſſe, eo inprimis vocabulo uti voluit, quod ad exprimendam deteriorum Phrygum conditionem maximè aptum natum erat. γ. Nec illud negligendum, quod cum Apoſtolus ſtatim Phrygas deſcribat ut Servos, Barbarorum iis nomen rectiùs quam proprium dederit, quia ſervorum appellatio Barbaris apud Græcos propria erat, ὡς ταυτὸ φύσει βάρβαρον καὶ δοῦλον ὄν *quaſi idem natura ſit*

 barba-

barbarum & servum esse, *ut* ait Aristot. Polit. lib. 1. cap. 5. quare & cap. 6. asserit Græcos voluisse Barbaros vocari servos, non autem homines ingenuos qui fortè adversantis fortunæ ictu in servitutem redacti essent.

§. 14. Non minori cum ratione in libertatis exemplum advocavit Scythas, quia non solùm ejus præ omnibus aliis populis & amantissimi & maximè eadem gavisi fuerunt, sed & illis præcipuè temporibus nulla alia gens, saltem inter eas quæ Christianis propiùs cognitæ esse poterant, & cum quibus aliquod commercium habebant, hac in parte ipsis par exstitit. Cum enim reliquus fere universus orbis sub populi Romani imperium redactus esset, Scythæ constanter libertatem tuiti erant, unde jam ævo Augustæo cecinit Ovidius Trist. lib. 2.

Hactenus Euxini pars est Germana sinistri,
Proxima Basternae Sauromataeque tenent.
Haec est Ausonii sub jure novissima, vixque
Haeret in imperii margine terra tui.

Eadem mens ipsis sequentibus quoque temporibus mansit, quare Plin. H. N. 16. c. 1. ait Scythas, si vincerentur à populo Romano, servire se dicere.

Cedere hanc palmam Scythis cogebantur ipsi Græci, licet enim olim sibi solis libertatem præ omnibus aliis populis vindicaverint, ut supra ex Eurip. audivimus & Callisthenes eos ἐλευθερωτάτους liberrimos appellaverit apud Arrian. de Exped. Alex. lib. 4. p. 266. Apostoli tamen temporibus, iisdem sub Romani dominii jugo ingemiscentibus nil nisi tristem pristinæ felicitatis memoriam fuisse reliquam, nemo ignorat. Nec ipsi amplius

amplius cum Scythis hac in parte conferri poterant Romani, quia etsi quondam libertatis amantissimi fuerant, ut Cicero etiam gloriaretur X. Philipp. 10. Omnes nationes servitutem ferre posse, civitatem Romanam non posse: immutata tamen dudum jam erat rerum facies, delibatáque atque deflorata sub Impp. Romanæ libertatis virginitas.

§. 15. Hæc sunt quæ de hoc argumento tecum communicare habui. Finem jam scribendi facerem, nisi & pauca quædam circa Syriacam hujus loci versionem monenda essent. Eò me ducunt doctissima tua Analecta, quæ dissertationi Relandinæ subnectere voluisti, & in quibus ubique multifariæ eruditionis & felicissimi ingenii certissima documenta dedisti. Interim cùm in omnibus tamen tuæ sententiæ accedere non possim,

> *Diversum (autem) sentire duos de rebus iisdem,*
> Incolumi liceat semper amicitia,

non aegrè te laturum confido, si in quibus, quasque ob causas abs te discedam, amicè indicavero.

Quod vocem ܐܪܡܝܐ de Scythis accipis, mihi quidem minus probatur, quia ordo verborum plane hoc pacto immutatur, cum vox ܐܪܡܝܐ in priori commatis membro occurrat, &, si verborum seriem spectes, non voci Σκύθης, sed Ἕλλην respondeat. Nec mutandum esse hunc ordinem patet quia Syrus ferè (a) semper vocem Ἕλλην

 per

(a) At vero non minus frequenter, quando in textu originali occurrunt voces Ἕλληνες, Ἑλληνισταὶ, Ἑλληνὶς & Ἑλληνιστὶ, Syrus adhibet vocem ܝܘܢܝܐ qua Ebræos, Chaldæosque insignire Græcos notum est. Vide

per ܐܪܡܝܐ reddere solet. ut Act. 1(
1, 3. 21. 28. Gal. 2: 3. idque in eadem conjunctione cum voce Ἰουδαῖος, ut Act. 19: 10 Πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἀσίαν - - Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας, quæ Syrus vertit ܠܟܠܗܘܢ ܕܥܡܪܝܢ ܒܐܣܝܐ ܝܗܘܕܝܐ ܘܐܪܡܝܐ vid. & ib. v. 17. cap. 20: 21. Rom. 1: 16. 2: 9. 10. 3: 9. 10: 12. 1. Cor. 1: 22, 23. 24. 10: 32. 12: 13. & quod magis est, in loco atque argumento huic parallelo. Gal. 3: 28. Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην. Syr. ܠܐ ܝܗܘܕܝܐ ܘܠܐ ܐܪܡܝܐ. Nec apud Syrum tantùm sed & apud Æthiopem eadem vox eodem modo usurpatur, ut docet de Dieu ad Act. 20: 21.

§. 16. Nec testimonium Plinii H. N. 6: 19 scribentis Antiquos appellasse Scythas *Aramæos* rem conficit. Cum enim nemo omnium Veterum

Vide Act. VI: 1. XI: 20. XIV: 1. XVII: 4, 12. Apoc. IX. 11. Et ܝܘܢܐܝܬ occurrit pro Ἑλληνιστὶ in præfatione Evangelii Lucae, & cap. XXIII: 38. in præfatione Evangelii Johannis & c. XIX: 20. Imo Iones opponit Barbaris Rom. I. 14. ubi enim in Græco est Ἕλλησί τε καὶ Βαρβάροις Syrus habet ܝܘܢܝܐ ܘܒܪܒܪܝܐ eadem prorsus ratione, ut in loco nostro. Vel itaque dicendum, hunc interpretem Scytham prorsus omisisse, & bis mentionem fecisse τοῦ Ἕλληνος, & quicquid hujus nominis est, eodem in loco diversa ratione explicasse per *Ionem* & *Aramaeum*, vel Ἕλληνα transtulisse per ܚܢܦܐ & Scytham per ܐܪܡܝܐ *Aramaeum*, quod mihi probandum sumseram. T. d. H.

um Geographorum, quos Plinius vel duces vel
equaces habuit, hujus appellationis (b) meminе-
it, nihil certius eſſe poteſt, quàm errorem hic
ommiſſum eſſe. Quem tamen nollem cum Bo-
harto ipſi Plinio tribuere, ſed amanuenſibus po-
ùs, quos leviſſimo lapſu AROMAEI, vel ut
abent Harduini Codd., ARMAEI, legiſſe exiſtimo
ro NOMAEI. NOMAEOS enim antiquitus
ppellatos fuiſſe Scythas diſertis verbis teſtatur
tephanus de Urbibus in voce Σκύθης. Σκύθαι, ait,
θνος Θράκιον, ἐκαλοῦντο δὲ πρότερον ΝΟΜΑΙΟΙ, Scy-
næ Gens Thracum, vocabantur autem priùs NO-
MAEI. Gemina his habet Euſtathius (quem ad
unc locum citant Berkelius & Holſten.) in ſchol.
d Dionyſ. Perieгeſ. Exſtat locus in edit. Oxon.
. 129. ἦσαν δὲ Σκύθαι καὶ Θράκιον ἔθνος, οἱ καὶ

(b) Ecquis vero noſtrûm omnes veterum libros
erluſtravit? eccujus memoriæ occurrunt illico,
uae olim fortaſſis, ad hanc rem tum non ſatis atten-
ens legit? Et, quis mihi dixerit, in deperditis
eterum ſcriptis, quibus uſus eſt Plinius, quaeque
a, quæ nobis edax rerum tempus reliquit, nume-
o immane quantum ſuperant, nihil de hac re com-
nemoratum fuiſſe? Porro Plinius ſcribit Scythas di-
tos *Aramaeos*, at Stephanus, quique eum exſcri-
ſit Dionyſii ſcholiaſtes, *Nomaeos*, anne itaque mi-
i idem jus erit ex Plinio corrigendi Stephanum,
uod alii ſibi ſumunt, qui ex Stephano emendan-
um ſibi Plinium cenſent. Sed nihil obſtat, quo mi-
us idem & Aramaeorum & Nomaeorum nomen
lim dari potuerit Scythis. Saltim, nollem ego
Aramaeos transformare in *Nomaeos*, ſi haec lectio
non unius quidem codicis auctoritate ſtabiliri poſſit.
Neque ab ea abeundum putem, cum *Aromaeorum* no-
nen idem ſignificare, quod *Scytharum*, liquido a
ne citato loco demonſtratum putem. T. d. H.

ΝΟΜΑΙΟΙ, Erant autem Scythæ gens Thracic qui & vocabantur NOMÆI. Idem confirm vox NOMADES. quæ posterioribus quidem ten poribus certæ cuidam inter Scythas nationi pro pria, antiquioribus autem, universæ genti con munis fuit, ut docet Strabo lib. 1. pag. 33. Edi Casaubon. φημὶ γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνι δόξαν, ὥσπερ τὰ πρὸς βορρᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀν ματι Σκύθας ἐκάλουν, ἢ ΝΟΜΑΔΑΣ &c. dico enir secundùm priscorum Græcorum sententiam, quo sicut notas versus Septentrionem Gentes, un priùs nomine vel Scythas vel NOMADAS ap pellarunt, &c. Nomades autem & Nomæi u num idemque: Uti enim NOMADES dicti sun quod pascendi pecoris causâ vagarentur atque er rarent, ut docent Salmas. Exercit. Plin. p. 219 & 584. & Cellar. Geogr. Afric. p. 168. ita & NOMÆORUM vox ejusdem planè significa tionis est, unde serpyllum sylvestre vocavit Ni- cander ἑρπύλλον, ΝΟΜΑΙΟΝ, quod est ad verbun erraticum, ut Νομάδες Populi errabundi, ut ob servat Salmas. l. c. p. 584.

§. 17 Quare autem Syrus voces Βάρβαρος, Σκύθης verterit ܒܪܒܪܝܐ ܘܣܟܘܬܝܐ non tam fa- cilè est hariolari, nisi forsan dicere velimus, vel locum in mendo cubare, vel interpretem ipsum Apostoli mentem non satis assecutum fuisse, cum- que videret eum aliàs Βαρβάροις opponere Ἕλληνας, ut Rom. I: 14. in eandem mentem hæc quoque verba accepisse, quod eò majorem veri speciem habet, quia loco citato Græca eodem planè mo- do reddidit Sed quicquid etiam eâ de re sit, pa- rùm aut nihil id ad rem præsentem facit cùm no- bis tantùm propositum fuerit Apostoli mentem locique genuinum sensum indagare. Utrum id

ritè

tè nobis successerit, nec ne, tuo, Vir Amicissime, aliorumque Virorum Doctorum judicio, c) permittimus. Vale. Dabam è Musaeo prid. d. Decembris a. MDCCXXI.

(c) Et hoc mihi placet. Propterea ea, quæ contra ententiam eruditissimi, meique, de quo mihi gratulor, amantissimi Viri proferre possim, delibera- consilio omitto. T. d. H.

II.

B. P. KARLII

de ANTICHRISTO NON JUDAICO quasi jam dudum cum Republica Judæorum abolito.

Ad Loca 2. Thess. II: 2-8. & 1. Joh. I. 18, 22. & IV: 1-3.

SUMMARIA.

Doctrina de *Antichristo* non negligenda. §. 1. Falsæ ab initio novi temporis usque ad nostros dies variorum de *Antichristo* opiniones. §. 2. Sententia novi autoris anonymi. §. 3. Verus significatus vocabuli ἀντίχριστος. §. 4. Locus 2. Thess. 2. 1. sq. a novis corruptelis vindicatus, & quidem v. 2. 3. 4. 5. 6. *Diem Adventumque Domini* illic non intelligi de excidio Judaismi, sed die novissimo. §. 7. Unde Thessalonicenses hunc jam prope esse, persuasum habuerint? §. 8. Qualis *Filius perditionis?* §. 10. & 11. qualis item *Adversarius?* §. 12. Quid v. 4. omnis *Deus dictus*, & omne σέβασμα, atque *super* illa

la *elatio* τῦ Ἀνόμυ sit, ejusque *sessio in templo Dei*, *demonstratio sui, quasi Dei?* quodque hæc omn nullatenus Synedrio & Pseudapostolis Judæorum sed alii Adversario congruant, §. 13. 14. 15. Vin diciæ versus 6. & 7. §. 16. Quid *Mysterium* τῆς ἀν μίας, ejusque manifestationem Pauli aevo *imp diens?* §. 17. 18. qualis Antichristi *Revelatio* & *Ab litio* v. 8. (qui vindicatur) §. 19. 20. Vindiciæ d cti 1. Joh. 2: 18, 22. & c. 4: 1-3.

§. 1.

DOctrinam de *Antichristo*, Ecclesiæ Nov Test. hoste præcipuo, non sane levis ess momenti, adeoque vel negligendam, & tanquam minus necessariam, parumve aut nihil ad Eccle siæ animarumque in fide veritatis aedificationem ac profectum facientem, oblivione sepeliendam ex eo certissime constat, quod & Christus & Apo stoli illam, a Mose jam olim & Prophetis trad tam, concionibus suis fideliter exposuerunt & fi delibus inculcarunt, utque hi sibi ab Antichrist ejusque satellitibus studiosissime caverent, sedu lo monuerunt. Christus utique apud Matthæum C. XXIV. à versu 4-14. fata cum Judæorum tum Christianorum summatim proponens, eaque po stea à v. 15-31. uberius exponens, τὴν Ανομίαν *defectionem a lege* evangelica, seu fide Christiana post Judæorum internecionem, & Christianorum sub ethnicis Imperatoribus afflictiones multiva rias, sub Antichristo, τῷ ἀνόμῳ, *Exlege illo*, ejus que seductione & tyrannide, invalituram, no tacet, sed eam, ibi v. 11. sq. hic vero v. 23-28 admodum graphice depingit, hancque monelam v. 25. interserit, *Ecce prædixi vobis*. Nec minu Apostoli. Petrus certe, 2. epistolæ c. 2. & Ju das, tota sua, quam de certamine pro fide, sc

m

nel sanctis tradita, scripsit, Epistola, illius di-
tionem fere imitatus; nec non Jacobus, a cap.
,. Epistolæ suæ catholicæ; ante omnes vero Jo-
iannes, in Epistola præsertim priore, c. 2. & 4.
x in stupenda sua Apocalypsi, itemque Paulus,
it Actor. 20: 29. 30. & 1. Tim. 4: 1. 2. 3. & 2.
Tim. 3: 1. seqq. ita vel imprimis in 2. Epist. ad
Thessal. c. 2. *Antichristum*, ejusque tum Ante-
mbulones, tum Satellites & armigeros, qua-
ue ille usus est, seductionem & tyrannidem, vi-
is quasi coloribus depinxerunt. Quorum postre-
nus d. Ep. 2. ad Thessalonicenses c. 2. v. 5. hos
tiam vel idcirco redarguit, quod eorum, quæ
pse eos coram de Antichristo pridem docuisset,
enitus jam viderentur obliti: eosque postea v. 15.
nonet, ut tam hæc quam alia Christianæ doctrinæ
apita, ipsis vel *sermone*, coram facto, vel *episto-
l*, ad ipsos perscripta, jam olim tradita, fidelis-
me tenerent. Quare, si qui sint, qui vix aliam
abylonem mysticam, aut alium ejus Regem, s.
ntichristum, quam, quæ nobismet ipsis natura
est, corruptionem, depravatamque mentis ra-
ionem ac voluntatem, cum toto affectuum im-
erio, Christo Deoque maxime adversario, ag-
oscere volunt, scripturas certe, de Antichristi
egno, in Ecclesia Novi Test. certo tempore ex-
turo, tam frequenter testantes non audiunt.
Quare vel unum B. Spenerum videant, in *piis
Desidd.* p. 65. & Append. ed. Lat. & in Libello
erm. de *usu & abusu querelarum de Christianis-
ni corruptione*, c. 2. §. 15. ante omnia vero,
cripturæ ut cedant & credant, rogantur.

§. 2. Omni vero tempore multas a multis spar-
as esse de Antichristo fabulas, neminem fugit;
nprimis Judaicam illam, qua & multi Veterum
Ecclesiæ Doctorum decepti sunt, de illo quasi
Judæo,

Judæo, & tribu *Dan* exorituro, & proxime ar mundi finem, Hierosolymis in novo templo ad rando, indeque toti terrarum orbi tribus cum midio annis imperaturo, (duobus etiam testibu contra ipsum excitandis, *Henocho* videlicet atq *Elia*, occisis, & omni veræ religionis cultu pro sus abrogato; dehinc vero post Mensium XL decursum in illustrissimo Domini adventu Spiri oris ipsius subito consumendo. Qui error à R manensibus cupide adoptatus, pudendus licet absurdus, aque Theologis quamplurimis, ac pr sertim a P. Juriæo, in *Accompliſſements des Pr phetıes*, & Msr. du Vidal, in *l'Eglise Romai pleinement convaincue d'Antichristianisme*, so dissime confutatus, condonari tamen illis faci potest, qui primis Novi Test. seculis, cum fat rum Ecclesiæ *sigilla* eousque nondum essent ape ta, illo sibi imponi imprudentes passi sunt. Sic & alter ille primævorum quorundam Christian rum error, de Nerone, primo Ecclesiarum Occidente Vastatore, quasi Antichristo, te plum Hierosolymitanum brevi occupaturo, inq throno suo, ibi collocato, Dei instar adorand & Ecclesias tunc in Oriente quoque vastatur qui tam altas in quorundam tunc animis egit r dices, ut etiam Neronem, jam licet perditun adhuc tamen superesse & alicubi in vivis serva crederent, sub mundi finem in scenam reditur & quatuor cum dimidio annis Anti-Christi pers nam acturum: ut ex Lactantii L. *de Morte Pe secutorum*, Sulp. Severi L. II. *Hist. Sacr.* c. XL & *Dial. de vita Martini*, nec non Augustini XX. *de Civit. Dei*, c. XIX. imo & ex L. carminum Sibyllinorum, constat, ubi dictum eum legimus,

- - - - εἶτ' ἀνχκαμψει,

ἰτάζων Θεῷ αὐτὸν, ἐλέγξει δ' ὔμιν ἐόντα. h. e. *dein- revertetur, ſe ipſum Deo aequiparaturus: Sed nvincet illum* (Deus) *quod non ſit.* Neque de i nunc gravius quid dicam, qui, Anti-Chriſtum e *Muhammedem*, cum Saracenis ſuis hodier- ſque Turcis, opinati ſunt: quæ circa Reforma- nis tempora plurimorum geminum ſibi Anti- hriſtum, Orientalem, alterum vero Occiden- tem, perperam imaginantium, fuit opinio: cui poſtea Matth. Hoffmannus, in *Chronot. Apo- c.* c. 7. p. m. 109. & 116. ſq. nec non Heuni- hius, in *Clave Apoc.* p. 21. & 87. velificatus eſt; emadmodum & Corn. *Uytenbagius*, L. de *An- tichriſto Mohammede*, omnia de Antichriſto tum V. tum in N. Teſt. dicta huic impoſtori accom- odare ſtuduit. Quam tamen ſententiam, ut nus ſolidam, Carolus Gallus, in Appendice Clavem Apoc. p. 174. ſqq. & Vitringa, *Anacr. ocal.* p. 765. nec non Juriæus, in *Accompliſſem. Propheties*, Part. II. c. III. ſatis refellit. Sed mni prorſus excuſatione illi carent, quos hodie- dum prorſus cœcutientes, inque tanta, quæ nos hdie circumſplendet, ſcripturarum luce, immo iipſo quaſi meridie, tanquam in tenebris adhuc pantes, (Eſa. 59.) vera de *Antichriſto* ſenten- ti ſecundum ſcripturas θέλοντας λανθάνει *ſua ipſo- rum voluntate latet*: (ut cum Petro dicam) quam, a Valdenſium & Huſſitarum jam temporibus pa- tefactam, in hunc usque diem communiter profi- tetur, qui Evangelium aeternum, per Angelum (Apoc. 14: 16.) in Reformatione Eccleſiæ renun- cium, & animo & ore profitentur: Socinianos quo & Arminianos plerosque, ad ſimpliciorum pmi ævi Chriſtianorum exemplum, *Antichri- ſtum*, quo de 2. Theſſ. 2. Paulus Eccleſiam monuit,

in

in primo isto Ecclesiæ Christi seculo quærente & vel in *Nerone* etiam, vel in *Caligula*, vel *Simone Mago*, imo vel in *Gnosticis*, vel in *Ba-cochba*, Judæorum Pseudo-Messia, se invenis sibi aliisque persuadentes: ut Volckelius, Prz-covius, Mart. Ruarus & Grotius. Postquam v-ro hæc, postremi hujus præsertim de C. *Calig* & *Simone Mago* opinio, quam quidem & Ha-mondus maximam partem secutus est, in *Disse procemiali de jure Episc.* à multis præclarisque o-nium etiam partium Viris, Maresio, Ligtfoot Coccejo, Hippolyto Frontone s. Pet. Molinæ Joh. Simplicio, s. (uti à Sandio, *in Biblioth. An Trinit.* appellatur,) Slichtingio, & nostrate Hu-semanno, in *Breviar. Theol.* c. 22. atque Cal-vio, in *Bibl. Illustr.* ad 2. Thess. 2. denique etia ab Episcopo Lincolnensi, Thoma, in *the obs-vations on the Popes-Bull against Queen Elisabe* p. 137, ss. solidè confutata, veraque Ecclesiæ v-ræ de vero *Antichristo* sententia solidissimè evi- est & invictè stabilita; nunc iterum fuit nupe tempore, qui Ligtfootum imitatus nova prorl ratione, Prophetias N. T. illustriores de *Antich sto*, vel *ad ipsos Judæos eorumve Synedrium*, h jusque emissarios, *Pseudo- Apostolos*, accomm dare, seu potius detorquere, conatus est: ide scilicet Vir Clarissimus, cujus & nuper de Bes IV. Danielicis, Dan 7. & de *Colosso Danielis*, cap. 2. expositionem examinavimus: idque tali iam cum specie instituit, quæ primo saltem i tuitu fallere parum cautos facile possit. Qua ego sententiam, scripturæ propheticæ tam i quam, Gallico tantum scripto, una cum a quibusdam argumentis, (e.g. de *Vulpibus Sam nis*, *Corvis Eliæ* &c. proditam, in præsen vel paucis examinare stat sententia.

§. 3. M

§. 3. Mens Autoris hæc est: *Anti-Christi* vocabulum duobus seculis ferè ante natum Christum, in Hellenistarum, s. Judæorum Græcorum, Synagogis, & forte Alexandriæ primùm, in Aegypto, audiri cœpisse; cum nimirum Judæi illic Græcam linguam & Philosophiam Platonis, una tunc cum Græcorum imperio ibi jam pridem usu receptam, excoluerint, tamque perfectam Reipublicæ formam, qualem Plato suis *de Rep. libris* descripsit, in regno certe Messiæ, ipsis exspectato, omnibusque gentibus imperitaturo, suo olim tempore revera extituram speraverint, non sine maximis tamen motibus, & extremo omnium nationum, contra Messiam in bellum atrocissimum conspiraturarum, renisu facile introducendam. Tunc enim illos, hæc ita disputantes, Ducem & Autorem, sive caput, hostium *Christi*, egno ejus adversaturorum, Græca voce Ἀντίχριστον *Antichristum* appellasse; quæ & ex illo tempoe perpetuo inter Judæos usu obtinuerit. Cum ero Synagoga Judaica contra Jesum Dominum jusque fideles extremo furore grassaretur; (Evanelistarum & Apostolorum scriptis Actisque testius:) Apostolos istud nomen ipsis Judæorum Prinipibus, eorumque Asseclis attribuisse; quo doerent, illos ipsos, sicut veri Messiæ sive *Chrii* occisores fuissent, ita & hinc genuinos nominis jus esse hostes, verumve *Antichristum* & *Antihristos*; de quibus tam diu, tamque multa, suis synagogis jactassent ac præsagivissent. Putatque deo Vir Cl. Apostolos, ubi *Anti-Christi* memierunt, ad solum *Judaismum* digitum intendere: quidem illi, tanquam Judæi, hoc vocabulum, t Judæis tunc temporis passim notum & plane miliare, probe habuerint cognitum, sicque ipos hosce juratos Christi ejusque Sectatorum hostes

eo appellaverint p. 100. sqq. At vero, sicut Autor hanc suam de origine & usu vocis *Anti-Christi* conjecturam, quam omni licet fundamento destitutam, nec probat, nec probare poterit, ita multo minus probabit unquam, rem ipsam, sive ipsum illud Anti-Christi negotium, de quo Apostoli loquuntur, non fuisse jam dudum a Prophetis antiquis, ipsoque jam Mose, memoratum & descriptum. Nimirum huc sequentia faciunt inter alia scripturae Veteris loca: Deut. 32: 29 sqq. c. 33: 21. Es. II: 4. & c. 14: 13. 14. (coll cum. 2. Thess. 2: 4. 8.) Esa. 19: c. 23: c. 25 30: &c. Hos. 5: 13. c. 10: 6. (ubi *Rex Jare* ipse est *Anti-Christus*) Habac. 2: 9. sqq. Zach. 5 c. 10: 11. 12. c. 11: 15. sqq. it. c. 13. & 14. Psa 9: 6: 17. Ps. 10: 2. 3. 4. 13. 15. Ps. 36: 2. Ps. 37: 12 32: 35. Ps. 139: 19. & 140: 9. sqq. (ubi Anti Christus semper venit nomine רשע *improbi* κατ᾽ ἐξοχὴν, quam LXX. ἄνομον, *Exlegem s. defectorem a lege*, & istius defectionis, ἀνομίας, Matth 24: 12. 2. Thess. 2: 7. 8. aliis quoque autorem reddere solent; sicut & Apostolus d. 2. Thess. 2: 8. coll. Esa. 11:4.) item Ps. 68. 21. 22. 31. Ps 73-77. 79. 85. 86. 88. 92. 94. 100 4-6. &c. Speciatim vero Dan. 7: 8. 20. 21. 22. 25. 26. c. 2: 33 34. 41. 42. 43. 44. c. 11: 36. sqq. (coll. d. 2 Thess. 2:4. 1. Tim. 4: 1-4.) Hesek. 28: it. c. 38 & 39: Ubi de Gogo & Magogo vaticinia, coll Apoc. 20: 7. 8. per quem non intelligentiores solum Christianorum interpretes, sed Judæorum quoque Rabbini, *Antichristum*, ejusque sectatores & copias, intelligunt, etsi non satis distinctam ejus habeant notitiam) ejusdemque in populum Dei expeditionem sub initium regni Messiæ gloriosi statuunt suscipendam. vid. Gemara Sanhedrin, c. 11. R. Mos. ben Maimon, Cod. *Melachim*

chin

chim, c. 12: §. 11. & R. Saadias Gaon, *Sepher happeduth*, ſub finem &c. De Gogo vero iſto, inquit Dominus, d. Heſ. 38: 17. *antiquiores etiam vates priſcis diebus* ſuo inſtinctu jam *eſſe vaticinatos.* Et quomodo probabit Vir Cl. has ſimilesque Prophetias non jam olim apud veteres etiam Judæos de illo *Anti-Chriſto*, Græco poſtea vocabulo ſic dicto, eſſe exauditas? Neque certe Legis-peritus quisquam, ad regnum cœlorum rite inſtitutus, (Matth. 13: 52.) dicere cum ratione poterit, illas iſtuc plane non facere, ſed tum a Rabbinis, tum a Chriſtianis eò citra Spiritus S. mentem eſſe detortas: ut imprudentiores Grotii imitatores, qui neque *Chriſtum*, neque *Anti-Chriſtum* in evidentiſſimis etiam Scripturæ locis reperire aut videre ſive valent ſive volunt, ſibi perſuadent.

§. 4. Sed neque aſſecutus eſt Noſter vim omnem nominis *Anti-Chriſti*; quod ita ipſe intelligit, & Judæos, ejus ſcilicet jam dudum ante natum Chriſtum inventores, intellexiſſe ſupponit, quaſi nihil aliud, quam inſignem quendam notabilemque *Chriſti adverſarium*, denotet. Verumtamen omni procul dubio non talem ſolum deſignat, (quales certe quam plurimi omnibus fuerunt ſeculis, & nunc etiam omnes illi ſunt, qui *non cum ipſo ſunt & colligunt*; Luc. 11: 23.) ſed eum, qui pro *Chriſti ſe vicario* gerit, ejusve loco ac nomine præeſt, & ſic vel eo ipſo illi *adverſatur.* Quandoquidem præpoſitio ἀντὶ (quæ prior compoſitæ hujus vocis pars eſt,) per ſe, non ſolum *contra*; ſed & proprie atque uſitate, imo uſitatiſſime, *pro*, *vice*, *loco*, ſignificat: (ut Matth. 2:22. ἀντὶ Ἡρώδου, *loco Herodis*: cap. 5: 38. Oculum *pro* oculo cap. 20: 28. dare animam ἀντὶ πολλῶν *pro multis*; Luc. 11: 11. ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν,

 ſer-

ſerpentem *loco piſcis*, vel *pro piſce*. χάριν ἀντὶ χάριτος *gratiam* ſc. N. Teſt. *loco gratiæ* legis, ſ. V. Teſt. Joh. I: 16. Eurip. in Hecuba, ἥ δ' ἀντὶ πολλῶν ἐςί μοι παραψυχὴ, hæc mihi *loco multarum* eſt ſolatium: Alex. Aphrodiſæus, ἀνθ' ἱματίων περιέβαλε πτερὰ *loco veſtium*, *pennas induit*: Vide & LXX. 2. Sam. 18: 33. *o ſi mortuus eſſem* ἀντὶ σου, תחתיך *loco tui*:) In compoſitione vero etiam cum vocibus aliis, uſitatiſſime hanc ſignificandi vim retinet; ut in voce ἀντιςρατηγὸς, *Ducis belli Vicarius*, quem Galli dicunt *General-Lieutenant*; ἀντίδειπνος, qui *pro* altero, vel alterius *vice* ſ. *loco*, cœnæ intereſt; ἀνθύπατος, *Proconſul*, Conſulis *vice* fungens; (prout Iſidorus, *Origg*. L. 9. c. 39. illud exponit) vel ſic etiam *aequalitatem* quandoque aut *aſſimilationem*, ſive *aequiparantiam*, indicat, ut in voce ἀντίπας & ἀντιπατὴρ, *qui Patri aequalis eſt*, ἀντίθεος, *Deo æqualis*, ἀντίχειρ *pollex*, quia *altera quaſi manus eſt*, quippe *qui ſolus tantum valet*, *quantum quatuor digiti reliqui*; explicante Galeno. Vide Palladii *Hiſt. Lauſ*. c. 31 Et iſta utique ſignificatione ipſum quoque Spiritum S. voce *Antichriſtus* in N. T. uti atque intelligere, ex 2. Theſſ. 2: 3. ſeqq. conſtat; ubi qui alibi *Anti-Chriſtus* audit, deſcribitur ut talis Chriſti adverſarius, qui non quidem palam ſe talem profiteatur, ſed ejus ſe potius Vicarium jactet, *Deique* & *Chriſti vice* ſ. loco in templo Dei ſedeat, h. e. in ipſa Eccleſia regnet, *utque Deum* ſe gerat; itaut, hoc uſus prætextu, omnimodam a Chriſto ejusque lege ſ. fide moliatur defectionem, ſicque ei revera adverſetur: Cujus etiam dolus, etſi diu occultatus, ſpuriisque miraculis nomine quaſi & potentia Chriſti factis, re vera ipſa Diaboli operatione ac præſtigiis præſtitis, tectus atque infucatus, detracta tandem impoſtoræ

larv

larva, foret manifestandus, extremoque supplicio puniendus. Quod vel solum hic opportune observatum, novas Autoris de *Anti-Christo* & Anti-Christianismo Judæorum cogitationes refellit, vanasque eas esse, arguit; aliumque adeo quærere jubet Anti-Christum, qui Christi se jactet vicarium; id quod in Judæorum Principes minime convenit. Vide interea Heideggeri *Myster. Babyl.* c. 13. §. 12. sqq.

§. 5. Sed videamus, quomodo istum ex 2. Thess. 2. locum, de Anti-Christo palmarium, suam in rem vertere Noster allaboraverit. Hunc vero jam equuleo quasi impositum torquet, ut vel invitissimus ipsi adstipulari cogatur, dum singula ejus verba ita vertit, imo pervertit, versat & vexat, ut, quid in eo relinquatur sani, non videam. Fundamenti loco perversae interpretationi suae praestruit, Paulum hic persuasum velle Thessalonicensibus, ne, à fide Christiana deficientes, ad Judaismum relabantur: de cujus adeo judicio & excidio, prope tum instanti, *diem adventus Christi* v. 1. 2. explicat, sicque tam illum *diei Christi adventum*, quam *Spiritum*, *Verbum*, *Epistolam tanquam ab Apostolo* scriptam, v. 2. (in bonam omnia partem accepta) Pauli facit argumenta, quibus illis constantiam in doctrina & fide Christi, semel ipsis tradita, persuadere voluerit, ne ab ea se vel phaleratis Judæorum sermonibus, vel afflictionibus ullis, avelli patiantur. Quæ omnia quam coacta sint atque contorta, quilibet Pauli sermonem paulo intentius considerans, facile intelliget. Interpretes in eo hic consentiunt, (nec repugnante Grotio) *diem adventus Christi*, hoc loco extremum esse mundi diem παντοκρατικὸν, quo Christus mortuis resuscitatis conspiciendum se denuo oculis nostris dabit; Apo-

ſtolumque Theſſalonicenſibus opinionem, cujus errore, diem iſtum jam tunc eſſe propinquum credebant, eximere voluiſſe; eosque adeo *de* hoc *Chriſti* adventu hortetur & *roget*, *ne* à quoquam *ſe facile a recta mentis ſententia circa* adventum illum Chriſti *dimoveri patiantur*, *neque peturbari*, *neque* διὰ (cum Genitivo ut & in ſeqq.) *per* jactatum Spiritum ejusve revelationem; *neque per ſermonem* hominum, ſparſumve rumorem; neque *per* epiſtolam, ſi quæ forte ab aliquo proferatur, quaſi hanc in rem *per ipſum Apoſtolum* miſſa, quippe *quod dies Chriſti jam prope inſtaret*; quia dies ille adventus *Domini* expectandus non eſſet, priusquam magnus Chriſti *adverſarius*, Anti-Chriſtus, tunc nondum manifeſtatus, magnam à fide *defectionem*, certo adhuc futuram, invexiſſet, illumque Dominus, fraude ejus prodita, perdidiſſet. Quæ omnia Noſter eò contorquere nititur, quaſi propter illa omnia, tanquam res etiam bonas, imo rationes movendi efficaces, eo hic fine allegatas, Paulus Theſſalonicenſes roget, & argumentis iſtis quaſi perſuaſoriis eos permovere ſtudeat, ne ſe ab imaginario illo Anti-Chriſto Judaico ad abnegationem fidei Chriſtianæ ſinant induci. Quamobrem præpoſitionem διὰ, quæ cum Genitivo caſu, uti hic, poſita, non *propter*, ſed *per*, ſignificat; in omnibus verſus 2. colis, Gallice transfert *à cauſe* h. e. *propter*: quaſi Paulus illos roget *propter Spiritum*: (nimir. quem jam accepiſſent; coll. Galat. 3: 2.) *propter verbum* veritatis, ipſis annunciatum; & *propter Epiſtolam*, (priorem illam) a ſe ad ipſos datam, & *propter* ſingularem illum, quo *ipſum* proſequerentur, amorem; ita Noſter, colo penultimo unico, μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, neque *per epiſtolam*, *quaſi per nos* ſcriptam; in duo disrupto, partem poſterio-

riorem, ὡς δι' ἡμῶν, exponit, quasi esset, *propter nos*: (non tantum prorsus coacte, sed particula ὡς *quasi* etiam plane neglecta) ne scilicet à Christo desciscant. Unde & quæ ibi adhuc sequuntur verba, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡμέρα τοῦ Χριστοῦ, *quippe quasi dies Christi prope sit*; ita porro interpretatur, quasi aliam insuper rationem contineant, quare a fide ipsis non sit deficiendum; quia scil. *dies* Judicii *Christi* in Judæos, revera *prope* sit (ac si vox ὡς, *quasi*, veritatem hic rei indicaret) ubi Christiani ab iis, quas nunc ferrent, Judæorum vexationibus prorsus essent liberandi. Quorsum & allegat 1. Ep. ad Thess. 2: 14. 15. 16.

§. 6. Hic jam aequus Christianusque Lector in timore Domini judicet, annon hæc Autoris interpretatio sit coactissima, & vel ubivis impingat, imo in omnibus pene verbis, vitiis tanto certe Philologo, ne dicam Christiano Interprete, indignis, omnemque excusationem superantibus, laboret manifestissime? Si enim vel maxime de die adventus Christi ad *Judicium in Judæos* sermo hic esset; (quod tamen falsum esse, postea demonstrabitur) sique etiam v. 2. *Spiritus*, *Verbum*, *Epistola*, &c. pro rationibus moventibus haberi quirent; & præpositum illis διὰ, cum Genitivo positum, *propter* transferri; imo & δι' ἡμῶν, *per nos*, quasi *propter nos*, ita intelligi posset, ut per illud amor Thessalonicensium erga Paulum, tanquam argumentum movens quoque allegetur ad ipsorum in fide constantiam: quorum vero nullum hic esse concedique potest, cum & versus 15. postea, ubi eadem φράσις (διὰ λόγου, & δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν) recurrens, manifesto aliam (nostram) expositionem postulat, refellat: Constructio tamen verborum omnium d. v. 2. & præsertim particula μήτε, *neque*, jugis & continuata, ante singulas

 istas

iſtas rationes (quæ putantur) moventes repetitio, ejusque cum verbo θροεῖσθαι, *turbari*, arcta immediataque connexio, non ſane permittens, ut ad verbum ἐρωτῶμεν, *rogamus*, v. 1. longiſſime remotum, referatur, aut cum eo jungatur; ſatis indicat, imo clamat, omnes illas non eſſe niſi varia fallaciarum genera, adeoque ipſa impoſtorum argumenta, quibus periculum erat, ne Theſſalonicenſes a vera de die adventus Chriſti ſententia abſtraherentur aut turbarentur. Ita enim dicit; *Ne turbemini, neque per Spiritum, neque per verbum, neque per epiſtolam, quaſi per nos miſſam, tanquam quod dies ille Chriſti inſtet*. Quæ Noſter ita reddit: *Rogamus vos, ne turbemini*, NB. *neque propter Spiritum, neque propter Verbum, neque propter epiſtolam, propter nos* (h. e. *noſtri amorem*) *propterea, quod dies Chriſti appropinquat*. Quis non videt, primum ſaltem illud *neque* (quod ſane omitti ſecundum iſtam rationem debuiſſet,) vel ſolum Autoris expoſitionem refellere, noſtramque invicte confirmare. Ut jam taceam, Autorem particulam ὡς *quaſi* ante δι' ἡμῶν, *per nos*, prorſus negligere, ejusque loco μήτε *neque* ſubaudire debere, quippe quod hic ante verba iſta non, ut antea, repetitur; attamen, ſi novum illa haberent argumentum, neque hic omitti potuiſſet. Quemadmodum & ante illa, quæ ſequuntur, verba (quæ ſimilem rurſus Autor putat habere rationem moventem) illud μήτε, *neque*, non repetitur, ſed denuo etiam ab eo ſubintelligi debuit: Ubi ille contra præpoſitum illud ὡς, *quaſi*, vel *tanquam* (quod Syra verſio per כה *ecce* exprimit) ſive prorſus iterum negligit, ſive pro *revera* accipit: ita enim illa aſſerendi ſenſu vertit; *que par ce, que la jour de J. C. l'approche*. Quæ omnia certe coactiſſimam expoſitionen

m & perversissimam interpretationem demon-
ant. Sed præterea verba sequentia v. 3. *Nemo*
s decipiet ullo modo, κατὰ μηδένα τρόπον (quæ Sy-
s hunc in sensum reddit, *ullo ex modis*,) manife-
) quoque ostendunt, omnia illa modo v. 2. me-
orata illos ipsos esse fallaciarum *modos*, quibus
npostores ad sollicitandam ipsorum constantiam
i possent. Quos decipiendi modos hic summa-
n complectens repetit quasi, & Thessalonicen-
ous denuo inculcat Apostolus, dicens, *Nullo*
odo aut *ratione*, q. d. per nullum fallaciarum
arum, quas modo enumeravi, genus, nullam-
r speciem, vos quisquam seducat, ne vel uni
orum decipiendi *modorum* credulos vos præbe-
t aut faciles. Deinde, cum Vir Cl. sequentia,
erendi sensu ab Apostolo dicta, ὅτι, ἐὰν μὴ
θῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, &c. *Quia non veniet dies*
hristi, (hæc enim per βραχυλογίαν, *verborum*
curtationem, Spiritui S. non inusitatam, vid.
Matth. 15: 5. Rom. 12: 6, 7. omissa, ut patet,
mnes etiam Interpretes ex Apostoli mente &
xtus circumstantiis ita supplent,) *nisi venerit*
ius defectio illa & homo ille peccati manifestatus
: interrogandi sensu ita exponit: *Car l'aposta-*
ne viendra t'-elle pas auparavant, & l'homme
peché ne doit il pas paroître publiquement? An-
n enim apostasia illa prius ventura, & homo ille
ccati publice appariturus est? Quis illam non
iretur interpretandi licentiam, quis ferat, ora-
onem Spiritus S. hypotheticam, *nisi ante vene-*
it defectio illa &c. (ut omnes interpretes, etiam
ntiquissimus Syrus, reddunt, tam licentiose
erverti, & verba conjunctivi (ut Grammatici
oquuntur) modi, sensu *indicante* transferri: omis-
a nimirum particula ἐὰν, quæ cum voce μὴ, uti
c, juncta, *nisi* significat; atque ita μὴ illud, ab
 ἐὰν

ἐὰν avulſum, ſeorſim interrogandi ſenſu, *ann* reddi? (Aequi hic lectoris, quin ipſiusmet A toris, teſtor conſcientiam) Quanquam alias i quoque ſenſus veræ ſententiæ nihil obſtaret; in & Autoris hypotheſin, licet hac ei expoſitione i ſervire voluerit, parum juvaret.

§. 7. His igitur fundamentis *novæ* de An Chriſto Judaico, jam dudum exciſo, *opinion* penitus ſubrutis, omnia nunc, quæ ſuperſtr Vir Cl. pariter ruunt atque labuntur. Hinc eni jam liquet, *diem adventumque Chriſti*, quem, persuaderi ullo ſibi modo paterentur Theſſalor cenſes, ſuo jam inſtare tempore, Paulus cave hic voluit, non eſſe diem adventus Chriſti ad J dicium in Judæos exercendum: quippe quem tu jam inſtare, ipſe eos 1. Theſſ. 2: 16. docuerat: quem que prope jam eſſe, tum Baptiſta Matth. 3: 7. 1 tum ipſe etiam Dominus pluries dixerat. (v. Matt 10: 23. c. 16: 28. c. 26: 64.) imo, quem brevi po tunc quoque revera adfuiſſe, experientia compe tum eſt; quemque adeo prope tunc expectari, e ror haudquaquam erat, ab Apoſtolo hic tam ſtu dioſe refellendus, illisque eximendus. Firmo it que talo communis illa veterum novorumque ir terpretum perſtat ſententia, Apoſtolum Theſſ lonicenſium errorem, quaſi dies mundi noviſſ mus extremique judicii jam tum inſtaret, hic co futaſſe. Quemadmodum & Theodorus, Syri Epiſcopus, in *Comm. ad hanc Epiſt.* Tom. V Opp. hanc ejus rei obſervat rationem, *quod, qu Dominus* (Matth. 24: 14.) *mundi haud affore f nem, docuiſſet, priusquam evangelium omnib annunciatum eſſet gentibus; Apoſtoli vero aevo ub vis terrarum idolorum adhuc & Diaboli cultus v guiſſet, ille hic ex Chriſti doctrina monuerit, iſta idololatriam prius oportere eſſe exſtirpatam, & Evan geliu*

lium ubique gentium receptum, quam Antichri-us esset manifestandus. Nec sane repugnat ipse ostri, ut videtur, Præceptor, Grotius, licet is *em excidii Judæorum* hic etiam indigitari putet, em tamen mundi peremtorium simul intelligit, od *Apostolus crediderit, non multo post excidium udaici status, secuturum excidium universale*: (ut l hunc locum ille commentatur) *nihilque adeo tare, hic intelligi ultimum Christi adventum, em Paulus propinquum putaverit, ita tamen, prius destructio Hierosolymorum, & alia qua-m, deberent intercedere.* Quæ num & Nostri sententia, ille non quidem prodit. Impia vero procul dubio, omnemque Novi Test. fidem befactat, ipsique etiam Christo contradicit. V. Matth. 10:20. coll. 1. Thess. 2:13. Joh. 14: 26. on enim Apostoli per Spiritum S. in ipsis ipso-mque scriptis loquentem, docuissent gentes ob-rvare omnia, quæ Christus præceperat, idque , ut fallere non potuerint; (Matth. 28:20.) si cubi errassent, vel errore & *falsa duci opinione, am tempus & experientia refellerent*, potuissent. um tamen sollicite contra cavere hic voluerit postolus, ne Christiani ejusmodi opinionem de e adventus Christi novissimo foverent, quæ, r contrarium rei eventum olim confutata, in igionis Christianæ ludibrium & præjudicium a-d infideles tandem verteret. Non credit forte r Cl. Thessalonicenses istam tunc fovere opi-onem potuisse, quasi dies extremus jam instaret. oc vero inde esse potuit, quod Paulus jam prio-r ad ipsos epistola, de novissimo Christi ad Ju-cium adventu scribens, hunc non solum subi-neum fore & plane inexpectatum, docuerat, 5: 1. sqq. sed & c. 4: 16, 17. eorum, qui tunc cturi essent, conditionem in sua ipsorumque per-

persona descripserat, (sicuti & Corinthiis fec 1. Cor. 15: 51. 52.) idque hanc ob rationem, qu Ecclesia a primis ejus initiis usque ad finem, p omnia secula, *una est & eadem.* Cujusmc *unitatem* Metaphysici, in doctrina de *Eodem Diverso*, describunt; Navisque *Thesei* exemp explicare licet, quam, etsi post multas annoru centurias, factamque partium putrefactarum r stitutionem successivam, toties mutatam, nec ja minimam amplius ex omnibus illis, quas oli habuerat, particulam servantem, *eandem* tam adhuc esse, censebant Veteres, apud Alex. Alex. L. 3. *Gen. Dier.* c. 1. tum ob eandem, qua servaverat, formam, tum & ob partium ablati nem mutationemque non simultaneam, sed su cessivam. Quemadmodum & Ulpiani etiam J dicio, *unus idemque grex* est ac manet, ubi, u licet ove alteraque subinde ablata, in earum t men locum aliæ subinde succedunt, decessumq resarciunt. Quomodo & cum Ecclesia comp ratum, quæ *unus* etiam censetur *Christus* myst cus. 1. Cor. 12: 12. Eph. 4: 12. Sic igitur The salonicenses ex ipsa priore Pauli epistola perpera intellecta, dicti erroris sui cepisse ansam, aut sa tem fomentum, videri possunt: nonnullis illa forte istum in sensum rapientibus, aliisque, ita quoque statuerent, objicientibus: uti hic verbis v. 2. δι' ἐπιςολῆς, ὡς δι' ἡμῶν *per Epistola quasi per nos* scriptam, forte conjicias.

§. 8. Sed tamen & aliam insuper fuisse oport rationem, quod illi in hunc sensum Apostoli ve ba tam perperam accipere potuerint: Cum utiq primævorum Christianorum, ipsorumque etia Doctorum, plurimi in eadem opinione, quo dies extremus tum jam prope esset, perstiterin quam & jam ante scriptam priorem Epistola

apt

pud Theſſalonicenſes quoque ſerpſiſſe, eosque
el idcirco Paulum de *Noviſſimis* primum conſu-
uiſſe, ex c. 5: 1. facile quis colligeret: quanquam
onnulli eum, vel in ſeculum unum adhuc aut
terum differrent. V. Doodwell. *Diſſ. Cypr.*
II. §. 21. ſqq. Ea in opinione, ſi non ipſi etiam
poſtolorum συνεργοι, *Barnabas* & *Clemens*, (ut
eorum, quæ hodiedum circumferuntur, lite-
s videretur concludendum) Doctores certe alii
imi temporis fuerunt: ut Hermes, in *Paſtore*,
. I. Viſ. 3. Lactant. L. 7. *Div. inſtit.* c. 14. &
. Cyprianus præf. *Exhort. ad Martyr.* & Epiſt.
. ad *Tiber.* item Tertullianus, in *Apologet.* c.
: & L. *de Fuga in perſec.* c. 12. ejusque συγχρο-
, Judas, L. de LXX. *hebdom. Dan.* ab Euſe-
o hanc in rem allegatus. L. 6. *Hiſt. Eccl.* c. 3.
ed & communis illa Montaniſtarum fuit opinio,
uorum etiam Vatem, Maximillam, palam ja-
aſſe, refert Epiphanius, *Hæreſ.* 48. *poſt ipſam
ullam amplius Vatem fore, ſed conſummationem.*
onf. de Apoſtolis ipſis etiam ante Sp. S. effuſio-
em Act. 1. 6. Luc. 24: 21. Undenam vero iſta
erſuaſio? Mihi illa nata primum videtur tum ex
ale intellectis Chriſti verbis, quibus vel de ſuo
oſt abitum ad Patrem reditu (per Spiritum) vel
ſuo ad extremum Judæorum ſupplicium adven-
, quaſi brevi poſt tempore futuris, locutus fue-
t; (de illo vid. Joh. 14: 2. 3. 18. 19. C. 16: 16.
. de *hoc* vero Matth. 10: 23. c. 16: 27. 28. c. 26:
4. Joh. 21: 22. conf. 1. Cor. 1: 7. 8. Phil. 1: 6.)
m &, vel imprimis, ex veteri illa Judæorum
aditione, (Pſal. 90. v. 4. in ſpeciem ſtabilita,
bi *unus dies apud Dominum mille annis* aequipa-
itur,) quod, uti Mundus VI. diebus creatus,
ies vero VII: *Sabbathum* fuerit; ita & ſexies mil-
annis mundus ærumnis & calamitatibus obno-
xius

xius futurus, ſeptimo vero millennio, in diel nimirum Meſſiæ, feliciſſima pace beandus, i que a Rege Meſſia ejusque populo beatiſſime p(ſidendus ſit, (vid. *Gemara Sanhedrin*, & præſ tim Coccej. ad c. XI. *Sanhedr.* §. 29. conf. Julian. Toletan. L. 3. *contra Judæos*, ſub f Abul-Pharagii *Hiſtor. Dynaſt. Arab.* p. 75.) Qu illis communiter *Sabbathum*, &, in *Peſicta Ra bathi* ex Pſal. 90: 4. *dies Meſſiæ millenarius*, ite que *ſeculum futurum* (עלם הבא) dicitur, *h* præſenti *ſeculo* (עלם הזה) oppoſitum. Vid. Wi Diſſert. *de ſeculo præſ. & fut.* (quo alias diſc mine Chriſtus & Apoſtoli Veteris & Novi Teſ menti aevum diſtinguere ſolent. Vid. Matth. 1 32. Eph. 1: 21. Ebr. 2: 5. c. 6: 5. Gal. 1: 4. 1. Co 2: 6.) quo tandem elapſo, regnoque adeo Me ſiæ millenario conſummato, poſterior demu univerſorum reſuſcitatio & Judicium expectan ſint. Quæ vetus Judæorum traditio, a Chriſti norum primis, dictum etiam Petri, 2. Eph. 3. cum ea conferentibus, eatenus videtur fuiſſe a miſſa, ut VI. annorum millibus elapſis noviſ mum mundi hujus aerumnoſi diem, vitæ ve beatæ in altero ſeculo initium, fore putare Vid. Epiſt. Barnabæ. C. XI. Lactant. & Cypria II. dd. Quia vero iſtius aevi Chriſtiani Græc duntaxat codicibus, & ea, quæ LXX. Interpr tum dicitur, verſione communiter utebantur, c jus Chronologia ab Ebræorum Codicum ſupp tatione multis annorum centuriis differt, & a mu di creatione usque ad iſta tempora, VI. ferea norum millia ſupputat, (ut Juſtinus Marty Theophilus Antioch. Tatianus, Tertullianu Jul. Africanus, Clemens Alex. Origenes, C prianus, Lactantius, &, jam ante illos, Joſ phus & Juſtus de Tiberiade, Judæorum Hiſtori

im

io & ante hos Demetrius Phalereus, Philo, Epolemus & Alex. Polyhiſtor, a Clem. Alex. L I. *Strom.* Euſebio, L. IX. de *Præpar. Ev.* & Joſepho, L I. *contra App.* allegati, fecerunt) ſile tunc ſibi perſuadebant, diem mundi noviſſimum prope abeſſe. Quo & factum eſt, (ut illi hac quoque occaſione nunc memorem) quod nonnulli eorum, nimis Judaiſſantes, porro etiam crederent, fore brevi, ut Chriſtus, ad *Sabbathum* illud *millenarium*, in terris celebrandum, cum regno ſuo *glorioſo* cumque binis Teſtibus, Apoc. 11 2. ſqq. memoratis, manifeſtaretur, & Antichriſtum, tunc ſimul revelandum, poſt trium & dimidii annorum tyrannidem, peſſundaret, omnibusque dehinc gentibus & regnis ſibi ſubditis, a priori ſeculo clauſo, *alterum* novum inchoaret; quo, revocatis in vitam Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis ac Martyribus, cum ipſis in nova Hieroſolyma, in imperii tunc ſedem magnificentiſſime reſtauratam, per iſtos *mille annos* tranquilliſſima pace & omnigena felicitate glorioſiſſime eſſet regnaturus: (vid. Juſtinus Martyr, *Dial. cum Tryph.* p. m. 88. ſqq. Sulpitius Severus L. 2 *Hiſt. Sacr.* c. 4. Cyprian. *Diſſ.* XII. c. 20. 21. Hieron. *comm. ad Jerem.* c. 19: 10. &c.) quorum poſt decurſum, omnes demum mortui reſuſcitandi eſſent atque judicandi. Quorſum referebant Matth. 16: 27. 28. c. 19: 28. ſſ. Luc. 20: 3 ſſ. & præſertim Apoc. 20: 4. 5. 6. 11. ſqq. c. 21. 1. ſſ. Quæ omnia Judæorum fabulis, de Meſſia, quaſi cum Henocho & Elia propediem venturo, Judæisque primum ſolis reſuſcitatis, & Antichriſto (*Armilo*) devicto, omnibusque etiam gentibus ſubjugatis, Hieroſolymæ M. annis glorioſe regnaturo, reliquis mortuis poſt exactum demum illud Sabbathum in vitam revocandis, eſſe analoga, patet.

patet. Vid. Jos. Medi *Dissert.* singul. *Comm. tario in Apocal.* subjecta, Burnetii *Theor. Tell. sacr.* L. IV. c. 5. & Jac. Windetus, *de Statu v functorum.* Sect. VII. &c. Sed in viam: postqu abunde jam demonstratum est, Thessalonicen hic illa utique opinione de *die novissimo*, quasi *t jam propinquo*, fuisse imbutos; eamque cum h *Chiliastarum* errore ex eodem illo, quem hic a rui, fonte promanasse, quam hic adeo Paulus ta studiose refellit. Frustra nunc igitur Noster ap stasiam, quam ille ante Christi adventum hic cit adhuc expectandam, de defectione multor ad Judaismum quasi excidium Judæorum antec sura explicare, hancque etiam ex Matth. 24: 1 12. & 24, sqq. probare nititur; cum nec ibi te pus, ante devastatam Hierosolymam elapsu respiciatur, sed illud *postremum* sub N. T. q 1. Tim. 4: 1. sqq. dicebat Apostolus *nonnullos fide defecturos, spiritus deceptores & doctrinas a moniorum sectaturos, prohibentium matrimonia c trahere, jubentium abstinere cibis a Deo creatis participandum cum gratiarum actione fidelib.* Quæ apostasia, a Josepho Medo, libro Anglic *Apostasy of the latter tiems*, accurate descript annon eadem illa sit, quæ hic Thessalonicensib prædicitur, ipse judicet.

§. 9. Cum vero jam invicte, ut spero, e ctum sit, totum hoc Apostoli argumentum in al nam plane rem atque negotium ab Autore dete queri, nullaque hic ratione tum diem adventu que Christi, tum & seductionem atque apos siam, ad prima illa tempora posse revocari; re qua sane, quæ ad sequentia etiam verba suæ h pothesi concilianda commentus est, vana quoq esse & a mente Spiritus S. aliena, facile pat Notandum etenim, Novum Interpretem vocab

A

postasiæ, *Hominis peccati*, *Filii perditionis*, *Ad-*
ersarii, articulo ὁ omnia in fonte Græco insi-
nia, sensuque adeo excellentiori intelligenda, ni-
is tenuiter, ne dicam quid aliud, explicare ex
a sententia debuisse. Neque enim ὁ ἄνθρωπος τῆς
ἁμαρτίας, *Homo ille Peccati istius*, (apostasiæ) Ju-
aicus potest esse populus, quem hic ita sensu
ollectivo, ut *Gallum* & *Hispanum* pro universa
atione dici, sibi persuadet: Sed insignis primum
se Apostata, a Christo ejusque veritate deficiens,
einde & aliis defectionis Autor, Autor, inquam,
eccati illius, τῆς ἁμαρτίας, quæ est *plena illa a le-*
Dei & Christi *defectio*, ἡ ἀνομία v. 7. conf. 1.
oh. 3:4. quæ & ἡ ἀνομία *injustitia illa* est univer-
alis videlicet, quæ hic v. 10. 12. *veritati* Evan-
elii Christi opponitur, adeoque abnegationem
acit plenariam veritatis divinæ s. Christianæ &
ustitiæ Christi, fidei imputandæ, Phil. 3: 9. Com.
11. conf. Actor. 13: 10. Unde est *illa apo-*
asia, cujus hic autor *Homo illi Peccati innui-*
tr: ut Jerobeam toties Autor Israëlitis fuisse di-
itur *peccati*, h. e. defectionis a vero veri Dei cul-
i: vid. 1. Reg. 15. 26. 34. c. 16: 19. 26. Ta-
m enim sub Novo etiam Testam. introductum
i apostasiam per *Hominem* hunc *peccati*, hic do-
et Apostolus, antequam dies Christi veniret:
deoque non unius & alterius, singularem aut
ulgarem, sed multorum communem, quam il-
l articulo demonstrativo notans, ἡ, *illa* inquit,
postasia, quæ in Prophetis & Psalmis, nec non
Christo, prædicta. Ebraice ei respondet פֶּשַׁע
Rad. פָּשַׁע *exuere dominum*, obligationem pa-
ndi abnegare, jugum excutere, funes rumpere:
t Ps. 2: 3. Jer. 5: 5. dicitur. Vid. Esa. 1: 2.
Hos. 8: 1. Ezech. 20: 38. Jer. 33: 8. & conf.
Reg. 12: 19. & 2. Par. 21: 8. 10. quam vocem

LXX. tum ἀφίστασθαι reddunt, tum ἀνομεῖν. *H*
mo ille peccati innuitur hic sub religionis & sa
ctitatis larva ad tempus latiturus, ut vel pro Sa
cto, imo sanctissimo etiam, habeatur; Sed d
tracta ipsi tandem larva *revelandus*, & tum app
riturus, ut peccatis immersus quasi & imbutu
imo ex peccatis velut compositus mente & anin
a Deo ejusque cultu vero alienissimus, omnisq
iræ reus. Et *Homo ille Peccati* (ut ex iis, q
deinde v. 7. 9. sq. dicuntur, liquet,) opposit
intelligitur etiam titulo *Hominis Dei*, 2. Petr.
21. 1. Tim. 6: 11. h. e. Servi Dei, Prophetæ, Ap
stoli, Doctoris Ecclesiæ, ut indicetur Servus S
tanæ ad omne mysterium peccati & iniquitat
ad destructionem Ecclesiæ, ad eradicationem fi
ac pietatis, seminationemque mendacii, scor
tionis & omnis turpitudinis.

§. 10. Neque etiam, cum *Filius iste Perdit*
nis illius hic dicitur, indicatur tantum, eum
sere tandem iri perditum, ut Noster exponit, (
stiné a perir miserablement,) sed & illum, ex P
ditione, ex Perditore, Satana, ex Inferno, (
Apoc. 17: 8. coll. 1. Cor. 10: 10.) quasi natum
missum, perditissimam fidei morumque corrupt
nem in Ecclesiam Dei invecturum, tanquam
lium Belial, (בְּלִיַּעַל a בְּלִי *nihil*, & יַעַל *prode*
quod est & valet ἀπώλεια *perditio*; Hæc enim i
tum ut Autori, tum ut Subjecto, hac phrasi
tribuitur. Ita Petrus 2. Ep. 2: 1. 2. 3. *Inter vos eri*
falsi Doctores, qui clam invehent hæreses perdit
nis, (ἀπωλείας) *Dominum etiam, ipsos mercatu*
abnegantes, sibi ipsis subitam accersentes perdi
nem, (ἀπώλειαν.) *Et multi sequentur ipsorum p*
ditionem, (ἀπώλειαν) *per quos via veritatis blasp*
mabitur: & per avaritiam fictis sermonibus vos
gotiabuntur: quibus Judicium jam olim non ot

ur, & quorum perditio (ἀπώλεια) *non dormitat.* Alludit vero hic nomen υἱὸς, *Filius* nimirum perditionis, ad vanam illam jactantiam, qua se Anti-Christus, tanquam *Christi vicarius*, pro Christo, *Filio*, (nobis dato, Esa. 9: 5.) Filio inquam, Dei, Ecclesiæ esset obtrusurus, quasi ille in ipso spectetur; & tanquam hæres regni Dei, thronum ejus occupaturus: quod certe deinde, v. 4. ipsi attribuitur. Ut hoc contra innuatur, non eum esse *filium* Dei, sed Diaboli, hostem omnis justitiæ, pervertentem rectas illas Domini vias; (Act. 13: 10.) non ex cœlo, sed ex inferno; non hæredem regni, sed *perditionis* & exterminii, stagni igne & sulphure ardentis: Apoc. 19: 20. &, cum ille sit *Servator* & *Liberator* suorum (σωτὴρ καὶ λυτρώτης,) hunc contra *Perditionis filium*, h. e. Perditorem. Alluditur item ad *Judam*, *proditorem*, qui eodem nomine insignitur Joh. 17: 12. adeoque eo hic innuitur, Anti-Christum genuinum Judæ, discipuli Christi & Apostoli Apostatici, hostisque & proditoris ejus, esse ἔκτυπον atque imitatorem verissimum; confessionem licet verbi veritatisque Christi, cujus se discipulum usque simulet, & Apostolum jactet, præ se ferentem: Sicut *Judas* à ידה, in fut. Hiphil יודה *jodæ*, h. e. *confitebitur*, *celebrabit*, adeoque a *confessione & celebratione* Dei ejusque verbi, nomen gessit, illaque etiam ut Apostolus Christi & Ecclesiæ Doctor aliquandiu functus est: Imo & *Iscariotem*, איש קריות *virum civitatum*, h. e. regnorum mundi, sive etiam (*plurali* magnitudinem & excellentiam, tantum exprimente; ut in בהמות *Bestiæ* Job. 12: 7. c. 40: 20. ss. & חכמות *Sapientiæ* Prov. 1: 20.) civitatis illius magnæ, v. Apoc. 17: 18. Christum ejusque veritatem, quam initio *confessus* ipse quoque est ac celebravit, postea vero

deficiendo deseruit & abnegavit, prodentem, a
varitiæ lucroque deditum, & mundi opibus in
hiantem, (vid. 2. Petr. 2: 3. 15.) istaque iniquitat
mercede dementatum, ipsum, in membris cert
suis, ad mortem denuo, in spirituali illa Sodo
ma perpetiendam, tradentem. Apoc. 11:8.

§. 11. Sed & procul dubio *Filius perditionis* τῆ
ἀπωλείας idem hic est, qui Apoc. 9: 11. ἀπολλύ
ων, h. e. *Perdens*, & Ἀββαδδὼν, אבדון *Perditio*
sive etiam (abstracto hic, ut Drusius existimat
pro Concreto posito,) *Perditor*. Ex quibus etian
Anti-Christi, certe secundum plerosque Interpre
tes, nominibus, vis istius appellationis eo clariu
elucescit. Ille vero ibi v. 1. *Angelus Abyssi*, & *stel*
cœlo delapsa, dicitur, *clavem* habens *fontis abyssi*
qua istum aperiat, & *fumum* quasi camini magn
inde emittat, v. 2. 3. ex quo *locustæ*, v. 4. sq
descriptæ, proveniant; quarum ipse *Rex* sit. Ho
enim nequaquam in Judæos, eorumve *Sanhedrin*
sed in illum, convenit, qui olim quidem ut *stel*
la matutina in cælo ecclesiæ s. regno cœlorun
fulsit, ast, ob superbam *sui super alias stellas Di*
elationem, *de coelo decidit*: ut de mysticæ Baby
lonis Rege Esa. 14: 12. 13. 14. legitur; (quo
& Gregorius Magnus, Lib. 4. Epistol. c. 82. d
eo, qui se *Episcopum Ecclesiæ universalem* appe
laturus esset, pronunciat,) ad quem & Gal. 1:9
digitum intendit Apostolus, ubi illum, aeque a
ipsius anteambulones, Pseudapostolos, ob alla
tum aliud evangelium novum, iisdem, quæ in
istos v. 8. dixerat, verbis repetitis anathemate de
vovet. Qui vero quis sis quique ejus Satellites
Locustæ illæ, apud Apocalypseos Interpretes
quorum plerique rem acu hic tetigerunt, vider
potest; & fideles norunt: Nos enim illud non
agimus. Hoc tantum dicimus, patere ex illo tun

Ebræ

Ebræo tum & Græco nomine, talem eum futurum, qui tum Græcos ſ. Gentes, tum Judæos, univerſamque adeo Chriſti Eccleſiam ex utrisque congregatam, ſeducturus ſit ac perditurus: veluti Chriſtus, qui venit ſervatum & Judæos & Græcos ſ. gentes, (Rom. 3:29. 1. Joh. 2: 2.) non ſolum Ebræum nomen *Jeſus* יֵשׁוּעַ Servator, (ſecundum Syrorum pronunciationem) à ישע *ſervare*; ſed & Græcum, *Chriſtus*, Χριςὸς, Unctus, (a χρίω, *ungo*,) habet. Quemadmodum &, cum Gal. 4: 6. Rom. 8: 15. Chriſtiani, Spiritum adoptionis adepti, clamare per illum, dicuntur, אַבָּא, Abba, πατὴρ, *Pater* nomine illo tum Ebræo tum Græco indicatur, eos filiali fiducia Deum, Patrem ſuum, invocare poſſe, non ſolum inter Judæos, ſed & Græcos ſ. Gentes, tanquam eorum omnium cum Chriſto, fratre ſuo primogenito, hæredes v. 17. 29. coll. Jer. 3: 19. Pſ. 2: 8. Atque ita rurſus ille Chriſto intelligitur oppoſitus. Sed & clarius in eo, quod illi v. 1. 3. Apoc. 9. *Clavis fontis abyſſi* (non vero etiam cœli; quam tamen habere ſe, itidem jactat,) adſcribitur; quemadmodum Chriſto Apoc. 1: 19. *clavis inferni & mortis*. Unicum addo: nomen אבדון *Abaddon*, ibi non obſcure quoque indicare illum, qui ſe gerat pro אב דין, abhdin, *Patre Judicii*, cujus ſolius ſit, *omnes & omnia judicare, a nemine vero judicari*: (vid. Extravag. comm. *de majorit. & obed.* c. 1. it. Diſt. 96. Cap. *ſatis evidenter*.) Nomen autem ἀπολλύων alludere ad eum, qui jactatione ſua ſit ἀπολύων, h. e. *ſolvens*, h. e. qui ſolvere poſſit homines, cum vivos, tum etiam mortuos, a peccatorum reatu & pœnis, ab obligatione juramenti ac legum quarumvis, & ſubditos quoque a vinculo obedientiæ &c. Quo ipſo vero ἀπολλύων revera ſit, & אבדון *perditor*

perditissimus, quin ipsa *perditio*, & ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας *ille Filius Perditionis*; uti hic maxima cum emphasi dicitur.

§. 12. Nec tamen *unam* præcise personam intelligendam esse, Apostolus hic indicat, cum articulum aliquoties repetens scribt, ὁ, *ille* Homo Peccati, ὁ, *ille* Filius Perditionis, ὁ Ἀντικείμενος, *ille* Adversarius. &c. Anti-Christi enim multi sunt; 1. Joh. 2: 18. Unus ὁ Ἀντίχριστος, *vel* omnium Antichristorum corpus est, *vel* e multis eximius. Non distinguuntur enim hoc modo homines multi ab uno, sed *varia* genera Christo se opponentium, ab *uno* genere, gente, fraternitate, ordineque hominum, singulariter se Christo opponentium, certa quadam & eximia ratione. Hoc cum multa arguunt, tum temporis longitudo, in hujus mysterii iniquitatis præparatione, seductione omnium, velatione & revelatione per facta verbumque Dei, consumtione & abolitione. Nam Apostolus prima hujus mali initia a suis temporibus ad mundi usque finem perducit. Sed & *unus* dicitur Homo peccati, Filius perditionis, Adversarius; quia omnes istius ordinis sunt *Monarchæ*. Jam constat, integram Regum δυναστείαν, & omnes unius ejusdemque regni Reges, unum *Regem* a Daniele c. 2. & 7. appellari: Populum item, gentem, familiam, magistratum ac Regem, semper censeri *eundem*, quando posteriores in decessorum veniunt locum, nomenque & jus idem obtinent: Ut *Cæsarum*, *Regum*, v. c. Franciæ, Hispaniæ & *Paparum* series, singulari vulgo numero, *Cæsar*, *Rex Francus* vel *Hispanus*, & *Papa*, communiter dicitur. Sed neque hoc diffitebitur Noster, licet, collectivo hic sensu totum populum Jud. *hominem peccati* dici putet, ut *Gallum* dicimus

imus & *Hispanum* pro tota natione. Quomodo tamen verba illa, etsi aliàs illud significare possint. (ut Eph. 4: 22. Col. 3: 9. Rom. 6: 6. nonnulli per *Hominem Veterem* & *corpus peccati*, Judaismum etiam, seu corpus populi Judaici, sub Vet. T. legi Mosis olim obnoxium; per *Novum contra hominem*, Christianismum, s. Israëlem novum, sub gratia Novi Test. lege Spiritus libertatis gaudentem, Rom. 8: 2. ex Judæis pariter & gentibus collectum, Ephes. 2: 14. sqq. intelligunt) hoc loco non posse accipi, jam demonstravimus. Sic &, licet populus Jud. sive Synedrium, Ἀντικείμενος, *Contrapositus* s. Contrarius Christi, dici potuerit (quemadmodum 1. Thess. 2: 15. 16. Judæi, ut Christi & Apostolorum hostes, regnoque Christi in gentibus ἐναντίοι *adversantes*, describuntur: vid. & Luc. 13: 17. c. 21: 15. 1. Cor. 16. 9. Phil. 1: 28.) hic tamen procul dubio cum emphasi quoque singulari vox illa accipienda est, ut insigniorem hunc hostem ab aliis gregariis distinguat. Est מלך ירב Hos. 5: 13. c. 10: 6. h. e. *Rex litem contra movens*, contradicens, nimir. vero Regi; qui Christo controversiam regni facit, hostiumque Christi Dux est & antesignanus, sicque ei *contrapositus*. Christus κεῖται *positus est* in signum ἀντιλεγόμενον, *cui contradicitur*. Luc. 2: 34. Hic ἀντικείμενος est præcipuus τῶν ἀντιλεγόντων *eorum qui ei contradicunt*, s. litem intendunt. *Quisquis Regem se ipsum*, aut Monarcham Ecclesiæ facit, ἀντιλέγει *opponit se* Christo, Regi ejus vero atque unico: dicere jure possumus ex Joh. 19: 12. Est igitur talis hic Adversarius, qui se opponit ejus regno, illudque in regnum mundi convertere ac sibi subjicere, & sic veros fideles opprimere, nititur; Christianismum opponens Christianismo.

§. 13. Sed ut ita vocem hanc etiam de *Syne drio* & *Pseudapostolis Judæorum*, sensu quaml bet tenuiore, accipiamus, verba non sinunt se quentia v. 4. *Super-extollens se supra omne Deum dictum, aut colendum.* &c. conf. Dan. I 36. Hæc enim, quæso, quomodo de *Synedri* aut *Pseudapostolis* vel ulla ratione aut verisim litudine intelligi possunt? Et quam alienum est obsecro, illa sic explicare, ut sensus sit, *Qui effert supra omnem religionem, supra omnes, qu dicunt, se verum Deum habere aut nosse*? qua diceretur, ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεοῦ, *supra omnem qui dicitur Dei esse*, vel, quasi λεγόμενος Θεὸν, es set, *qui nominat Deum*, (ut 2. Tim. 2: 19. di citur, *omnis qui nominat*, ὀνομάζων, *nomen Chri sti.*) Sed Autor ipse hæc verba sic transtulit, *su pra omnem, qui Deus appellatus est.* (qui est ap pellé Dieu.) Quam frigida vero sunt, & a ver borum Apostoli cum sono tum sensu aliena qu porro ad ea commentatur? *Hisce videlicet notar Judæorum superbiam, jactantium quippe, se veram esse ecclesiam, a Deo electam, solam ab ipso sal vandam: tum & ipsorum blasphemias, quippe di cturorum, non esse penes Christianos, recens con versos, verum Deum, non esse veram ipsorum re ligionem, nec verum illos Deum colere. Ideoqu subjungi etiam*, ou de tout culte, qui se fait Dieu, *sive supra omnem cultum, qui Deo præsta tur*: (ita reddit τὸ σέβασμα; quod Syrus reddi דחלא) *quasi nimirum non alius sit cultus Dei quam Judaicus. Dii dicti*, vocantur in Scri ptura, quoscunque Deus participes facit ullius au ctoritatis, dignitatis, ac potestatis, ut ipsius no mine aliis præsint. Ita 1. Cor. 8: 5. 6. scribi Paulus; *Quanquam sunt, qui DII dicuntur, & in cœlo & in terra*; (h. e, in Judaismo & Gen ti-

ilismo, v. Hagg. 2: 7. Ebr. 12: 16.) *sicut sunt Dii multi & Domini multi: nobis tamen* Christianis *unus est Deus, Pater, ex quo omnia.* (h. e. qui Judæos juxta & gentes præcognovit, & præordinavit ad salutem, 1. Cor. I: 30. 2. Cor. 5: 18.) *& unus Dominus, Jesus Christus, per quem omnia:* (h. e. qui Judæos & gentes suo sanguine redemit, suoque Spiritu in *unum* corpus gregemve conglutinavit aut congregavit. 1. Cor. 12: 12. 13. Joh. 1: 3. c. 10: 16. c. 11: 52. Gal. 3: 20. 28.) ubi & hoc addit, Nosque fideles ex Judæis, uti *ex Deo*, ita & *ad Deum*, h. e. ad id ab eo sumus præcogniti, ut ipsi essemus honori, ejusque promissionem nostro ministerio, nempe vocatione & conversione gentium, impleamus: Sed *per Dominum*, h. e. per Christum ad hoc a lege redemti, & libertate donati. Gal. 3: 13. 14. c. 4: 5. conf. & Rom. 11: 36. *Dii dicti* itaque Paulo sunt homines in eminentia constituti, obsequio colendi, *Diique* appellati, vel ab ipso Deo, ut Judæorum Principes. Psal. 82: 6. coll. Exod. 21: 6. c. 22: 8. 28. Joh. 10: 34. sq. Act. 23: 5. Gal. 4: 8. vel ab hominibus. vid. Esa. 42: 17. Quare, addita statim limitatione, illos quidem, quos Deus ipse *Deos* dixerat, & quibus, ceu Dei vicariis, nomen Deorum hactenus jure quodam conveniebat, *Deos* appellat; hos vero, quibus vel superstitio, vel adulatio hominum, istud nomen attribuerat, ad corrigendum quasi abusum, *Dominos* duntaxat nominat. Σέβασμα, non est σεβασμὸς, *cultus* f. *veneratio*, ut Noster explicat, sed ὅ τις σεβάζεται, *quod quis veneratur* f. *colit.* Posset quidem generalius accipi, pro eo, *quod in veneratione est*; sed, cum & *majestatem Cæsaream* Romanorum Imperatorum, qui σεβαστοὶ co-

 len-

lenài appellantur, Act. 25: 21. 25. c. 27: 1. d
notare queat, hoc illa loco potius venit intel
genda: Sensusque adeo est, Anti-Christum si
potestatem palam arrogare in omnes, quos sc
ptura & Deus ipse verus appellat *Deos*, quos
ulla autoritate & eminentia, in ordine cum po
tico tum & ecclesiastico, ornavit; inque ips
adeo Imperatores Romanos; contra Rom. 13:
Quæ ejus nota cum ea convenit, quam & P
trus 2. Ep. 2: 10. 11. ac Judas, Ep. v. 8. 9. h
bet, itemque Daniel, c. 11: 36. ubi Angelus a
*Rex ille superextollet & magnificabit se supra on
nem* אל *potentem* sive *Deum dictum* &c. Ad que
locum Paulus hic omnino respexisse dicendus e
quanquam illa ibi verba altiora etiam respice
videantur, quæ & sub Imperatoribus Romano
gentilibus gesta sunt, non autem in illum pr
cise tantum dici, qui in extremo hujus Trago
diæ actu Antichristi personam agit: De quo hu
quæ omnino pertinent, apud Natalem Alexa
drum, Dominici sectatorem ex Prædicatoru
Ordine, T. VI. *Hist. Eccles.* p. 690: sqq.
Eliam du Pin, Sorbonæ nuper Doctorem Cel
berrimum, in de *Disciplina Eccl. Vet.* aliosque
legi possunt. Et vel unum hic instar omnium i
spici meretur exemplum, perquam illustre
memorabilissimum certe, quod ipse Maimburgiu
Jesuita, in *Historia Schismatis Græci* suppedita
L. VI. p. 222. Attamen & cum eo conferri, quo
Jesaias, ad illud ipsum digitum quasi intendens
vaticinatus est, c. 14: 13. 14. quodque Grego
rium M. Romanæ Sedis Episcopum, suo quo
dam tempore de *Universali Ecclesiæ Episcopo* (
quis ita salutari amet,) interpretatum esse, ja
supra diximus.

§. 1

§. 14. Quomodo vero iſta in Judæorum pri-
ores convenire poſſunt? Certe hi ipſi ejusmodi
ii *dicti* fuerunt: V. Joh. 10: 34. 35. Illorum ve-
emiſſarii, Pſeudapoſtoli, ſe ſupra illos non ex-
erunt, ſed ipſorum potius commodis ſtudioſis-
ne velificati ſunt, novo ſuo Evangelio, lege
oſis temperato, verum ac merum Apoſtolorum
angelium obſcuraturi, ſi pote, & fideles ex
ntibus in ſervitutem legis & obſequium Deorum
ctorum redacturi. V. Act. 15: 1. 5. Gal. 1: 6. ff.
2: 2. 4. c. 3: 1. c. 4: 9. ſqq. & 17. c. 5: 1. 2. 3, 7.
. c. 6: 12. 13. 2. Cor. 11: 3. 12. ſqq. Phil. 3: 2.
18. ſq. Rom. 16: 17. 18. &c. Neque hi neque
contra Majeſtatem Romanorum Imperatorum
extulerunt, eam ut ſibi ſubjicerent, cui ſe ultro
mittebant, quippe Cæſarem unicum *Regem*
um agnoſcentes, Joh. 19: 15. & Chriſtum eo no-
ne accuſantes, quod Cæſari ſe opponeret.
c. 23: 2. Joh. 19: 12. conf. Act. 24: 1. 3. Mul-
adhuc minus in illos quadrat, quod Apoſtolus
v. 4. porro ſubjicit, Antichriſtum *ſedere in tem-*
Dei, ſicut Deum, ſemetipſum declarantem;
od ſit Deus. Quæ extremum ſuperbiſſimæ ela-
nis ejus gradum oſtendunt, & reſpiciunt ad
Dan. 11: 36. *Super Deum Deorum admirabilia*
uetur: nec non ad Dan. 7: 25. & Ezech. 28:
29. quæ loca videantur. conf. & Apoc. 13: 5.
6. Novus Interpres, ut Illud ad Antichriſtum
ſum Judaicum, dudum abolitum, quomodo-
nque accommodet, *His*, inquit, *ſuperbam Ju-*
dorum elationem adhuc indicari luculentius, qui,
ſolos eſſe veros templi Hieroſolymitani poſſeſſores,
griati ſint, quaſi non aliud, præter illud, exiſte-
re: Ita ut ſe in eo collocarint, tanquam Deus, &
p Deo haberi voluerint, h. e. *pro eo, quod verum*
erent cultum, qui in ipſorum templo præſtaretur,
&

& quod non alia esset religio, quam quæ in ip rum Ecclesia vigeret. Non video equidem, n assequi ulla ratione possum, quomodo hæc ex A postoli verbis (quæ ipse tamen ita recte transtul *Jusqu' a s'assoir comme Dieu dans le temple de Di voulant lui même passer pour tel*) extorquere p tuerit. Postrema quidem ipsum jam supra ex v ce σέβασμα, (quam *culte*, *cultum* sc. religiosu transtulit,) elicuisse, vidimus: Sed quam proc cetera omnia ab illis Apostoli verbis abludan quamque indigna sint adeo, quæ refutentur pl ribus, nemo non videt.

§ 15. Hæc vero principalissimam Antichri notam ab aliis Christi hostibus eum clarissim distinguentem, exprimunt. Neque magis tam illa, quam superiora, inferunt, illum eo progre surum insolentiæ, imo blasphemiæ, vel poti insaniæ atque stultitiæ, ut neminem alium, pr ter se ipsum, agnosci Deum velit, hancque fide aliis totidem verbis expresse imperet: (quæ tem ritas certe intolerabilis nullum profecto locu invenire posset) neque, *in templo Dei sedere*, n cesse est, hic denotare, in domo aliqua materi li eum occupare locum, quem e. g. Deus um bratice tenebat in templo Salomonis, vel ido gentium in ipsorum fanis: Sic enim *Mysteriu* non foret *iniquitatis*, longo tempore, & inde Apostoli jam aevo, in occulto operatum, uti h v. 6. 7. 8. dicitur; sicut sero demum tempore *remoto*, quod ante obfuerat, *obstaculo* fucata hu jus Ἀνόμου *impietas* plane *manifestanda* sit & dehin prostituenda. Venit utique *omni cum dolo & fa lacia* v. 10. *Templum* autem *Hierosolymitanum* tum adhuc extans, hic indigitari; (quod Aut cum suo Grotio gratis supponit,) tam falsum e quam quod alii, aliud novum, olim restaurar

dun

...m, intelligi suspicantur. Christus Matth. 23: ... Templum, quod tum erat, *domum* non Dei, ...il *Judaeorum*, appellat, ut honorifico isto no...ne indignum, speluncam quippe furum & la...onum, Luc: 19:46. Joh. 10:8. Quare ναὸς Θεοῦ ...*nplum Dei* hic Veteris templi est ἀντίτυπος, vi...l. vivum, ex vivis lapidibus exstructum, 1 Petr. ...5. Ecclesia Christiana, *Domus Dei vivi* 1: Tim. ...15. quatenus nempe externa ejus spectatur com...unio: (neque enim aedificium, congregationi ... publici cultus exercitium destinatum, ullibi ... a scriptoribus sacris appellatur) in qua *sedere* ...*ntichristum*, *ut Deum*, &c. est, cathedram, & ...cendi judicandique potestatem, in illa sibi arro...re; atque in eo se ita gerere, ut non tam *di*..., quam *monstret* & ostendat, quod sit Deus, ...i metonymia *sedendi* ubivis potestatem denotat. ...l. Matth. 19:28. c. 20:21. 23. c. 23: 2. c. 26: 64.) ...m enim in ecclesia N. T. libera non obtineat ...plius Cathedra, quam homines teneant, sin...lari docendi privilegio & autoritate prae aliis in...nes, multoque minus Judices, potestate alia, ...am demonstrandi ad conscientias veritatem in ...bus fidei utentes (Jerem. 31: 34. Ebr. 8: 11. ...ll. Matth. 23: 2. 3.) ille revera καθίζει in Eccle..., qui eam sibi arrogat: Sedetque in ea *ut Deus*, ...*se ipsum demonstrat*, *quod sit Deus*, cum ita se ...rit, quasi esset Deus, divinam scil. usurpans ...toritatem ac potestatem. v. gr. si dicat, se esse ...gem, Dominum, caput, universae Ecclesiae; ...solum habere potestatem mittendi inaugurandi...e Ecclesiae ministros, nec non peccata remit...di per modum jurisdictionis, ferendi leges, ad ...ltum Dei pertinentes, ἀνυπευθύνως, infallibiliter ...finiendi credenda & agenda ad salutem necessa..., dispensandi de legibus Dei, determinandi sen-

ſenſum Dei in Scriptura S. absque demonſtrat ne; imo ſuæ autoritati deberi, ut Scriptura autoritatem habeat, & pro divina agnoſcatur, ſ que etiam præter illam dictata pari cum ea pie tis affectu eſſe accipienda &c. etſi vel maxi ipſum nomen *Dei* vel *Vice-Dei*, aut *divinae n jeſtatis*, non admittat, ſibique tribui, ferat.

§. 16. Et hæc tam vera atque certa eſt ex ſitio, ut nec unum, vel minimum, eorum *A* tichriſtus in ſe patiatur deſiderari, aut vel lat unguem, imo pilum, inde diſcedat. Interea c riorem horum explicationem petere licet ex *li Decretalibus* Romanorum Pontiff. eorumq *gloſſis*: Ubi vid., inter alia, Bonif. VIII. in l travag. *de Major. & obed.* cap. *Unam Sancta* & Extrav. de *Conceſſ. præbend.* Cap. *ad Apo lorum*: it. *de Electione & Electi poteſt.* in c *Fundam.* in gloſſa, & in proœm. Clementi rum in gloſſa: Rurſus in Extravag. de *Verb. nif.* Cap. *ad Conditorem*: it. Diſt. 96. cap. *S. evidenter*. Extrav. comm. L. 1. tit. 1. cap. un & Extravag. Johann. XXII. Tit. 14. c. 4. gloſſa. Adde L. 2. Tit. 23. *de præſumptionib* c. 1. in gloſſa, & Diſt. 40. *Libri Decretalium* Ann. 1591. ed. Lugdun. confer & *Dictat. G gor.* VIII. qui leguntur in L. 2. Epiſtoll. ej poſt Epiſt. LV. &c. &c.

§. 16. Sed pergendum ad reliqua. Ubi j Noſter denuo, quod v. 6. & 7. dicit Apoſtol *Eſſe ſuo aevo*, *quod obſtet*, quo minus Antich ſtus jam tum, ſed ut olim, *ſuo* demum *tempo reveletur*, eo nimirum, *quod* hactenus *obſtet*, *ſ lato*, ita explicat, aut contorquendo perver *Judaismum non ante manifeſto Judicio aut ſuppl toti mundo ob oculos poſitum & exciſum iri*, (h enim ipſi ſignificat ἀποκαλύπτεσθαι, *revelar*

qu

uam ille, *qui eventuram Christianorum apostasi-
m & Judicium in Judæos*, *cum illo nexum*,
ctenus impediret, *e medio tolleretur:* Nimirum
se noster *Apostolus*, ejusque *cura sollicita*, *zelus
us* atque *laboriosa industria*; (quæ ille, tan-
iam Thessalonicensibus satis comperta, *mo-
ste* hic *premat*) *quibus Judæorum machinationes* &
*seudapostolorum molimina hactenus eludantur: post
sius vero obitum*, *iniquitatis Judaicæ mysterium iri
velatum*, *ubi Judæi*, *magnam causati a fide Chri-
iana defectionem*, *statim universo terrarum orbi
exemplum Judicii & pœnæ publice sint pro-
nendi*. Nam & quod v. 7. addit Apostolus,
*Iysterium iniquitatis suo jam tum ævo in occulto
e operatum*, nihil ipsi est aliud, quam *Ju-
ssimum Numen se jam tum parasse ad vindictam*,
Judæis impiis sumendam, & *nonnullas ipso-
um pœnas*, *atque Judicia quædam*, *jam cœ-
sse manifestari*, *ita ut mysterium etiam iniqui-
tis* sint *occulta Dei Judicia in falsam Judæorum
ligionem cultumque Dei & Legis præposterum*,
nnesve eorum abominationes ac malitiam, *in
hristo & Christianis tunc testatam*, (quæ
mnia hic ἀνομία *defectio a lege*, i. iniquitas, ap-
ellentur,) Unde & ex Josephi *de Bello Jud.* li-
is illos divinorum Judiciorum gradus memo-
it, quæ in Judæos paulatim invaluerint, donec
s eorum prorsus pessum ierint. Quis non in-
ignetur, illustrem hanc Spiritus S. prophetiam
c eludi, & verba quibus ea descripta est, mo-
ıentosa omnino & significantissima, ita enerva-
, imo prorsus perverti, inque sensum alienissi-
num detorqueri? Sed ita Noster, suæ serviens
ypothesi, instituere necesse habuit, ut hæc di-
ta, illi minus convenientia, ad eam vel aliquali-
r accommodaret, vel potius cum ea concilia-
ret.

ret. Certe enim τὴν ἀνομίαν f. *defectionem a le* hic longe plus habere in recessu, ex collatioı eorum, quæ supra ad v. 3. §. 9. de ἀποςασία (quæ itidem *defectionem* a Deo notat,) dicta sun manifestum est: & *Mysterium* quidem ἀνομίας stius, longe esse aliud, quam novus interpres si persuadet, nobisque coactissima illa vocis *Myst rii* & ejus *revelationis* expositione persuadere cı pit, vel cuivis patet. Annon, quæso, Aposto jam ævo illa Judæorum iniquitas erupit & man festa fuit, cum non minus tantum & persecuti nibus fidem Christianam extirpatum iverunt (quod vel *Apostolorum* passim testantur acta, con 1. Thess. 2: 15.) sed & Pseudapostolos subo narunt, qui rem insidiis agentes, simulata fid professione, blandisque verborum usi lenocinii (v. Rom. 16: 17. 18. 2. Cor. 11: 3. 13. f Gal. 2: 4. c. 3: 1. &c.) evangelium, lege ten peratum, tacite abrogarent, Discipulosque Jes in Mosis disciplinam redactos, legi legisque cı stodibus, Diis dictis, in cathedra Mosis sedent bus, subjicerent. Nec demonstrari potest, ho postquam fideli Apostolorum cura, & vigili ı dustria ac zelo, in versutia sua deprehensi, & tanquam *vulpeculæ*, *vineam Domini vastante capti* excisique, Cant. 2: 15. sive ex Ecclesia f mel ejecti sunt, Gal. 5: 12. deinde brevi ante Hier solymæ excidium denuo Ecclesiæ fuisse molesto Sed autor ideo verbum *revelari* & vocem *mysteri* de Judiciis ac pœnis divinis, Judæis idcirco p stea inflictis f. infligendis, explicare voluit; cu tamen hæc versu 8. demum memorata, a rev latione Antichristi & mysterio iniquitatis ejus ceu illis posteriora, manifesto distinguantur. E quam frigida quoque est τοῦ κατέχοντος, *illius qu obstat revelationi* ejus, explicatio?

§. 1

§. 17. Hæc vero omnia multo luculentiorem, imo & certissimam, inveniunt interpretationem in communi Theologorum Evangelicorum de *Antichristo* sententia. Nimirum, prædixerat Apostolus, *venturam Apostasiam* ante ultimum Judicium; eamque ita venturam, ut ὁ Ἄνομος, *Exlex ille, Homo ille Peccati, reveletur.* Hinc ostendendum erat, quam prope tempus revelationis ejus abesset. Itaque dicit v. 6. eum nunc, sive Apostoli ævo, *detineri* & impediri, quo minus in apertum jam prorumpat, aut libero gradu procedat: non tamen ita impediri, quo minus in occulto se jam moveat. Mysterium ἀνομίας est idem quod ἀποστασίας, *defectionis.* Dicitur vero *Mysterium* in oppositione ad *revelationem.* Est igitur ἀνομία tum in mysterio s. occultatione, tum in revelatione s. demonstratione α. In *Occultatione*, per præparationem Satanæ, omnia molientis ad defectionem; dum interea crescit Ecclesia per prædicationem Evangelii. Zizania enim simul spargit Satanas. Matth. 13: 25. 39. Et huc pertinet, quod Apostolus hic v. 9. sq. dicit, *Adventum Antichristi esse secundum operationem Satanæ - - - in omni fallacia.* Quæ Noster quidem etiam Judæis suis applicare, invita licet rerum historia, conatur, allegans locum Matth. 24: 24. quasi ibi de Judæis eorumque emissariis, Pseudapostolis, sermo sit; quod tamen falsum esse, jam ante demonstratum est. (Utrobique certe manifesto satis de Anti-Christo Romano sermonem esse, quilibet rerum intelligens, nec plane Hospes in historia, facile percipit) β. In *Demonstratione, ubi Homo ille Peccati* sine dissimulatione se in omnem dictum Deum, aut cultum, extollet, inque templo, h. e. Ecclesia, Dei sedebit aut regnabit. *Sine dissimu-*

latione, inquam; profecturum enim illum se: sim in pejus, & a clandestina machinatione : publicam professionem eorum omnium, quæ psum esse professurum, & Ecclesiæ intentaturu Scripturæ prænunciarunt, satis intelligitur. E quo demum tempore proprie ἡ ἀποστασία, ἡ ἀνμία & ὁ ἄνομος dicitur. Dehinc explicat Aposto lus, *quamdiu impediendus*, & *num statim*, *ex q revelatus abolendus etiam sit Antichristus.*

§. 18. Quod ad prius attinet, docet Aposto lus, nihil eum ejusve revelationem esse imped turum, nisi quod tunc impediebat; v. 6. q amoto, (ne videl. tantum valere amplius poss ut impediri progressus queat,) revelatum eu iri. Nam inquit v. 7. *Mysterium jam operat defectionis tantum, donec e medio abeat*, ὁ κατέχων ἄρτι, *qui hodiedum impedit* (ita enim verb in Græco trajecta, collocanda sunt.) q. d. usque tantum in occulto operatur mysterium arcanum defectionis a lege Christi, ex illo pa latim nasciturae, donec præsens obstat *impedim tum*, τὸ νῦν κατέχων; eo vero, *qui* nunc *imped* e medio remoto, non amplius aget mysteriu sed manifestatio istius defectionis. Innuit igit *illum impedientem*, *illudve impedimentum*, op tere tolli e medio, ἐκ μέσου (non, *de* medio, e. non, ut non amplius sit; sed,) ut non porro impedimento. Intelligitur itaque sane cessio s. amotio; at non necessario omnimo sublatio ipsius rei impedientis, sed eatenus ta tum, quatenus impedientis s. obstaculum Quid illud esse possit, haud adeo difficile co citur. Cum enim nec ipse Apostolus, ejus sedula cura & zelus pro ecclesiæ salute, (ut a vidimus) intelligi hic possit, nec ipsa veritas regnum Christi; utpote quod auferendum uti

e medio non erat, ut Antichristo faceret locum; neque adeo etiam *Deus* ipse ejusque decretum; quippe quem esse, qui illum hactenus impediat, nullius hic sane momenti erat inculcare; *humanam* aliquam potentiam intelligi, profecto necesse est, quæ ejusmodi ferre non posset elationem, neque etiam religionem. Hæc futura erat *Christiana*, nomine-tenus saltem, supergressura omne humanum fastigium. Summa tum temporis potestas erat penes Imperatorem Rom. non permissurum profecto, ut aliquis supra divina atque humana sese efferret, mundumque istuc adduceret, ut se ipsi submitteret. Et quia Romanum Imperium gentile vel nominis *Christi* erat impatiens, imperium sane religiosum in illo erigi non poterat, quòd Christianum vocaretur, quamdiu illud suum servabat vigorem. Hinc est, quod veteres omnes, & recentiores etiam interpretes, intelligant h. l. Romanum Imperatorem atque Imperium, revelationis Antichristi obstaculum, quod e medio oportere tolli a Spiritu prædictum sit, antequam ille reveletur. Quanquam haud dicatur, necesse esse, imperium illud prorsus exstirpari aut tolli, ante illius revelationem, sed ea tantum ratione ac modo illud oportere cessare, quatenus impedimentum regno ejus faciat: Dum alia utique ratione cessare & locum Antichristo facere, alia item ratione perstare ac manere poterat. Quod & aliarum Prophetiarum παραλληλία demonstrat: V. Dan. 2: 33. 41. sqq. & c. 7: 8. conf. Bellarm. L. 2. de P. R. C. 13. & L. 3. c. 5. Blasius Viegas, *Comm.* in *Apoc.* p. 832. Cum enim Antichristi revelandi sedes deberet esse Roma, illiusque regnum cum Romano permisceri, fieri illud haud poterat, quamdiu Roma idololatriæ gentilis esset sedes. Imperium igitur

Romanum gentile, imo & Christianum deinde, secundum certam quandam sui rationem (quatenus nempe Antichristo se adhuc opponebat,) cessare prius debebat, quam regnum Antichristi, in templo Dei, s. Ecclesia, sedentis, constabiliretur & consummaretur: & alia tamen ratione manere quoque & continuari. Prophetias vero rebus comparare gestis, instituti jam non est nostri.

§. 19. Quod ad posterius attinet, An ille simulac jam revelatur, statim etiam abolendus sit? Docet Apostolus v. 8. ubi ait, *Tunc*, quando nimirum impediens illud e medio abierit, *Defectorem illum*, seu defectionis autorem, *iri revelatum* & exinde illum *a Domino Spiritu oris sui consumendum esse*, *denique etiam illustri adventu sui abolendum*. *Revelatio* illa gemina est, *tum* quo ipse Antichristus demonstraturus sit impudentiam suam, arrogando sibi aperte maximam in Eccle sia potestatem, hoc tamen fraudem illam atqu injuriam nondum animadvertente; *tum*, quo animadversuri tandem sint pii, quid rerum aga tur, & quod is revera sit ὁ Ἄνομος, qui Ecclesiam occupet. Utrumque conjungendum est. Po revelationem vero posteriorem cœpturam dic Apostolus ἀλάλωσιν, attritionem s. consumtionem quam post aliquem temporis tractum exceptur tandem sit καταργησις perfecta ejus *abolitio*. Qu expresse & notanter a se invicem distinguuntur utpote diverso tempore atque medio futuræ. *Il* enim talem notat consumtionem, quæ paullatim fit; secus quam *hæc*, quæ subitam destructionem dicit: Quemadmodum v. g. ignis, lignum lucernamve paullatim pascendo ἀναλίσκει, *consumit*; aqua vero, igni affusa, hunc καταργεῖ prorsus *abolet* s. extinguit. Dominus autem Antichristum

co-

consumturus dicitur *spiritu oris sui* h. e. (ut & Lutherus in præf. ad 2. Ep. ad Theff. & Seb. Schmidius, in sua ad eandem Epist. Paraphrasi explicat,) verbo suo, illudque comitante efficacia Spiritus S. in convertendis suis, & potentia in puniendis suis suorumque hostibus; Quemadmodum improbus ille per fallaciam mendacii & efficaciam Satanæ crevit: v. 9. 10. *Abolíturus* vero *illum illustratione adventus sui*, videl. ad regnum suum in consummatione seculi gloriose consummandum; qui ejus *adventus adventui istius Improbi* v. 9. opponitur. Hæc omnia, hosque *Operationis*, *Revelationis*, *Attritionis* s. Consumtionis, & plenariæ tandem *Abolitionis*, gradus verba Apostoli in regno Antichristi istius clare distinguunt; quos vero Autor in fictitio suo Antichristo Judaico ita distincte ostendere non potuit. Et quam frigida, obsecro, ipsius ad v. 8. commentatio est, *Deum*, *Judæos notabili quodam Judicio publice totius mundi oculis in iræ pœnaeque exemplum proposuisse*, (hanc enim Antichristi revelationem intelligit,) *cum de illis*, *ex praedefinita decreti sui sententia*, (quæ ipsi *spiritum oris Domini* denotat) *vindictam exegit*, *eosque in excidio Hierosol.* tanquam *illustri* & *perquam glorioso Judicio*, (hanc enim *illustrationem adventus ejus* esse statuit,) *occiderit atque perdiderit*.

§. 20. Sed *Revelationem*, *Consumtionem* & *Abolitionem* Antichristi non unius ejusdemque esse sensus neque temporis, sed illas, ut inter se distinctas, ita distinctis etiam temporum articulis fuisse expectandas, sibive invicem succedere, ipsa hic verborum consecutio, & ordinata series clarissime ostendit. Neque enim dicit Spiritus S. *Revelabitur* - - *consumetur* - - *& abolebitur* (quomodo, si uno quasi spiritu hæc comprehensa dicerentur, unum

 idem-

idemque negotium ac tempus videri possent indicare:) Sed, *Tunc revelabitur Improbus ille quem* dehinc *Dominus consumet* paullatim, nimirum *Spiritu oris sui*, & prorsus tandem *abolebit idque illustratione adventus sui.* Nam in Scripturis Sanctis explicandis verba in summa utique ἐπιτάσει, *intensione*, inque omni vi suæ significationis, esse accipienda, & probe premenda, ut verum ex iis exprimatur; ab ipsis etiam Apostoli discimus: (v. Gal. 3: 16. 1. Cor. 15: 27. Ebr. 2 9. c. 8: 13. &c.) & *ipsum quoque VERBORUM ORDINEM mysterium esse*, Hieronymus, in *d opt. gen. interpret.* (ad Pammachium,) jam observavit, & probe norunt intelligentes. Antiqui etiam Judæorum magistris monentibus, *Nullum in Scripturis esse apicem, a quo non montes qs. sententiarum pendeant.* (quorsum & ipse Servato Matth. 5: 18. videtur respexisse.) Sic v. g. i verbis Esa. 42: 1. sq. temporum vices ita distinguuntur: ut illa: *Servus ecce meus, quem elegi* pertineant ad Christi exinanitionem: illa, *In qu acquiescit anima mea*, ad ejusdem exaltationem (conf. Ps. 89: 20. cum Matth. 3: 17. c. 17: 5. illa, *Ponam Spiritum meum super ipsum*, ad effusionem Spir. S. (conf. Ps. 45: 8. Esa. 61: 1.) Illa, *Judicium renunciabit Gentibus*, ad vocatio nem Gentium: (conf. Esa. 2: 4: c. 11: 3. 4.) illa *Non litigabit, neque clamitabit, neque audiet qui quam vocem ejus*, ad tolerantiam afflictionum, silentium diu imperatum, ne putarent regnum Dei aut armis occupari, aut venire multo cum clamore ac παρατηρήσει, Luc. 17: 20. 21. & f porro. (Quam sententiam cum Matthæus 12: 15. sqq. ad historiam consultationis Pharisæorum adversus Jesum, ad illum perdendum, secessionis ejus, atque affectationis turbæ multæ

ac sanationis omnium, factæque a Christo inter-minationis, ne ipsum manifestum facerent, appli-cat, hanc omnino esse mysticam, sensuque sal-tem sublimiori Christi mystici, potissimum, ejus-ve regni, fata post eventura præfigurasse indicat. Vid. Matth. 27: 1. sq. Act. 13: 46. Apoc. 22: 2. Col. 3: 4. 1. Joh. 3: 3. &c.) Eodem sane inter-pretandi canone ipse quoque Paulus hic usus, ver-ba illa, *Consumet Improbum Spiritu oris sui*, ex Esa. 11: 4. allegans, ubi Propheta a qualitate & officiis Messiæ, quæ ante descripserat, ad Judi-cia, quæ ille sub œconomia Nova in Ecclesiæ suæ hostes executurus esset, transiens, dicit, *Et percutiet Terram sceptro oris sui, & Spiritu labio-rum interimet Improbum.* Prius colon, extra con-troversiam ad Judæos spectans, (v. Mal. 4: 6.) omittit, eoque illud non æque ad Anti-Christum pertinere, huncque adeo a Judæis omnino differ-re agnoscit; posteriori duntaxat commate ad An-ti-Christum relato: De quo illud & Jonathan in Paraphrasi Chaldaica explicans, illum ארמילום *Ar-milus*, h. e. (transpositis literis duabus prioribus) ראמילו *Romilus*, appellat. Gradus vero ejusmo-di, secundum temporum vices distinctos, in ju-dicio Anti-Christi observandos, etiam Matth. 22: 11. 12. 13. reperimus, ubi Christus eum, tan-quam convivam sine veste nuptiali, suas nuptias post vocatas Judæorum loco Gentes, ib. v. 8. 9. 10. ingressum, opportuno tempore, cum visu-rus convivas *venit*, primum *videt*, deinde *allo-quitur*, &, ubi ad alloquium illud *obmutescit*, porro *vincire* jubet, postea vero *tollere*, & tan-dem *in carcerem conjicere*. vid. Grœnwegenii *Mond van de Opperste Wysheit*, ad hanc parabo-lam.

§. 21. Ex dictis jam plus satis, ni fallor, con stat, quam irrito plane conatu novus Interpre classicum hoc de Antichristo dictum *ad Judaeo* dudum perditos detorquere, (per quendam inge nii forte lusum) annisus fuerit. Quod vero & e loco 1. Joh. 2:18. 22. & c. 4: 1-3. (quem illi suc centuriare voluit,) aliquam nititur opinioni su conciliare verisimilitudinem, nihil est. Neque ve ro ego, cum ipse verba illa tantummodo allege in illis explicandis multus ero: hoc solum mone communem fere Doctorum esse sententiam, ne cum ratione improbandam, B. Johannem scrip ta, quæ nobis ab eo supersunt, omnia provectio ri demum aetate, post excisam aliquamdiu Hie rosolymam, consignasse; (in quo & Ambrosium habemus consentientem:) Unde & Baronius Epistolam hanc circa annum Christi IC. anno v del. Nervæ primo, & post Hierosolymæ excidium vigesimo quinto, exaratam esse, statuit: in qu neque Censor ejus, Ant. Pagi, quod repreher deret, reperit: Quod vero ibi Johannes d. v. 18 *novissimam horam* suo etiam aevo fluxisse, scr psit, non sane certum id facit indicium, illum an teriori jam tempore, postrema videlicet V. T periodo adhuc labente, sicque stantibus adhuc Ju dæorum rebus, ita scripsisse: cum totum hic No vi Test. tempus sub *Evangelio*, œconomiæ pro missionis, ante legem, & œconomiæ V. T. *su lege*, oppositum, ultimæ horæ, (Prophetis ante rioribus אחרית הימים *dictae*) appellatione venir dudum demonstraverint Theologi. Quo posito collatis simul iis, quæ dicto Johannis loco sub sequuntur, dicendum omnino est, *negare, Je sum esse Christum, adeoque & Patrem & Filium negare*, non tam crasse, vel de negatione verb etiam expressis facta, esse intelligendum (quomod

hæ

ac quidem negatio in Judæos utique convenit;
e quibus vero si sermo hic esset, non ita tecte,
ed æque saltem clare, quam 1. Thess. 2: 14. lo-
utus de illis fuisset Spiritus S.) quin potius de
ali, quæ re magis ipsa, quam verbis, fiat, ab
jusmodi nempe hostibus, qui tunc temporis non-
um adeo essent manifesti, ut Judæi, sed pullula-
cerent primum; quique non extra ecclesiam essent
onstituti, sed *ex* ipsa ecclesia provenirent, v. 19.
deique Christianæ veritatem, non aperte quidem &
lane negarent, sed mendacia sua cum illa compin-
erent, v. 21. Christianosque inducerent, unctio-
em a Sancto illo acceptam (Scripturam a Spiritu
ancto inspiratam, s. veritatem ea comprehensam,)
elinquere, v. 20. & 27. & ipsorum mendaciis, qui-
us totius Scripturæ & veritatis Christianæ funda-
nentum convellerent, eique contraria docerent,
redere: præterea certum quoque caput habituri
rant, quod proprie & singulariter *Mendacis &
Antichristi* titulum gereret, Christique adeo locum
n Ecclesia occuparet. Profecto enim, si illud *ne-
are*, *Jesum esse Christum*, *&* *venisse in carne*, de
xpressa verbalique tantum negatione esset intelli-
endum, multi quoque Impostores, qui tum ævo
ohannis, tum omnibus retro seculis, extiterunt,
um & qui modernis existunt temporibus, crassissi-
nos licet errores docentes, *Spiritus ex Deo egressi*
lici possent, c. 4: 1. si totidem solum verbis confite-
, *Jesum esse Christum in carne manifestatum*, ad
lud sufficeret. Rectissime igitur Lutherus noster,
n *præf.* ad I. Epist. Joh. observat, *negare Antichri-
tum illam veritatem*, *non ore*, *sed animo*, *vel doctri-
a*, *illam destruente*, *ipsaque vitæ praxi*. Quod
uomodo fiat, ibidem quoque ostendit. Videatur
t omnino Coccejus in *Ultimis Mosis*, §. 1448. &
1453. it. in *Locis de Antichristo*, ad h. l. ut & Mel-

 chior

chior T. 2. Opp. 213. 199. Legi vero hic vel impr
mis etiam meretur supra laudatus Mſr. du Vida
in *l'Eglise Romaine pleinement convaincu d'Ant
christianisme*; P. I. Lettr. II & III., ubi ille dicta Jo
hannis verba ita exposuit, ut, si *hora novissima* v
maxime de postrema veteris seculi periodo accipi
tur, imo & *negatio Patris ac Filii* &c. de Judæ
non minus quam aliis Antichristi præcursoribus
primo intelligatur, certum tamen maneat, præ
ter Antichristos ejusmodi minores insignem ali
quem Christi hostem, qui se ipsius loco Ecclesiæ pr
Capite & Sponso obtrudat, (de quo 2. Theſſ. 2: 3
4. ſſ.) hic omnino respici, cui eadem hæc negatic
alio licet sensu, non minus vere conveniat. Quo
vero p. 132. dicit Noster, *ista se ratione alia etian
Pauli aliorumque Apostolorum de Antichristo dict
facile quoque de Judæis posse explicare*; ipsi quiden
facile potest credi: Siquidem isthac eum ration
ex *Hermeneuticæ* suæ *quodlibetariae* principiis quod
libet facile ex quolibet deducturum, vel quilibe
sibi facillime sit persuasurus: cum artem ille suam
quodlibet faciendi ex quolibet, ex uno jam al
teroque specimine satis hactenus dederit proba
tam. Sed quod exempli inter alia loco *Apoca
lypsin Johannis* allegat, quam facile sibi fore
dicit, secundum istam quoque rationem ad Judais
mum ejusque excidium applicare; (quandoqui
dem *Josephi* de Bell. Jud. *libri*, *quatenus Hie
rosolymae vastationem Judaeorumque perditionen
ac dispersionem, sub Vespasiano factam, describant
optimum Apocalypseos Commentarium praebeant:*)
cum ejus rei jam pridem etiam periculum ipſe
fecerit, illud quoque παράδοξον pluſculis aliàs
volente Deo, considerabimus.

III.

III.

Jo. Georgii SCHELHORNII

Animadverſiones in quædam Novi Fœderis loca.

ARGUMENTUM.

§. 1. I. Quo ſenſu Paulus Tit. I. 12. Epimenidem Prophetam Cretenſium vocaverit? forte ratione ſacerdotii. προφήτης Græcis ſacerdos. Loca Heliodori. §. 2. Teſtimonia Herodiani, Plutarchi, Juliani. §. 3. Clementis Alex. &c. §. 4. Pfeifferi. De Prophetis Jovis in Academia Cretenſi. προφήτης interpres. §. 5. Alia conjectura de ſenſu loci. §. 6. II. καταβολὴ σπέρματος quid Hebr. XI. 11? proprie projectio ſeminis in terram, ab agricolis fieri ſolita. §. 7. Per translationem ejaculatio ſeminis genitalis: cujus dantur exempla. §. 8. Sæpe veteres ſobolis procreationem agrorum contulere cultui. §. 9. III. εἰς ἔργον διακονίας Eph. IV. 13. elegans uſus phraſeos ἔργον τινος γίνεσθαι §. 10. ἔργον pro ædificio. §. 11. IV. Periphraſis mortis per ſomnum etiam profanis ſcriptoribus uſitata, non ſolum poetis. §. 12. 13. Sed & proſaicis. §. 14. V. De phraſi θύραν ἀνοίγειν 1. Cor. XVI. 9.

Tit. I. 12.

Ἴδιος αὐτῶν προφήτης.

§. 1.

CUr D. Apostolus Epimenidem, cujus ve[illegible] sum allegat, prophetæ insignierit titulo, va[illegible] de dubium est, nec mirum, cum ipsi jam vete[illegible] res de illius historia maxime dissenserint, und[illegible] Pausanias (a) τὰ ἐς Ἐπιμενίδην Λακεδαιμονίους δοξά[illegible] ζω μᾶλλον Ἀργείων λέγειν εἰκότα. *Veriora existim[illegible] quæ a Lacedaemoniis, quam quae ab Argivis a[illegible] Epimenide commemorantur.* Paucis dicam, qui[illegible] mihi de eo videatur. Arbitror, apud Cretens[illegible] summum obiisse sacerdotium, quales Græcis no[illegible] minabantur *prophetae.* Diogenes Laërtius aliiqu[illegible] eum primum domos & agros expiasse, nec non tem[illegible] pla condidisse ferunt, de quo plura collegit Stan[illegible] leyus (b) Heliodoro in Æthiopicis προφήτης anti[illegible] stes Sacerdotum Memphiticus, ψευδοπροφήτης fal[illegible] sus antistes, ἱερωσύνη τῆς προφητείας sacerdotiu[illegible] antistitii, ἀξίωμα προφητικὸν, dignitas sacerdota[illegible] lis, προφητεύειν vero huic muneri præesse dicitu[illegible] compluries. Dabo earum vocum recensum, no[illegible] ex indice exscriptum, utpote quo mea editi[illegible] (quæ cura Dan. Parei Francof. 1631. in 8. pro[illegible] diit) non est instructa. Προφήτης L. I. C. 19[illegible] 22. bis. L. II. C. 24. L. III. C. 11. bis. 14[illegible] bis. 16. L. VI: C. 15. L. VII. C. 11. ter. L[illegible] VII. C. 5. ψευδοπροφήτης L. X. C. 36. προφη-τικός. L. I. C. 19. 21. L. II. C. 26. 28. L[illegible] III. C. 19. L. VI. C. 14. L. VII. C. 11. 14[illegible]

L.

(a) In Lacon. f. 93. edit. Francof. 1583.
(b) Hist. Philos. p. 92. sq.

] VIII. C. 3. 5. προφήτεια L. I. C. 22. 33.
] VI. C. 13. L. VII. C. 2. bis. 3. 4. 8. bis.
] VIII. C. 3. 5. bis. L. X. C. 2. ubi sic vo-
c ur Æthiopiæ sacerdotium, ut videas hinc,
rn de Ægyptiaco duntaxat adhiberi hanc vo-
cn. προφητεύειν L. II. C. 25. L. VI. C. 9.

§. 2. Ita Herodianus (c) ὑποδήμασι Λίνȣ πεποιημένοις ἐχρῶντο, ὥσπερ οἱ κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία προφητεύοντες quo loco per προφητεύοντας Phœnicios sa-
c dotes intelligi puto. Sic etiam Plutarchus (d)
Pntificem maximum Romanorum προφήτην ap-
plat. ὁ δὲ μέγιϛος τῶν ποντιφικῶν, οἱζȣ̃ ἐξηγητȣ̃ καὶ
π φήτȣ, μᾶλλον δὲ ἱεροφάντȣ τάξιν ἐπέχει, ȣ̓ μόνον
τ δημοσίᾳ δρωμένων ἐπιμελȣ́μενος κ. τ. λ. interpre-
teHerm. Cruserio: *Pontifex maximus instar est*
i rpretis & vatis, vel potius sacrorum antistitis,
q non tantum publicarum ceremoniarum agit cu-
r , verum etiam sacrificia privata observat, &
v at solennia excedere, docetque quibus hostiis dii
c ndi vel placandi sint. Pariter Julianus ὁ πα-
ρ άτης de se ipso: (e) ἐγὼ τοίνυν ἐπειδή πέρ εἰμι
κ ὰ μὲν τὰ πάτρια μέγας ἀρχιερεὺς ἔλαχον δὲ νῦν καὶ
τ Διδυμάιȣ προφητεύειν, ἀπαγορεύω σοι τρεῖς πε-
ρ ȣς σελήνης μήτοι τῶν εἰς ἱερέα μηδὲν ἐνοχλεῖν. ver-
t te Petro Martinio? *Ego itaque, quoniam pa-*
t rum sacrorum maximus sum Pontifex, & ora-
c i Didymæi præfecturam modo sum sortitus; edi-
c ibi, ne quid eorum, quæ ad sacerdotium per-
t ent, tribus totis mensibus attingas.

§. 3. Rursus vero de Ægyptiis προφήτȣ nomen
i enitur in Clemente Alex. (f) ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ προ-
φή-

(Histor. L. V. C. 5. v. 21.
(in Numa. f. 66.
(in fragmento Epist. LXII. f. 451.
(L. VI. Strom. f. 634.

φήτης ἔξεισι κ. τ. ε. *post omnes exit propheta --*
quum sit sacrorum praefectus, ediscit libros dec
qui vocantur sacerdotales : continent autem de
gibus & diis, & universa sacerdotum discipl
Eos philosophiæ sedulam navasse operam, ill
que notitia satis extitisse celebres, notum
Hinc idem Clemens (g) *Thales autem, cum*
Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum proph
congressus esse dicitur : Sicut etiam Pythag
cum iis ipsis, propter quos etiam fuit circumci
ut adyta ingrediens, Ægyptiorum mysticam d
ret philosophiam. Modo laudatus Pater (h)
losophiæ præfuisse & Ægyptiorum Prophetas
Assyriorum Chaldæos, & Gallorum Dru
&c. refert. Inscriptio illa, quæ Antinoi co
crationem continet, Prophetæ Ægyptio
betur. (i)

ΑΝΤΙΝΟΩ
ΣΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ
ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ
Μ. ΟΥΛΠΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΠΡΟΦΗΤΗΣ.

Sed quis nescit, prophetarum Ægyptiorum
quentem Scriptoribus antiquis fieri mention
Nomino saltem adhuc Eusebium (k) & Cy
lum. (l)

§. 4. Lubens igitur accedo eorum senten
qui Epimenidem inter Jovis prophetas aut sa

(g) L. I. Strom. f. 302.
(h) l. c. f. 305.
(i) Exhibet eam Casaubonus ad Æl. Spart. T
Hist. Aug. p. 137.
(k) Præparat. Evang. L. X. C. 4. f. 470. sq.
(l) contra Julianum L. IV. f. 133.

otes Cretenſes primum tenuiſſe locum auguran ır. Scilicet Sacerdotes olim plerumque oracu- ı & reſponſa divina edebant, ſimulque volunta- s divinæ interpretes eſſe videbantur, hinc forte tud nominis ſortiti. J. Ph. Pfeifferus (m) ex Iiddendorpio memorat, fuiſſe in Cretenſi Aca- emia Jovis Prophetas, qui leges interpretaban- ır (τῶν ἐπῶν προφήτης, *carminum interpres* audit ɔud Ariſtophanem in Avibus: Sicuti Poëtarum ıterpretes Julianus (n) προφήτας appellat, quod ɔiter noto) & carnibus, omnibusque rebus, ıæ coquuntur, abſtinebant: quod citra dubium ıuſit ex Porphyrio, (o) quem alii citant. In lverſaria mea plura de his conjeceram, ſed ne a huc transſcriberem, manum cohibuit Borre- anſius, quem ſingularem librum de Poëtis edi- ſſe novi, quamvis eo uti non licuerit: mihi itur perſuadens, iſtum plura & notabiliora hanc rem ſuppeditaſſe, ne crambe denuo cocta nau- am excitem, conticeſco.

§. 5. Jam indicabo breviter, quæ alias mihi ıerit de loco hoc Pauli mens. Nempe in con- ſſo eſt, Philoſophos Ægyptiorum, toto orbe ariſſimos Prophetarum nomen ſuſtinuiſſe: hinc onjeci iſtum forte titulum aliquando etiam aliis tra Ægyptum, ſapientiæ cognitione inclutis, btigiſſe. Magnum autem inter eruditos priſci vi nactus eſt nomen Epimenides, fama ſuper æthe-

n) Antiquit. Græc. L. II. C. LXVI. p. 445.
Himerius Orat. de Imperatoris adventu in urbem Cap. VI. τῶν Μουσῶν τε καὶ Ἑρμοῦ προφητῶν *Muſarum & Mercurii Interpretum mentionem facit*, vide in eum locum notata celeberrimi Maji f. 641. Biblioth. Uffenbachianæ Msst. Part. II.
ı) Epiſt. XLII. f. 423.
ɔ) L. IV. περὶ Ἀποχῆς

æthera notus: Sicut Chaldæi nomen, quod ſp ciatim & Syriorum philoſophis fuit tributur nonnunquam latius etiam quosvis Aſtronom peritos denotavit, ut ſic quandoque non gen ſed artis vocabulum fuerit: ita nec abſonum e ſet, exiſtimare, prophetas interdum appellat eſſe viros, philoſophiæ notitia illuſtres, nc Ægyptios tantum, quibus primario hoc nom competebat, ſed & alios. De Chaldæis Stanl jus prolixe egit Hiſt. Philoſ. §. XIII. p. 111 ſqq. ubi inter alia erudita docet, quam late Cha dæi nomen ſerpſerit. Quod fatum etiam habu vox Magi, de qua præter Stanlejum, Clericu (p) Chaitomæus, (q) & Gualtperius (r) diſſ runt. Quid igitur mirum, ſi & prophetæ t tulus Ægyptum exceſſerit, & aliarum quoq gentium philoſophis nonnunquam obtigerit? i ter quos memoratiſſimus fuit Epimenides. Nil forte obſtat, quo minus hanc conjecturam pric jungamus, ut uno nomine & ſacerdotii & phil ſophicæ eruditionis in Epimenide, ſicut in Ægy tiis, rationem fuiſſe habitam cenſeamus.

Hebr. XI. 11.

Πίστει καὶ αὐτὴ Σάῤῥα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε.

§. 6. Non incongrue, ut ego quidem arb tror, hunc locum interpretantur, qui, fide S ram vim accepiſſe ad concipiendum & retinendu ſemen, dicunt, ut ſic vel *συλλαμβάνειν* vel *κατε χεῖν*

(p) In Indice philol. ad Stanlejum.
(q) In Græcobarbaris N. T. p. 354. Syntagmat Rhenferdiani de Stilo N. T.
(r) In Sylloge vocum Exot. N. T. ad Matth. II v. 1. p. 9.

χεῖν, seu aliud hujusmodi verbum subintelligendum sit. Haud enim insolens est ellipsis verbi post nomen accusativi casus, a præpositione εἰς rectum. Obvia sunt ejus rei exempla passim. Theocritus Idyl. V. v. 98.

Ἀλλ' ἐγὼ ἘΣ ΧΛΑΙ̃ΝΑΝ μαλακὸν πόκον, ὁππόκα πεξῶ
Τὰν οἶν τὰν πέλλαν, Κρατίδᾳ δωρήσομαι αὐτός.

Ubi Scholiastes antiquus: Τὸ ἐς χλαῖναν, ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ ἐργάζεσθαι χλαῖναν.

Gellius N. A. Lib. IX. C. II. *Ac petiit aes sibi dari* εἰς ἄρτους, scil. emendos: ad quem locum plura notavit J. F. Gronovius. Apprime igitur placet Erasmi paraphrasis h. l. *Sara, cum & maritum haberet vetulum, & eo processisset aetatis, ut matrici nativa vis deesset ad semen virile attrahendum ac retinendum, tamen concepit & peperit Isaac, diffisa quidem naturae viribus, sed confisa Deo.* Καταβολὴ σπέρματος enim ejaculationem seminis infert, quæ virorum est. Communiter usurpatur de projectione seminis in terram, ab agricolis peragi solitam: (rr) deinde vero

Iii per

(rr) Ita occurrit in verbis Chrysippi apud Diogenem Laertium in Zenone L. VII. c. 159. quibus dixit Τὸ Σπέρμα εἶναι πνεῦμα κατὰ τὴν οὐσίαν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν εἰς τὴν γῆν ΕΠΙΒΑΛΛΟΜΕΝΩΝ ΣΠΕΡΜΑΤΩΝ, ἃ παλαιωθέντα οὐκ ἔτι φύεται. *Semen esse spiritum secundum substantiam, quod constat ex jactis in humum seminibus, quae cum antiquata fuerint, non amplius germinent.* Recte J. Lipsius, qui hæc verba sensu obscœniori interpretatus fuerat, in Phys. Stoic. L. I. c. 16. notatur a Menagio, qui cum his verba Sexti Empirici committit. Τὰ εἰς τὴν γῆν ΚΑΤΑΒΑΛΛΟΜΕΝΑ ΤΩΝ ΣΠΕΡΜΑΤΩΝ, οὐκ εὐθὺς ῥιζοβολοῦντα συμπλέκεται ταῖς ὑποκειμέναις βώλοις, *Semina, quae projiciuntur in terram, non statim agen-*

per translationem de generatione hominis. Clemens Alex. Pædagog. L. II. C. X. f. 187. Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι σκόπος ἡ παιδοποιΐα τέλος δὲ ἡ εὐτεκνία καθάπερ καὶ τῷ γεωργῷ ΤΗΣ ΤΩΝ ΣΠΕΡΜΑΤΩΝ ΚΑΤΑΒΟΛΗΣ αἰτία μὲν ἡ τῆς τροφῆς προμήθεια. *Qui autem juncti sunt matrimonio, iis scopus est & institutum, liberorum susceptio: finis autem, ut boni sint liberi: quemadmodum agricolae SEMINIS quidem DEJECTIONIS causa est, quod nutrimenti habendi curam gerat.*

§. 7. Heliodorus (s) τὴν καταβολὴν metonymice usurpavit pro fœtu. Καί μοι καὶ προσωμίλει τότε ὁ πατὴρ, ὁ σὸς --- ᾐσθόμην τε παραχρῆμα κυοφορήσασα ΤΗΝ ΚΑΤΑΒΟΛΗΝ. *Tum quoque rem mecum habuit pater tuus -- & sensi me continuo gravidam esse.* Alibi tamen (t) de ipso generandi actu hanc vocem adhibet; Ita enim is de Homero: *Certe naturæ ejus excellentia ita omnes non superaret*, εἰ μή τινος θείας καὶ δαιμονίας ὡς ἀληθῶς μετέσχε ΚΑΤΑΒΟΛΗΣ, *nisi e divinis quibusdam revera fundamentis extitisset.* Sic quidem ejus interpres Stanislau[s] Warschewiczki: ego mallem reddere, *nisi e[x] divi[nis]*

agentia radices connectuntur cum subjectis cespitibus. Hanc phrasin quoque adhibet M. Antonnus Imp. de rebus suis L. IV. §. 36. ubi meminit των ΣΠΕΡΜΑΤΩΝ των εἰς γην, ἢ μητραν ΚΑΤΑΒΑΛΛΟΜΕΝΩΝ, *seminum vel in terram, vel uterum projectorum.* Inprimis huc facit Julius Pollux, qui L. II c. 2. recensens phrases, quibus generatio homini[s] indicatur, hæc habet; Σπεῖραι καὶ ἀρόσαι κα[ὶ] ΚΑΤΑΒΑΛΕΙΝ ΤΟ ΣΠΕΡΜΑ; Quae si conferantur cum loco quodam Luciani in *amor.* quem adduxit L. *Bos* in Ex. ad N. T. p. 252. egregie explicatio hæc doctissimi Viri confirmatur. T. d. H.

(s) Æthiopic. L. IV. C. VIII.

(t) L. III. C. XV.

livino satu revera ortus esset. Plutarchus ibidem (u) Καταβάλλειν & καταβολὴν de generatione usurpat. Ἀναξαγόρας, Παρμενίδης, τὰ μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν ΚΑΤΑΒΑΛΛΕΣΘΑΙ εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς μήτρας, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν εἰς τὰ ἀριστερά, εἰ δ' ἐναλλαγῆ τὰ ΤῆΣ ΚΑΤΑΒΟΛῆΣ, γίνεσθαι θήλεα. *Michael Psellus*, (x) *Divinus*, ait, *Gregorius Nyssenus, & Maximus insignis ille confessor ac philosophus animam nec antiquiorem corpore, nec post genitam statuunt*, Ἀλλ' ὁμοῦ τῇ ΚΑΤΑΒΟΛΗ ΤΟΥ ΣΠΕΡΜΑΤΟΣ ἐπιτηδείου πρὸς ὑποδοχὴν ψυχῆς τυγχάνοντος, *sed simul cum dejectione seminis ad animam suscipiendam apti, eandem subsistere affirmant.*

§. 8. Nimirum solenne erat veteribus, sobolis procreationem agrorum conferre cultui, & ab hoc ad illam depingendam loquendi formulas mutuari. Sic Plutarchus (y) *Liberum*, inquit, *erat uno viro, si qua ei casta mulier, quae elegantes pueros ederet, alteri nupta cordi esset, agere cum viro, ut copiam sibi ejus faceret*, Ὥσπερ ἐν χώρᾳ καλλικάρπῳ φυτεύοντα καὶ ποιούμενον παῖδας ἀγαθούς, ἀγαθῶν ὁμαίμους καὶ συγγενεῖς ἐσομένους, *atque ita tanquam frugiferum arvum conserere & gignere liberos probos, qui proborum futuri consanguinei & propinqui essent.* Lucianus (z) eleganter ἄροσιν τῶν παίδων pro liberorum procreatione dixit, quod & aliis frequens fuit. Ita σπείρειν, ἀρόειν, σπείρειν παίδων ἄλοκα, σπέρμα, ἀρούρη, ἀροτήρ, φύτουργος &c. sunt verecundæ locutiones, ab agricultura ad sobolis procreationem translatæ, de

(u) De placitis philosoph. L. V. C. VII f. 905.
(x) In Capitibus de Omnifaria doctrina, J. A. Fabricii Biblioth. Gr. L. V. insertis, Quæst. 42. p. 100.
(y) in Lycurgo f. 49.
(z) in Timone p. 92. edit. Lamb. Barlæi.

quibus hujus loci non eſt pluribus agere. (aa) Haud igitur eſt, quod nobis heic crucem figant verba Knatchbulli, qui ad hunc locum ſcribit: *Qua vero Philoſophia, Logica, Grammatica, vel quo Lexico poterit verti, virtutem in conceptionem ſeminis accepit, vel ad ejaculatum ſemen concipiendum, magis literatis inquirendum egomet relinquo.* Equidem ineptiſſimus hominum forem, ſi hanc mihi laudem ſumerem, qui ingenium & doctrinam Viri iſtius maximi facio: at, quod pace ejus dicere liceat, non video, quod tantopere illa expoſitio phyſicorum probatiſſimorum hypotheſibus repugnet. Grammaticas vero & Lexica non curamus, ſi ex ipſis Græcorum Scriptorum fontibus argumenta nobis præſto ſint pro explicatione loci fulcienda: quod hic breviter quidem, ſed ſufficienter nos oſtendiſſe confidimus. (bb) Cæterum qui dejiciendi ſeminis non maribus duntaxat, ſed & fœminis poteſtatem faciunt, (quibus pollicem premit Joh. Cunr. Dieterichius (cc) iſta ellipſi, de qua §. 6. diſſeruimus, non indigent

Epheſ. IV. 12.

Πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων εἰς ἔργον διακονίας.

§. 9. Recte quidem hæc verba transferri exiſtimo, *ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii*

(aa) Conf. ſi lubet, Rittershuſ. ad Oppianum p. 287. ſq.

(bb) Adiſis quoque præter Criticos Anglicanos Lamb. *Bos* in Exercitat. SS. ad h. l. & *Raphelium* in Annotat. Philol. ex Polybio & Arriano collectis p. 676.

(cc) In Iatreo Hippocratico p. 657. ſq.

sterii; at non hoc præcise sensu, ut sancti sic instituantur, ut & illi aliquando ecclesiæ præesse, atque διακονίας munere fungi possint. Apostolus enim heic de universo fidelium cœtu loqui videtur, qui sane non omnes & singuli doctorum obiisse munia censendi sunt. Nec tamen ulla a nobis flagitat necessitas, ut cum Hug. Grotio trajectionem instituamus, secundum quam genuina constructio hæc esset: εἰς ἔργον διακονίας πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων. Alia forte & commodiori via nos hinc expediemus. Pereleganter Heliodorus (dd): οἱ πλεῖστοι βελῶν ἔργον καὶ τοξείαν γεγενημένοι *Plurimi jaculorum & arcus opus facti*, i. e. jaculis arcu emissis confixi sunt, & iterum (ee) κεῖται χαρίκλεια, καὶ πολεμίας χειρὸς ἔργον ἡ φιλτάτη γεγένηται, *Jacet Chariclia, & hostili manu charissima peremta est.* Addam & tertium ejus locum (ff): Κόρη τις ἀγομένη ἀπὸ τῆς Μέμφεως, τοῦ πολέμου γέγονε πάρεργον. *Puella quaedam, Memphi duceretur, obiter belli fuit appendix*, h. e. ni fallor, bello capta & in servitutem abducta. Ælianus (gg) ἀμφότεροι βιαίου θανάτου ἔργον ἐγένοντο. *Uterque violenta morte de medio sublatus est.* Ex hisce forsan locis aliqua lux Paulinis affulget verbis. Jaculorum ἔργον est, configere adversarium: belli hostem onerare vinculis, vel prorsus e medio tollere: mortis, extinguere aliquem, διακονίας vero, sive ministerii sacri, homines Christo vendicare, mystico illius corpori inserere, pios fidelesque verbi divini virtute reddere, & sic porro. Sancti fiunt ἔργον διακονίας, si doctores Ecclesiæ semper exop-

(dd) Æth. L. I. C. I.
(ee) L. II, C. IV.
(ff) L. X. C. XXXIV.
(gg) Var. Hist. L. VII. C. II.

exoptatum istum, quem intendunt, finem apud illos obtinent.

§. 10. Quod si hæc tibi minus arrideant, aliam paulisper ingrediar viam ad sensum loci eruendum. Scilicet notes velim ἔργον Græcis quandoque domum ædificiumque designare. Herodianus L. I. Histor. *Ubi templum omne consumtum ignibus est*, πλεῖστα καὶ κάλλιστα ἔργα τῆς πόλεως, *plurima quoque & pulcherrima urbis aedificia conflagrarunt.* Idem Paulo ante Pacis templum vocaverat opus cunctorum tota urbe maximum atque pulcherrimum. Ipse divus Apostolus hac voce eo fere sensu utitur 1. Cor III: v. 13. 14. 15. Nec Latinis scriptoribus hoc insolens. Suetonius Domit. cap. V. *Plurima & amplissima opera incendio absumpta restituit: in queis & Capitolium, quod rursus asserat.* Vellejus Paterc.: (hh) *Quanta suo suorumque nomine exstruxit opera?* Præterea in memoriam tibi revoco, καταρτίζειν haud raro de ædificiorum perfectione usurpari (ii). Huc igitur Pauli sermo tendit, ut ego quidem conjicio: Christum dedisse quosdam Apostolos, quosdam Prophetas &c. ad consummationem seu perfectionem sanctorum in opus vel aedificium ministerii, i. e. quod a verbi divini ministris extruitur. Atque ita voces versus nostri postremæ (εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ) prioribus per ἐπεξήγησιν annexæ forent.

Mors SOMNUS, mori DORMIRE: Matth. IX: 24. XXVII: 53. Joh. XI: 11. Act. VII: 59. 1. Thess. IV. 13. &c.

§. 11.

(hh) L. II. C. 130. v. 1. conf. Bœcleri notas in h. l. p. 300.
(ii) vid. Hammond. & Cleric. in 1. Cor. XIII. 11.

§. 11. Periphrasin mortis per somnum Petrus Possinus haud abs re euphemismum instinctu naturæ communis apud omnes fere gentes usitatum vocat. (kk) Somnum Græci olim definiebant ὀλιγοχρόνιον θάνατον, & mortem πολυχρόνιον ὕπνον. Hinc Æschylo defuncti εὕδοντες dicuntur, & Lycophroni sepulcrum εὐναστήριον, quod in epitaphio, Georg. Fabricii monumentis antiquitatis p. 206. inserto *requietorium* audit: sicut & apud Gutherium (ll) in antiqua Inscriptione locus sepulturæ Ager Somni nominetur. Sed neque epitaphia, neque Poëtas veteres, quæ plaustra testimoniorum in hanc rem nobis suppeditarent, nunc ad partes vocare animus est: ipse enim Vorstius, qui hanc phrasin Hebraismis accenset, ista metaphora poëtas nonnunquam uti concedit. Cum vero neget, ea significatione apud Græcos, qui soluta oratione scripserunt, hanc locutionem occurrere; operæ fortassis pretium erit, locis quibusdam luculentis contrarium demonstrare. Bina hujus rei exempla jam in hac Bibliotheca (mm) attulit J. G. Michaelis: nos dabimus alia.

§. 12. Ante omnia observo, ipsam gentilium superstitionem somnum & mortem sibi tanquam fratres finxisse colendos. Apud Pausaniam (nn) memoratur simulacrum somni & mortis: Ἄλλα δὲ (ἀγάλματα) ὕπνου καὶ θανάτου. καὶ σφᾶς ἀδελφοὺς εἶναι κατὰ ἔπη τὰ ἐν Ἰλιάδι ἥγηνται. Prope Pausaniæ statuas sua etiam sunt simulacra Somno & Morti: esse vero fratres, ex Homeri, qui in Iliade sunt, versibus creditur. Idem in Eliacis: (oo) πεποίηται

(kk) in Spicilegio Evangelico p. 69. edit. Hamb.
(ll) de Jure Manium L. II. C. XX.
(mm) Class. III. Fasc. IV. p. 717.
(nn) in Laconicis. f. 100.
(oo) L. I. f. 165.

δὲ γυνὴ παῖδα λευκὸν καθεύδοντα ἀνέχουσα τῇ δεξιᾷ χειρὶ, τῇ δὲ ἑτέρᾳ μέλανα ἔχει παῖδα καθεύδοντι ἐοικότα, ἀμφοτέρους διεστραμμένους τοὺς πόδας. Δηλοῖ μὲν δὴ καὶ τὰ ἐπιγράμματα, συνεῖναι δὲ καὶ ἄνευ τῶν ἐπιγραμμάτων ἐστὶ, θάνατόν τε εἶναι σφᾶς καὶ ὕπνον, καὶ ἀμφοτέροις Νύκτα αὐτοῖς τροφόν. *Fœmina expressa est, puerum consopitum dextera album sustinens, nigrum sinistra, & hunc dormientis effigie, distortis utrinque pedibus. Indicant inscriptiones, quod facile tamen, ut nihil scriptum sit, conjicere possis; eorum puerorum unum mortem esse, alterum somnum, mulierem illam noctem utriusque nutricem.* Quid igitur mirum, καθεύδειν, κοιμᾶσθαι κ. τ. λ. sæpe de mortuis dici? Herodianus (pp) sic mortem M. Antonini describit: Ὁ μὲν οὖν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς, ΑΝΕΠΑΥΣΑΤΟ. πόθον τε τοῖς καθ' αὐτὸν ἀνθρώποις ἐγκαταλιπὼν, ἀρετῆς ἀΐδιον μνήμην εἰς τὸν ἐσόμενον αἰῶνα, *Sed ille quum diem unum duntaxat noctemque supervixisset, requievit*, seu, ut Politianus recte transtulit, fato est functus, *sic ut magnum sui desiderium ejus aetatis mortalibus, posteris vero etiam virtutis memoriam reliquerit sempiternam.* Ἀναπαύεσθαι alias de somno usurpari; non indiget probatione. Suidas: ἀναπαύσασθαι, τὸ κατακλίνεσθαι, ὡς πρὸς ὕπνον. Ipse Herodianus (rr) istud de somno Commodi adhibet. Comparat igitur Antonini mortem placidæ quieti, æquum forsan ratus, de eo sic scribere, qui mortis meditationem adeo egregiam in vita instituerat. Testis est ejus Liber IX. de seipso ad seipsum, ubi præter alia: Ὡς νῦν περιμένεις πότε ἔμβρυον ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς γυναικός σου ἐξέλθῃ, οὕτως ἐκδέχεσθαι τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τὸ ψυχάριόν σου τοῦ ἐλύτρου τούτου ἐκπεσεῖται.

(pp) L. I· C. IV. v. 18.
(rr) l. c. C. XVII. 20.

ται. Idem Herodianus & alibi passim (ss) mor- in quorundam sic indicat: βίȣ ἀνεπαύσατο, ex a in quietem se recepit, prout alias ἀναπαύεσαι τῶν πόνων est, a laboribus in otium se recipe-

§. 13. Ælianus (tt) peculiari capite de eo agit, τι ἐνίοτε μὲν μήτε ἐν θανάτῳ κακῶν ἐςιν ἀναπαῦσαι, *od aliquando ne in morte quidem requiem impe- nt mali* ȣ̓κ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς ȣ̓δὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρ- (conf. Phil. I: 21.) ἐπεὶ μηδὲ τότε ἀναπαύσονται. *go malis ne mors quidem prodest, quoniam neque nc possunt quiescere.* Heliodorus ad πολυθρύλον Homeri versum his verbis respicit: (uu) Πρὸς ὕνον τραπεὶς ὁ Θερμȣ̂θις, χάλκεόν τινα καὶ πύματον ὕνον εἵλκυσεν, ἀσπίδος δήγματι, μοιρῶν τάχα βȣλή-, πρὸς ȣ̓κ ἀνάρμοσον τȣ̃ τρόπȣ τὸ τέλος καταςρέψας. *somnum versus Thermutis, aeneum quendam ultimum somnum dormivit, aspidis morsu, fa- um forsan voluntate, non inconvenientem vitae em sortitus.* Hyginus de pietate Cleopis & Bi-: (xx) *Cleops & Bitias sub jugo se junxerunt, ad fanum sacra & matrem Cidippem in plaustro xerunt; sacrificioque peracto, Cidippe precata Junonem, si sacra ejus caste coluisset, si filii ad- rsus eam pii fuissent, ut quicquid bonum morta- us posset contingere, id filiis ejus contingeret. recatione peracta plaustrum & matrem filii do- um reduxerunt, & fessi somno acquieverunt:* mortuali videlicet & ultimo. Si malis Græca, bo tibi ex Plutarcho; (yy) de iisdem scribente:

 KA-

(ss) L. III. C. XV. 5. L. VI. C. I. 9. L. VII. IX. 21.

(tt) V. H. L. IV. C. 7.

(uu) Æth. L. II. C. 20.

(xx) Fabul. CCLIV.

(yy) Consolat. ad Apollon. f. 108. T. II. Opp.

ΚΑΤΑΚΟΙΜΗΘΕΝΤΑΣ ΜΗΚΕΤΙ ʼΑΝΑΣΤΕΝ
ſomnum ſolutos nunquam evigilaſſe. Soc
apud Ciceronem (zz) *Quamobrem ſive ſenſu*
tinguitur, morsque ei ſomno ſimilis eſt, qui
nunquam ſine viſis ſomniorum placatiſſimam
tem affert, Dii boni quid lucri eſt emori? aut q
multi dies reperiri poſſunt, qui tali nocti an
nantur, cui ſimilis eſt perpetuitas omnis conſeq
tis temporis? quis me beatior? &c. Quædam
jus generis invenies etiam apud Plutarchun
Conſolat. ad Apollonium. Stobæus: (aaa) ʼ
ξαγόρας δύο λεγε διδασκαλίας εἶναι θανάτε, τόν τ
τε γενέσθαι χρόνον, καὶ τὸν ὕπνον. *Anaxagoras*
bat, duas eſſe mortis doctrinas, alteram, ter
antequam nati ſumus; alteram SOMNUM.
lerius Maximus de morte Comæ (bbb) *Sumto*
pore ad ſe colligendum caput operuit, innixu
genibus compreſſo ſpiritu, inter ipſas cuſtodum
nus, inque conſpectu ſummi imperii, exoptat
curitate QUIEVIT. Et Cornelius Nepos de
tu Hannibalis: (ccc) *Sic vir fortiſſimus multis*
riisque perfunctus laboribus, anno ACQUIE
ſeptuageſimo. Hæc ſufficiant.

1. Cor. XVI. 9.

Θύρα γάρ μοι ἀνέωγε μεγάλη.

§. 14. Bene hanc loquendi formam, quæ
pius in N. T. occurrit, explicant de occaſi
commoda & inſigni præbita, uberrimum in vi

(zz) L. I. Tuſculan. Quæſt.
(aaa) Serm. CXVII. de laude mortis f. 514.
Tigur. 1543.
(bbb) L. IX. C 12. exter.
(ccc) in Hannib. Cap. XIII. 1.

mini parandi fructum. Ita Plutarchus: (ddd) οἱ δὲ δοκεῖ καθάπερ ὁ Λυδὸς ἐφ' αὐτὸν ΆΝΟΙΓΕΙΝ ΘΥΡΑΝ μίαν, ἀλλὰ ταῖς πλείσταις τῶν ἀποριῶν καὶ ίσταις περιβάλλειν τὸν Ἐπίκουρον. *Mihi vero vide- sicut Lydus ille aperire adversus seipsum non cam januam, sed plurimis difficultatibus & ma- ıis involvere Epicurum.* Idem: (eee) *Atqui m, quae tu protulisti, exemplorum ultimum no loco tibi refragatur: imprudensque adeo mun-* ι ἀρτὶ τῆς παροιμιακῆς θύρας ἐπὶ σεαυτὸν ἀνόιξας, *ejus, quae in proverbio est, januae contra te m aperuisti.* Sic Latinis frequens est phrasis, facere alicujus rei aditum &c. & Terentius, *stram ad nequitiam patefacere*, dixit.

dd) Adversus Colotem. f. 1108. T. II.
ee) Sympoſiac. L. II. Quæst. III. f. 636.

IV.

ditatio de *Abuſu Scripturæ Sacræ* in adſignandis phænomenorum naturalium cauſſis.

§. 1.

DUum omnes linguæ in hunc finem inventæ ſint, ut in vita communi alter alterum intelligat, & vero in communi vita de re- tantum ſolliciti ſimus, quatenus ad totius ɔoſiti conſervationem & deſtructionem face- ſervantur, hinc ipſa verba ex recepto apud es gentes uſu *proprie & originaliter*, non niſi *ɔtiones* meras rerum, nos ambientium & cor- oſtrum diverſimode afficientium, hoc eſt re- præ-

præsentationes, secundum certas leges, a n te factas, impressionum, in organis sensori rebus externis productarum, designant, prou accurato *propriarum significationum* singula vocum in omnibus linguis examine elucescit.

§. 2. Quare, quam non in ipsa terra, q inhabitamus, sed in sole observamus, lucis vationem, eclipsin non terræ, sed *solis pr* vocamus; etsi caussa apparentiæ hujus no sole sed in luna, quæ terram solis luce pri residet.

§. 3 Ex quo fundamento ipsa etiam Scri ra Sacra *exacte verborum proprietatem servar* cenda est, dum terræ quietem, soli motum scribit. Quum enim in communi vita illud prie dicatur *moveri*, cujus imago in oculo spe toris situm suum mutare percipitur, & co illud dicatur *proprie quiescere*, cujus imago dem semper situm in oculo spectatoris ser percipit; prius ergo in sole, posterius in ter terricolis quotidie observetur: hinc sol *pr quiescere* dicitur.

§. 4. Cum autem eadem in oculo conti mutatio situs imaginis objecti, sive objectum sum sive oculus moveatur, manifestum est, c sam hujus phænomeni in observatione non tineri, & proinde ex illa sola nihil amplius ir ri posse, quam *vel objectum vel oculum mover bere*.

§. 5. Atque hinc manifestum est, sensus ternos *proprie loquendo* nos nunquam fallere; nosmet ipsos nos fallere, quoties ratio fal *sensus externi*, (cujus perceptiones simili m se invicem consequuntur, quo veritates i rationis inter se connectuntur,) determinatio in judicando sequitur, *plus inferendo ex appa*

quam ex illis sequitur, in quo *judicii præcitio* consistit. Ad præcipitandum autem judin sensus internus rationem determinat, dum *credendum, quæ sæpe inter se connexa fuisse erti sumus, semper esse connexa determinat.*

. 6. Hæc *erroris origo* ex adducto exemplo t. Quum enim ordinarie experiamur, caus, cur objecti imago situm in oculo nostro et, non oculi, sed objecti ipsius motum esratio a sensu interno se determinari patitur ad candum, eandem etiam in observato solis u in terra, (quam nunquam cum alio loco versi hujus commutavimus,) obtinere, non ensis sufficienter omnibus circumstantiis.

. 7. Quæ omnia cum attendenti sint manifejam patet, quod sponte ex adductis sequi *ridicule agere omnes illos, qui ex scriptura a, solam motus solis & quietis terræ observaem recensente, nullibi autem hujus observais, respectu terricolarum, caussam naturalem erminante, falsitatis convincere student, astronos & physicos, qui caussam motus solis in terra rvando, non solis sed ipsius terrae motum, ex onibus longe gravissimis & divina sapientia dignimis assignant*

V. *Ste-*

V.

Stephani VITI,

In Illuſtri Carolino, quod Caſſe[...] Cattorum eſt, Theol. Naturalis &[...] Ethicæ Profeſſoris.

Schediaſma, (a)

In quo Auguſtini, Lutheri, Suprala[...]riorumque ſententia à Manichæismi calumnia pro pace inter Proteſtantes facilius concilianda, vindicatur.

ARGUMENTUM.

Cum maxima ſit malum cum Dei perfection[...] conciliandi difficultas §. 1. Alii hic pruden[...] σκέψιν profitentur. §. 2. alii cum Epicur[...] Manichæis, Pelagianis Semi-Pelagianis & [...]fralapſariis cum Lutheranis tum Reformatis [...]

c[...]

(a) Quanquam illa, quae ad controverſias Th[...]logicas ſpectant, ex hac Bibliotheca exeſſe malo, [...]ſæ tamen mihi ſunt, cur cum maxime hoc ſchedia[...] heic exeſſe nolui. Si quis contra illud, quod [...]neat, habeat, is videt Auctoris, Viri doctiſſimi, no[...] adſcriptum. Ille adeſt, qui fecit. In eum con[...]tat calamum. Gratulabitur ille ſibi, ſi doctum at[...] aequitatis ſtudioſum adverſarium nactus fuerit. [...] illis velitationibus, hoc opus non deſtinatum [...] T. d. A.

ifulunt divinæ bonitati, ut læſæ divinæ Ma-
atis, potentiæ, independentiæ, beatitudi-
rei videantur §. 3. alii vero cum Philoſo-
s quibusdam, Gnoſticis, Libertinis, Stoicis
ue Supralapſariis ita patrocinantur divinæ
jeſtati, ut iniquius de divina ſanctitate, bo-
ate, juſtitia ſentire videantur. §. 4. In his
ralapſariorum ſententiam præſtare oſtendi-
. §. 5. Ad Manichæismi vero calumniam di-
udam, Manichæarum ſententiarum ratio ex-
iitur accuratius. §. 6. 7. a Manichæismi dein-
calumnia liberantur Reformati §. 8. Supra-
ſariorum ſententia Lutheri Supralapſarii ver-
deſcribitur. §. 9. eamque ineptiſſime Ma-
iæismi proprie dicti accuſari demonſtratur.
10. Cum eorum adverſarii veri Manichæis-
rectius arguantur. §. 11. Concluſio irenica
12.

§. 1.

Jm humanam mentem miſerabilis adhuc &
plurimarum rerum ignoratio, & utcunque
itarum alias cum aliis componendi difficul-
ptam teneat atque conſtrictam: tum mihi
cto nulla major illa eſſe videtur, qua cum
mur, quoties in eo elaboramus, ut mali,
morale vocant, exiſtentiam cum divina in-
dentia & ſanctitate conciliemus, conjun-
sque. Qui enim Dei virtutes propius in-
ur, eam intelligunt divinæ majeſtatis atque
endentiæ, quam vocare ſolent, eſſe ratio-
, ut, quemadmodum ipſe ſua ſibi ſoli om-
efert accepta, ita quicquid extra Deum vel
n eſt, vel in rebus aut perfectionum, aut
rfectionum, id omne ex ſola Dei voluntate
nſum intelligatur. Qua tamen iidem ex al-
tera

tera parte Deum etiam & bonitate, & sanc
te, & justitia esse sciunt, non fieri posse f
existimant, ut Deus quicquam velle possit
virtutibus indignum. Hæc vero si quis ad
existentiam referat, facile intelliget, nemi
tam aut cæcutire, aut acute cernere, quin e
maximam difficultatem nasci sentiat. Qu
enim divinæ majestati atque independentiæ
malum consulas, & ne malum quidem ni
Dei voluntate extra Deum existere posse
treris: divinæ sanctitati quæ derogent, stat
non poteris non videri. Sin contra potius
næ sanctitatis atque justitiæ habeas rationem;
gesque adeo mali existentiam divinæ volu
tribuendam esse: quis quæso te, cum ali
Deo invito, Deoque ingratum existere
adfirmes, non arbitretur divinæ majestati, i
pendentiæ, adde etiam beatitudini injurium.
difficultates, quo quis hactenus sapientior
quoque propius & accuratius rem hanc om
perpendit, eo & facilius sensit, & graviore
dicavit. Origenes IV. libro adversus Ce
utcunque communem sententiam secutus, sa
tissime tamen Εἴπερ, ait, ȣν ἄλλος τις τοπος
ἀνθρωποις ἐξετασεως θεομενος δυσθηρατος ἐστι τη
ἡμων, ἐν τȣτοις καὶ ἡ των κακων ταχθειη ἀν γε
Quæ sic interpretamur; *quodsi alius quis loc*
rebus humanis examine indigens, nostrae nat
difficilis est investigatu captuque, in his n
etiam malorum origo ponenda est. Quam e
hæc difficultates male habuerint Augustinum
cet mali originem cum infralapsariis, quos
cant, ad liberum nostrum arbitrium retul
ipse profitetur V. Confess. L. VII. c. 3.
Quin sunt, qui, quod finita nostra mens sit
fieri quidem unquam posse existiment, ut

otentiam, qua efficiat omnia ita, ut nihil fieri
offit præter, nedum contra voluntatem Dei,
um sanctitate ejus conciliemus, qua malum
on possit non & exsecrari, & punire. Vide no-
s ad Geulingii Ethicam pag. 53.

§. 2. Quæ cum ita sint, nunquam non exsti-
runt viri sapientissimi, qui, cum præclare in-
lligerent, nihil etiam in hoc genere esse tam
merarium, nihil tam indignum sapientis gravi-
e atque constantia, quam non tantum falsum
ntire, sed etiam, quod non satis explorate per-
ctum sit, sine ulla dubitatione tueri, hic ma-
rint sapientissima quadam σκεψει laudatissimam
m Philosophorum ἐποχην amplecti, & Pauli-
n cum Theologis βαθος adorare, quam sen-
di temeritate quicquam statuere, quod vel
estate, vel sanctitate divina posset videri indi-
m. (b) Sapientissimum profecto hac de re ex-

Kkk stat

) Atque in has partes me inclinare, publice te-
non erubesco. Sæpe enim numero sepositis
ibus, quae forsan ex Magistrorum meorum
tutione hauseram, opinionibus, summa animi,
ta quidem in hominem veritatis studiosum
re potest, contentione, rem ponderavi, &
deprehenderem, non deesse difficultates,
nostrae ecclesiae sententiam premant, exami-
, quoad ejus fieri potest, accuratissime των ἐξ
ας opiniones. Et, cum in rebus dubiis, qua-
que clara nobis atque omni ex parte distincta
datur cognitio, tutissimum sit, eas sequi par-
quae omnium minimis scrupulis obnoxiae
, id mihi impensissime investigandum esse
, num aliter sentientium de origine mali do-
a minoribus salebris impediatur, quam,
is nostram implicitam esse volunt. Sed, ita
hristus amet, inveni, si non graviores, sal-

ſtat Jamblichi præceptum de myſt. Ægypt. IV. Ἐι δε μη οιοι τε ἐσμεν ἐυρειν τα ἀιτια των πλ

tim non leviores aut ſolutu faciliores apud hos ſtare nodos, atque ex eorum doctrina ſeque fluere non minus ſane difficiles, audituque aſ ras, quam illæ ſunt, quas noſtris illi rationi adſcribunt. Non itaque aliam potui cogitation mearum ſummam facere, quam, niſi in ſumm Dei in OMNIA ὑπεροχὴν, atque imperium, in pendentiam, ſapientiam, injurius eſſe velis, ſtatuendum eſſe, quod amicabili conſortione ſcriptura & ratio inculcat, DEUM OMNI ab terno & ſciviſſe, & decreviſſe, & determina dare OMNIBUS & vitam & halitum, & OMNI in eo nos vivere, movere, & eſſe; ex eo, eum, & ad eum eſſe OMNIA; eum operari VELLE & perficere; ſine ejus voluntate ne p rem quidem, vel pilum capitis in terram cad omnia κατὰ την ἐυδοκιαν τȣ θεληματος ἀυτȣ, κα ὡριςμενην βȣλην καὶ προγνωσιν fieri; Ab altera p autem a Deo, puriſſimo omnis boni fonte, emanare mali, neque eum auctorem mali qu lis, multo minus, quod pariter horrendum d Peccatorem eſſe. Porro autem quaeris, quon haec inter ſe conveniant, atque in una ſede mo tur? Quamquam non deſint, quae afferam, tamen fateri, haec mihi ex eorum videri ge eſſe, quorum innumerus eſt numerus, quae, evidentiſſime cognoſcamus, neganda nobis ſunt, etſi ratio illorum non ſatis accurate ſpecta nobis atque explorata eſt. Scio enim homuncionem eſſe, cujus ſcientia perquam a circumſcripta eſt cancellis. In iis praeſertin bus, quae ſummum illud Numen concernunt. mini me ex parte cognoſcere, dum vivo; ub rem cognitionem futurae, quam anhelo, reſervatam exſpecto. prorſus itaque ſubſ

ἐλως γιγνομένων, ὀυ χρη προιεσθαι την ἀληθην περι θεων ...νοιαν, ὀυδε δια τα ἀμφισβητουμενα εἰ γινεται, καὶ ...τως γινεται, ἀφισασθαι χρη της ὀντως ἐναργους περι ...ων ἐννοιας. Πολυ γαρ βελτιον ἀγνοειν προσομολογη-...ι δια την ἀτονιαν της δυναμεως. πως τα ἀδικα δια-...πραττεται, ἢ συγχωρησαι περι θεων ἀδυνατον τι ψευ-...ς, περι ὀυ παντες Ελληνες τε, καὶ Βαρβαροι ἐναντια ἀ-...θως διαδοξαζουσιν. Quæ nos (cum alia verſio ...m ad manum non ſit) ita interpretamur. *Quod ...non poſſumus cauſas male factorum deprehendere: ...n decet projicere verum de Diis ſenſum, neque ...opter ea, quæ controvertuntur, utrum, & quo-...do fiant* (mala) *diſcedere oportet a vere claro de ...is ſenſu. Multo enim ſatius eſt, confiteri, te ... virium imbecillitatem neſcire, quomodo injuſta ...ficiantur: quam concedere de Diis falſum quid, ...od fieri non poſſit, cujus contraria omnes & ...æci, & Barbari vere ſentiant.* Licet vero iſti ...gnopere omnibus illis ſuam prudentiam in-...ritatemque non poſſint non probare, quibus ...ius eſſe videtur judicium ſuſpendere, quam te-...re ſentiendo graviſſimi erroris periculum ſub-...: ab ultima tamen usque ætate ſemper fuere,

 qui

..., quae ſupra hujus tomi pag. 162, 163. venu-...ac ſapienter ſcripta leguntur. Tantumque abeſt, ...neam in hac cauſa IGNORANTIAM fateri pu-...t, ut, ſi quis alius id mecum faſſus fuerit, il-... ad aliquem *ſapientiae* & *ſcientiae* gradum per-...iſſe arbitrer. Ceterum illi, qui tam acriter de ...i origine diſputant, parum interea de ejus ſub-...one ſolliciti, prorſus mihi ſimiles videntur illi, ... in profundam voraginem delapſus, dum ſcru-...oſius, quomodo ceciderit, & a quo fuerit ...ceps factus, diſceptat; mavult perire miſere, ...m, qua via inde emergat, omni providentia ...ituque circumſpicere. T. d. H.

qui ex certis hypothesibus omnes hujus phænomeni difficultates expedire se posse arbitrarentur Tantum vero abest, ut eandem omnes sequut sint hypothesin, ut potius tam variæ hac de r exstent, tamque discrepantes sententiæ, ut null amplius vere vel fingi posse videatur, quæ suum hactenus auctorem atque principem non fueri sortita. Omnium vero de hac mali cum divini virtutibus conciliatione dissentientium divortia a duas generales classes omnino mihi referri poss videntur. *Prior* illorum est, qui ita patrocinan tur divinæ bonitati, sanctitati atque justitiæ, u contra a dissentientibus læsæ divinæ majestatis independentiæ, beatitudinis accusentur. Ad *p steriorem* autem refero eos, qui ita consulunt d vinæ majestati, independentiæ, beatitudini, u adversariis suis divinæ bonitati, sanctitati, just tiæ derogare videantur.

§. 3. Ad primam classem refero I. cum Ep curæos, qui, quoniam *το μακαριον και ἀφθαρτ οὔτε ἀυτο πραγματα ἐχειν οὔτε ἀλλῳ παρεχειν ὡςε ὀ ὀργαις, οὔτε χαρισι συνεχεσθαι*, *quod beatum atque i corruptibile est, neque ipsum negotia habere, n que alii exhibere, ita ut neque iris neque grat angatur* (Diogene L. X. §. 139. teste) exist marunt, *το θειον* (ut Epicteti Arrianus loquit L. I. c. 12.) *ἀργον και ἀμελες, και μη πϱονοειν μ δενος*, *Deum sine opere & cura esse, neque cu quam prospicere censuerunt*: tum vero illos, q *το θειον πϱονοειν* quidem statuunt, *ἀλλα των μεγ λων* (iterum cum Epicteti Arriano loquor), *ὀυρανιων, των δ' ἐπι γης μηδενος*; tum denique illo qui largiuntur quidem *το θειον πϱονοειν και των ὀυρ νιων, εἰς κοινον δε μονον, και ουχι δε κατ ἰδιαν ἑκαςȣ* e. *providere quidem æque terrestribus atque cœl stibus, sed in commune tantum, neque cuique*

rsim, Ad hos pertinent omnes illi, qui vel cum Socinianis Deum posse vel cum Poireto velle antea malum nosse, quam existat, negant. Isti omnes veriti, ne admissa Dei circa malum providentia & præscientia, divinæ beatitudini atque sanctitati viderentur injurii, facile conciliari malum cum divinis virtutibus posse arbitrati sunt: si Deum ab omni circa bona æque atque mala, vel mala tantum ante, quam admittantur, cura & providentia liberum solutumque pronunciarent. 2. Eos, quos communiter Manichæos, in genere vero melius cum Prudentio Duitas vocant. Hi cum & Deum providere rebus omnibus gravissimis argumentis adducti scirent, & malum Dei voluntate indignissimum existimarent, egregie se omnibus difficultatibus satisfacturos putabant: si, quemadmodum Deum solius boni autorem facerent; ita malum omne vel a materia, vel ab alio quodam principio a Deo independente, æterno, optimoque Numini adverso inimicoque derivarent. 3. Plerosque ex Gentilibus, Judæis, Christianis, & in his omnes Pelagianos, Lutheranos recentiores, ipsosque ex Reformatis Infralapsarios. Hi omnes circa malum motas difficultates feliciffime expeditum iri arbitrantur: si omnem mali causam libero tantum mentium conditarum arbitrio vindicarent; Deo autem nihil præter cognitionem, gubernationem, vindicationem relinquerent. Optime enim hac ratione se consequi arbitrantur, ut & divina sanctitas ab omni labe immunis conservetur: & divinæ etiam independentiæ satis in eo consulatur, quod non tantum mentes ipsas, quæ male agunt, a Deo dependere non negent; Sed ipsi quoque Deo & futuri mali certam scientiam, & dum admittitur, permissionem atque gubernationem, & admissi vindicationem adscribant.

§. 4.

§. 4. Posterior classis complectitur 1. eos, qu
sanctitatem Dei, qua malum aversatur, ad div
næ voluntatis indifferentiam referunt adeo, ut ex
stiment, fieri potuisse, ut ex Dei voluntate e
dem, quæ mala jam sunt, bona fuissent, & vi
versa. Hinc facile se malum cum divina pr
videntia conciliare posse arbitrantur: cum ex ill
rum sententia Deo nihil absolute malum aut es
aut videri possit. Huc pertinent, si qui vetere
recentioresve vel cum Euclide Megarensi (tes
Diogene Laërtio in ejus vita paragr. 106.) τα ἀ
τικειμενα τῳ ἀγαθῳ ἀνηρουν, μη εἰναι φασκοντες i. e. *O
posita bono sustulerunt, negantes ea existere*, v
cum doctissimo Kingio nihil externum Deo bonu
aut malum ante electionem fuisse arbitrantur, v
cum quibusdam Gnosticis, recentioribusque Li
bertinis ita Deum omnia in omnibus operari adf
mant, ut etiam, quemadmodum loquuntur, D
vidis adulterium non tam Davidis, quam ipsi
Dei in Davide opus fuisse plaspheme dicere n
dubitent negentque, adeo proprie loquendo n
lum malum morale esse. 2. Ex Gentilibus Sto
cos, qui ipsa etiam mala cum bonis ex summi J
vis sui aeterna & immutabili lege suspenderun
Illorum vero εἱμαρμενη, πεπρωμενη, μοιρα, ἀδρ
στεια, ἀναγκη, χρεων, φερον. Fatum, fatalis n
cessitas, non ex adversariorum suorum calumn
explicanda, sed quo ipsi voluere sensu accipien
Sic Seneca veræ Stoicorum sententiæ interpr
omni exceptione major, de Providentia c. V. *I
ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem f
ta, sed sequitur. Semper paret, semel jussit.*
de Benef. VI. 27. *Non externa cogunt Deos. S
sua illis in legem aeterna voluntas est. Statueru
quæ non mutarent: - - nec unquam primi cons
Deos pœnitet - - nec imbecillitate permanent,*

qu

uia non libet ab optimis aberrare, & ſic ire decre-um eſt. 3. Illos ex Chriſtianis, qui quidem Dei anctitatem, qua malum, ut malum Deum velle oſſe negant, ad illius naturam referunt: ſed poſſe amen dicunt Deum ſalva ſua ſanctitate velle ejus-odi bonum, quod conſequi Deus niſi exiſtente alo non poſſit. Itaque exiſtimant, Deum ſalva ua aeterna immutabilique ſanctitate ex infinitis rum poſſibilium ordinibus non temere, ſed cer- ſapientiſſimoque conſilio eum & ante jacta undi fundamenta definiviſſe, & cum rerum prin-io conſtituiſſe, quo, cum etiam mali atque pec-ti exiſtentiam complectatur, nihil eſſe, aut fin-poſſit ad divinæ & miſericordiæ & juſtitiæ glo-m aut excellentius, aut illuſtrius. His mihi rbis Adrumetinorum forte quorundam Mona-orum, Prædeſtinatianorum, Gotteſchalci, icleſi, Vallæ, Lutheri, Zwinglii, Calvini &c. mari deinde, Twiſſi, & recentiorum quorun-n, ut Naudæi, illuſtrisque maxime Leibnitii, ut uno nomine omnes cenſeam, Supralapſario-n hypotheſin recte deſcripſiſſe videor. Iſti igi- non infeliciter omnes difficultates ex hac ſua tentia ſi non penitus tolli, mitigari tamen poſſe ſtimant. Uti enim omnium optime ſummæ i independentiæ, abſolutiſſimo in res reliquas nes imperio, maximæque felicitati conſulunt: nihil ſe divina ſanctitate indignum admittere itrantur, quando non tantum Deum ſalva ſua ctitate malum committere, adeoque proprie uendo mali auctorem eſſe, ſed etiam malum tenus malum velle poſſe negant: licet Deus a ſua ſanctitate id bonum velle, adeoque ejus i auctor eſſe poſſe illis videatur, quod conſe- nequeat, niſi exiſtente malo.

. 5. Utcunque vero hi omnes ſumma virium

suarum contentione in eo elaboraverint, ut ma existentiam cum divinis virtutibus conciliaren tantum tamen abest, ut vel ipsis difficultatibu vel saltem nostris præjudiciis satisfecisse exis mentur, ut potius qualemcunque ex his hypoth sin sequaris, aliam quidem alia faciliorem felici remque sentias; nullam tamen ita comparatan quin quosdam adhuc scrupulos & quasi acule in nostris mentibus relinquat. Nostris enim ar mis tanta est ex infinitis præjudiciis atque erro bus hebetudo, ut non tantum falsum malumq facillime nobis veri atque boni speciem mentiat sed etiam, ut eo minus interdum ipsam quoq veritatis lucem recta mentis acie intueri atque fe re possimus, quo illa clarior est, quoque mag a præjudiciorum nostrorum consuetudine abhc ret. Ut adeo, licet quis hic veram hypothe sequatur, nisi tamen eadem facilitate nostra divinis perfectionibus præjudicia illustrarit d cusseritque, parum adhuc feliciter in hoc argume to versatus esse plerisque non possit non vide Quæ cum ita sint, neminem facile futurum ar tror, quin mecum Epicuræorum, Manichæoru Libertinorumque sententias, tanquam divinis v tutibus iniquas, repudiandas esse existimet, bitreturque, aut, cum iis hic sentiendum, prudentem & piam quandam σκεψιν in hoc arg mento profitentur, aut, si quæ conciliatio te tanda, eam ex Christianorum aut infralapsari rum, aut supralapsariorum mente esse instituе dam. Ex his vero duabus hypothesibus uti inf lapsariorum (quo nomine eos omnes hic cens (c) qui primam mali originem investigaturi n ul

(c) Nescio, an hic Infralapsariorum opinio s distincte sit expressa. Ego cum iis facere me fate

ıltra creatarum mentium lapſum adſcendunt) ſen-
ꞌentia obiter tantum hoc argumentum verſanti non
oteſt non videri facilior, magisque expedita: ita
otam hanc rem propius intuentibus, liberiusque
xcutientibus nulla facile videbitur Supralapſario-
um ſententia aut rationi ſcripturæque convenien-
ior, aut ad mali difficultates expediendas facilior,
luſtriorque. Licet enim Infralapſarii eo maxi-
ne nomine glorientur, quod ſua hypotheſis uti
nedia inter Manichæorum & Supralapſariorum
copulos, ita etiam tutiſſima via naviget: ex iis
men, quæ inferius dicentur, intelligetur, idem
lis accidere, quod iis ſolet, qui medias ejusmo-
i ſententias temere ſectantur. Dum enim id a-
unt, ut neutrius partis difficultatibus premantur,
triusque ſæpius impediuntur.

§. 6. Ex iis vero, quæ hactenus dixi, facile
ım exiſtimare licet, quo jure quave injuria cum
eformati omnes, tum vero maxime Supralapſa-
i Manichæismi arguantur. Cum itaque immi-
es pacis hoſtes, quæ inter Proteſtantes hodie haud
ıfeliciter videtur tentari, nobis ad ravim usque
Ianichæismi crimen oggann iant, an pacem hanc
romovendam conferre nonnihil mihi videor, ſi
gumentis altius repetitis etiam hunc obicem re-
ıoveam. In hac autem calumnia refutanda feli-

 ciſſime

ui Deo aeternam homini ſortem decernenti, hunc
on aliter, quam creatum & lapſum obverſari po-
uiſſe contendunt. Vaſa enim miſericordiae, i. e.
ecti, nequeunt conſiderari talia, i. e. miſericor-
iae capaces, niſi ut miſeri ſimul, i. e. lapſi conſide-
entur. Vaſa autem irae nequeunt dici deſtinata eſſe
d poenam, niſi eos conſideres, tanquam poena di-
nos i. e. peccatores, adeoque & creatos & lapſos.
t ſi haec eſt ſententia Infralapſariorum, inter eos
uoque ego nomen meum profiteor. T. d. H.

cissime me versaturum existimo, si verum Man chæorum sententiam ex antiquitate Ecclesiastic primum eruam, expediamque, deinde cum eo qui ex Reformatis cum Augustino sentiunt, tu vero prolixius supralapsarios ab iniquo Manichæis mi crimine defendam atque vindicem. Cum igitu nulla fere secta atque hæresis sit, in cujus error bus describendis majori cum diligentia versata fue rit antiquitas, si ab hac una discesseris: tum ve ro Augustini autoritas gravissima, omnique excep tione major est. Ex hoc vero in describenda ver Manichæorum sententia ex plurimis ea tantun producam loca, quibus vel erroris fundamentum vel ea continentur, ob quæ adversarii nunquan non orthodoxe sentientes Manichæismi arguerun Teste itaque Augustino libro de Hæresibus §. 46 Iste duo principia inter se diversa, & adversa, ea demque æterna, & coæterna, hoc est, quæ sem

„ per fuerunt, composuit, duasque naturas atqu
„ substantias boni scilic. & mali, sequens alios an
„ tiquos hæreticos, opinatus est. Quarum inter s
„ pugnam & commixtionem, & boni a mal
„ purgationem, & boni, quod purgari non po
„ terit, cum malo in aeternam damnationem se
„ cundum sua dogmata asseverantes multa fabu
„ lantur - - - - coguntur dicere, animas bonas
„ quas censent ab animarum malarum naturæ sci
„ licet contrariæ commixtione liberandas, ejus
„ cujus Deus est, esse naturæ - - - - - In ho
„ mine tenebras captivatam tenere divinam sub
„ stantiam - - - - Peccatorum originem non li
„ bero arbitrio voluntatis, sed substantiæ tribuun
„ gentis adversæ, quam dogmatizantes esse ho
„ minibus mixtam omnem non Dei, sed mala
„ mentis perhibent esse opificium, quæ e contra
„ rio principio Deo coæterna est. Carnalem con

„ cupi-

cupiſcentiam - - - non ex vitiata in primo homine natura nobis ineſſe infirmitatem, ſed ſubſtantiam volunt eſſe contrariam, ſic nobis adhærentem, ut quando liberamur, atque purgamur, ſeparetur a nobis, & in ſua natura etiam ipſa immortaliter vivat: easque duas animas, vel duas mentes, unam bonam, alteram malam, in uno homine inter ſe habere conflictum - - - - - - - - Idem Auguſtinus de vera elig. cap. 9. „ Duas naturas vel ſubſtantias ſingulis principiis adverſus invicem rebelles eſſe arbitrantur. Offenſi enim quibusdam rebus, & rurſus quibusdam delectati, non earum quibus offenduntur, ſed earum, quibus delectantur, volunt eſſe auctorem Deum &c. - - - ingenitum mali principium quodam tempore adverſus Deum rebellaſſe, Deum autem cum aliud, quod faceret, non haberet, & quomodo aliter poſſet hoſti reſiſtere non inveniret, neceſſitate oppreſſum miſiſſe huc animam bonam, & quandam particulam ſuæ ſubſtantiæ, cujus commixtione atque miſcela hoſtem temperatum eſſe ſomniant, & mundum fabricatum. Idem contra duas epiſtolas Pelag. L. II. c. 2. Manichæi carnis concupiſcentiam non tanquam accidens vitium, ſed tanquam naturam ab aeternitate malam vituperant, - - - negant homini bono ex libero arbitrio fuiſſe initium mali - - - ſed dicunt, animam particulam Dei naturæ malæ commixtione habere peccatum. & Detract. Lib. I. Negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci, & Deum, ſi ita eſt, creatorem omnium naturarum culpandum eſſe contendunt: eo modo volentes ſecundum ſuæ impietatis errorem immutabilem quandam & Deo coæternam introducere mali naturam. Et de

„ con-

„ continentia cap. V. Tunc se peccare dicun
„ quando natura mali prævalet naturæ Dei. A
de his, quæ Socrates Hist. Eccles. L. I. c. 17. tradi
quando Manichæorum libros χριστιανιζειν μεν τη φ.
νη, ait, τοις δε δογμασιν ἑλληνιζειν. πολλους γαρ θε
σεβειν - - - καὶ εἱμαρμενην εἰσαγειν, καὶ το ἐφ' ἡμ
ἀναιρειν &c.

§. 7. Ex quibus facile colligitur, πρωτον ψευδ
& fontem reliquorum errorum omnium esse illu
de duobus diversis, sibi invicem adversis, & coa
ternis, uti loquebantur, principiis sententiam
Hanc vero sententiam ex difficultate malum cu
Dei bonitate & sanctitate conciliandi natam un
nimi consensu veteres tradiderunt. Sic Tertulli
nus Lib. I. contra Marcionem ex difficili quæsti
ne, unde malum sit ortum, sententiam de du
bus principiis natam confirmatamque fuisse d
cet: abusosque Cerdonem Marcionemque c
pitulo dominicæ pronunciationis de bonis mali
que arboribus, quod neque bona malos, neq
mala bonos proferat fructus. Augustinus L. I
de Moribus Manichæorum, *Semper quæritis, a
unde sit malum*, & in oper. imperf. contra Juli
num L. V. *Cum quærunt a nobis, unde sit m
lum - - respondemus eis non esse malum ex De
neque coæternum Deo; sed malum ortum esse e
libera voluntate naturæ rationalis - - - - Man
chæus pergit, si ex libera voluntate naturæ rati
nalis est malum, unde sunt illa tot mala, cum qu
bus nasci videmus, qui nondum libertate volunt
tis utuntur? Unde est concupiscentia, qua caro co
cupiscit adversus spiritum, & ad peccatum perp
trandum trahit, nisi adversus eam spiritus fortis
concupiscat? Unde in homine uno duarum rerum
ex quibus constat, tanta discordia? Unde lex,
membris repugnans legi mentis, sine qua lege nem
nascitur*

scitur? Unde tot & tanta vitia vel ingeniorum, v' corporum, cum quibus plerique nascuntur? Un-a labores & calamitates nondum voluntate peccan-tim parvulorum? &c. &c. Ex quibus jam facile rio iniri potest omnium Manichæismi errorum, qos hactenus recensuimus. Animadverterunt em in uno homine & bona, & mala. Quæ tan-qum diversissimæ & contrariæ plane naturæ fru-ctus ad eandem arborem referri ab omni ratione anum existimarunt. Natæ hinc duæ contrariæ adversæ sibi in uno homine animæ. Quarum alra sua natura adeoque necessario bona cum sit, n possit non causa esse bonarum actionum: al-ta vero, cujus tota substantia quoque mala sit, larum. Hinc omne in homine arbitrium sustu-lint. Quoties enim in perpetuo illo, quem fin-e, conflictu bona anima superior sit, toties ecessario fieri bonum, malum vero, quoties ma-. Uti vero in homine a bona anima mala pro-fisci posse negarunt: ita tam malam animam a) derivari non posse censuerunt, quum neces-io à Deo non dependeant, nisi quæ optima . Unde ipsis alio principio opus erat, cui soli ne malum acceptum referrent. Sed nullus potuit huic principio locus, nisi illud & di-sum a Deo, & adversum inimicumque, & pendens, & quodammodo potentissimum, & nitum æternumque existimarent. Diversum debuit, quia malum ab Optimo principio cum vari non possit, diversam causam atque origi-n requirit. Adversum inimicumque Deo di-, quia a quo divina sanctitas necessario ab-ret, id non potest non cum Deo divinisque fectionibus pugnare. Independens a Deo ma-li rincipium credidere, etiam ratione substantiæ. Qia Deus ipsis auctor peccati dicendus non teme-

re

re videbatur. Sive malam ſubſtantiam producẹ ret, ſive ſubſtantiam, quæ male agere poſſe Nequire enim ſubſtantiam a Deo utcunque bona productam peccare ſine omni Dei culpa. Potẹ tiſſimum porro non potuere non hoc ſuum prị cipium dicere, quia plurimum valeat id oporte quod invito & obnitente Deo exiſtere poſſit. Dẹ nique ingenitum & aeternum etiam ex his ipſis eẹ debuit. Quod enim cum exiſtit, a Deo non dẹ pendet, ſi à nihilo nihil fieri poſſit, æternum eẹ neceſſe eſt atque ingenitum. Ex his perſpiceṛ licet, Manichæorum ſententias ex uno hoc priṇ cipio, Deum abhorrere ab omni malo, neque ạ deo hoc exiſtere poſſe niſi invito & obnitente Deọ neceſſario quodam ordine & nexu ita dependerẹ ut qui primum admiſit, ſi ſibi conſtare velit, ṇ poſteriora quidem negare poſſet. Quodſi profẹ cto Manichæi tam divinæ independentiæ, aetẹ nitati, potentiæ, beatitudini conſulerent, quaṃ ſanctitati, atque bonitati videntur: ſine hæſitatiọ ne illorum hypotheſin reliquis omnibus præferreṇ Illis ſaltem, qui malum Deum non velle poſ dicunt, Manichæos, ſi Bælium maxime, vel Baẹ lii ſimilem ſortiantur vindicem, revera invictọ eſſe: neque niſi aut ex Epicuraeorum, aut ex Sụ pralapſariorum ſententia refutari unquam poſſe tam me ſcire exiſtimo, quam vivere. Nihil ego ſi ab iis diſceſſeris, quae Infralapſarii Manichaeọ rum apud Baelium argumentis hactenus oppoſuẹ re, vel alienius vidi unquam, vel frigidius.

§. 8. Expoſita itaq; vera & genuina Manị chæorum ſententia, ſatis profecto mirari non poſ ſum, quî fieri potuerit, ut, cum Reformatorụ publica ſententia, quæ in Synodis confirmata & in libris Symbolicis accurate deſcripta eſt, cị ca primam mali originem a reliquis Infralapſariị

nc

on discrepet, Manichæismi tamen a Pelagia-
is, Semi-Pelagianis, Lutheranisque arguatur.
ostri enim cum Augustinum satis sequantur,
ali originem nunquam non ad liberum arbi-
ium referunt. Ut quæ Augustinus operis im-
erfecti contra Julianum L. V. proponit, iis
iam publica Ecclesiæ nostræ doctrina continea-
t:: *Manichæi cum quærunt a nobis, unde sit
malum, volentes introducere malum Deo coæter-
num, nescientes, quid sit malum: idque putantes
e naturam atque substantiam: respondemus eis,
on esse malum ex Deo, neque coæternum Deo;
sed malum ortum esse ex libera voluntate naturæ
rationalis, quæ bene a bono condita est - - - habuit
peccandi possibilitatem, non tamen necessitatem.* Ut
deo Manichæismi argui non possint ratione ori-
ginis mali, qui Augustinum sequuntur, nisi ab
omnium harum rerum ignarissimis. Quod vero
nostri particularem gratiam cum Augustino ad-
mittunt, in eo nihil sentiunt, quod propius vel
Deum magis peccati auctorem facere videatur,
quam quæ etiam Lutherani (cum his enim maxi-
me hic agimus) arbitrantur. Cum enim de ele-
ctis nullus fere dissensus sit, utrinque enim con-
ceditur, electos sua, nulla Dei, culpa peccato-
res exstitisse, dignosque adeo fuisse æterna dam-
natione, pro iis Christum mortuum & vere satis-
fecisse, sola denique illos Dei gratia, nullis suæ
voluntatis viribus & regenerari, & remissionem
peccatorum, atque vitam æternam consequi: tum
vero omnis dissensus maxime circa reprobos ver-
titur, & in eo uno tantum consistere videtur,
quod nobis Deus post primum jam peccatum de
reprobis ea statuisse videatur, quæ ipsi Deum vel
post terminum gratiæ, quem multi ex illis ad-
mittunt, vel post impœnitentiam finalem de iis-
dem

dem ſtâtuere exiſtimant. Quod vero noſtri ne
que Chriſtum pro reprobis ſatisfeciſſe, nequ
Deum proprie loquendo reproborum ſalutem vel
le tuentur: eo longius à Manichæismo recedunt
quo magis ſerio, quoque majori cum conten
tione Deum omnium ſalutem velle Manichæ
exiſtimant. Ut hic Lutherani ipſi eo propius
Manichæismo abeſſe videantur quo longius a no
bis diſcedunt. Non quidem diffitcor etiam Au
guſtinum Manichæismi à Pelagianis jam olim ac
cuſatum fuiſſe cum ob peccatum Originale, tun
ob negatam libertatem. Audiamus hac de re ip
ſum Julianum ex Auguſtini Lib. II. de Nuptii
& concupiſcientia; „ *Non intelligentes* (ortho
„ doxi) *quantum his* (Pelagianis) *contulerint ho*
„ *noris, quorum obſtenderunt gloriam niſi cum*
„ *Catholica religione non potuiſſe convelli. Nam*
„ *ſiquis aut liberum in hominibus arbitrium, au*
„ *Deum eſſe naſcentium conditorem dixerit, Cœ*
„ *leſtianus, & Pelagianus vocatur. Ne igitu*
„ *vocentur hæretici, fiunt Manichæi, & dum*
„ *falſam verentur infamiam, verum crimen incur*
„ *runt.* &c. Ad hæc vero ipſe Auguſtinus plu
ribus locis cum toto cœlo diſſidere ſua a Mani
chæis ſolidiſſime oſtendit, tum vero optime mo
net, ſi vel maxime eadem ſentirent Manichæi
„ nunquid propterea dicere non debemus, quo
bonus Deus fecerit mundum, quia hoc etiam di
cit Manichæus? - - - *Item ſi interrogemur, u*
trum ſit Deus, & nos & Manichæi reſpondemus
eſt Deus: & in hoc utrique ſeparamur ab illo ſtul
„ *to, qui dixit in corde ſuo, non eſt Deus*- - - -
„ *nec ideo tamen vel nos ſumus Manichæi, ve*
„ *ipſi Catholici ſunt.* &c. &c. Auguſt. T. X
„ pag. 924. Quemadmodum vero hanc Pela
gianorum calumniam ſatis ab ipſo Auguſtino
re

efutatam novimus: ita nescimus, qua fronte ferociores quidam nos ea propter Manichæismi arguant, in quibus tamen, nisi, quemadmodum a Luthero pedibus in omnia alia descedunt, ita etiam a libris suis Symbolicis dissentire velint, eidem plane nobiscum sentiunt. Quis enim adeo rudis esse potest, quin cognoscat, nostros omnes cum Augustino, & cum Formula concordiæ, peccatum originale, sive (uti in Articulis Smalcaldicis vocatur) tetram & profundam naturæ ex primo peccato corruptionem, contra Manichæos Flaccianosque ab ipsa animæ natura atque substantia maxime distinctam tradere. Ut adeo mirari satis non possim illorum iniquitatem, qui cum doctissimo J. C. Wolfio in Manich. arte Manich. pag. 200. & E. illo, qui imperitissima malitiosissima calumniandi, & diffidia serendi undique prurigine illaudatam nominis celebritatem publica auctoritate (d) coërcendam consecutus est, ob communem nostram de peccato originali sententiam nos Manichæismi arguere non desistunt. Idem autem de peccato originali cum Lutheranis sentire nequimus, quin si sibi constent, & nobiscum & cum Formula sua (e)

L l l con-

(d) Id vero fore his diebus spes aliqua facta est. Sl, quid dicas? Lege sodes, & confer B. L. locum Matth. XII: 45.

(e) Hunc librum inter Symbolicos ecclesiae Lutheranae recenseri notum est. Non tamen credidim ab omnibus ejus membris illis Θεοπνευςίαν ascriptum iri, quod tamen a S. Schelguigio & Theodoro Dassovio, haud parvae inter eos existimationis Viris, factum est. Saltim, nemo id fecit, quoad ipsa verba Latinae editionis, quae a. 1580. *communi consilio* (ita titulus præ se fert)

concordiæ, idem etiam de libero arbitrio ante regenerationem non poſſint non nobiscum ſentire. *Manifeſtum eſt* (verba hæc ſunt Formulæ Concordiæ pag. 664) *quod Auguſtana confeſſio, hominis voluntatem in rebus ſpiritualibus, haudquaquam liberum pronunciet: ſed affirmet, hominem eſſe in Diaboli poteſtate* - - - In articulis Smalcaldicis ſequentes errores de libero arbitrio rejiciuntur: *quod homo liberum habeat arbitrium bonum agendi, & malum omittendi* &c. *Quodſi profecto antequam homo* (ut eadem Formula habet pag. 662.) *per Spiritum Sanctum illuminatur, convertitur, regeneratur, & trahitur, ex ſeſe, & propriis naturalibus ſuis viribus in rebus ſpiritualibus, & ad converſionem aut regenerationem ſuam nihil inchoare, operari aut cooperari poteſt, nec plus quam lapis, truncus, aut limus; imo hac in parte* (vide pag. 673.) *multo deterior eſt lapide aut trunco, quia repugnat verbo, & voluntati Dei, donec Deus eum a morte peccati reſuſcitet, illuminet, atque renovet*: &c. &c. tam nullum noſtrum erit ad bonum arbitrium, etiam ex Orthodoxorum Lutheranorum ſententia, quam e Auguſtini, noſtraque. Ex quibus patet, publi-
car

& mandato Auguſtanae Confeſſionis Electorum, Principum, ac ordinum Imperii, & erudiendis & monendis ſubditis, eccleſiis & ſcholis ſuis ad memoriam poſteritatis typis vulgata eſt Lipſiae in forma quadriſ-riam diviſa, ubi pag. 317. ita lego; *Chriſtus ſummum & ultimum FERCULUM apponit eccleſiae, cum inquit, dic eccleſiae.* In Germanica editione ſcriptum fuerat, das letzte Gericht / hoc eſt, Urtheil ſive, JUDICIUM; Ex hoc judicio non nimis ac-cum judicio apparatum eſt *ferculum*; Sapidum ſ-ne & dignum, quod lepido illi translatori eſurienti appoſitum fuiſſet. T. d. H.

ſam Reformatorum ſententiam tantundem & a Manichæismo, & ab eo abeſſe, quod Deus auctor mali ſit, quantum ipſa Lutheranorum ſententia abeſt. Quo vero Reformati propius, quam Lutherani a Supralapſariis abeſſe videntur: eo etiam ipſos longius a Manichæismo recedere, in ſequentibus demonſtrabo.

§. 9. Uti igitur præcedenti paragrapho feliciter nos eas ſententias, quæ ſolæ Reformatæ Eccleſiæ tribuendæ ſunt, a Manichæismo vindicavimus, ita in ſequentibus in eo elaborabimus ut Supralapſarios ab hac ipſa iniquiſſima calumnia liberemus. Quorum ſententia cum & privata tantum quorundam, non vero publica ſit eccleſiæ Reformatæ, & ipſius quoque Lutheri, aliorumque fuerit, qui in Lutheranæ Eccleſiæ gremio nati educatique ſunt: iniquiſſime & ipſa, & quicquid abſurdi ex illa conſequi videtur, cum ſolis imputatur Reformatis, tum univerſis. In hoc autem argumento ita verſabor, ut veram Supralapſariorum mentem primo expoſiturus, deinde a Manichæismo liberaturus, & tandem quid de ea adverſariorum criminatione, quod Deum auctorem mali conſtituere videatur, judicandum ſit moniturus ſim. Veram autem non Reformatorum ſed Supralapſariorum ſententiam deſcripturus ipſius in his divini Lutheri verbis utor, cum quia nemo eo hac de re vel gravius, vel rotundius locutus mihi videtur: tum vero ut habeant, in quo ſe exerceant, qui uti pedibus in omnia alia diſcedunt ipſius diſcipuli; ita quo quisque rudior, indoctior, ferocior eſt, eo magis Reformatos utcunque infralapſarios Manichæismi ſolidiſſime arguunt, minusque dignos cenſent, quibuscum pax atque concordia ineatur & colatur. Audiamus Theandrum noſtrum primo ex

Erasmo, ab initio plag. d. diatribæ de Libero Ar-bitrio (qua enim ego edit. anni 1524. utor, pa-ginarum numero destituitur:) *Quid sibi vult ubi-que laudata obedientia* (ita argumentatur contr Supralapsarios Erasmus,) *si ad bona & simi mala opera tale sumus instrumentum Deo, qua securis est fabro. At tale instrumentum sumi omnes, si verum est dogma Wyclevi. Omnia & ante gratiam, & post gratiam bona pariter, ac ma-la, quin & media, mera necessitate geri, quai sententiam approbat Lutherus. Quod ne quis a m confictum causetur, ipsius verba subscribam ex asser-tionibus. Unde*, inquit, *& hunc articulum ne-cesse est revocare, male enim dixi, quod liberu arbitrium ante gratiam sit res de solo titulo, se simpliciter debui dicere, liberum arbitrium est fig-mentum in rebus, seu titulus sine re quia nul est in manu quippiam cogitare mali, aut boni, se omnia, ut Wyclevi articulus Constantiæ condem-natus recte docet, de necessitate absolute eveniun* Ad hæc jam Lutherus ipse de Servo Arbitrio pa mihi 113. edit. Argent. 1707. *Christiani*, inqui *non libero arbitrio, sed spiritu Dei aguntur Rom 8. Agi vero non est agere, sed rapi, quemadmo-dum serra aut securis a fabro agitur.* Et hic n quis dubitet Lutherum tam absurda dicere, verb ejus recitat diatribe, *QUÆ SANE AGNOSCO Fateor enim articulum illum Viglephi* (omnia ne cessitate fieri) *esse falso damnatum Constantien conciliabulo, seu conjuratione potius & sedition* Tantum vero abest, ut hæc se vere sentire neg Lutherus, ut potius durioribus adhuc verbis quam quibus alii Supralapsarii uti licere exist mant, eandem suam sententiam ubique confi met. Laudat enim pag. 22. Gentilium fatu pag. 34. probat contra Erasmum illud Augustin

Deu.

Deum operari bona & mala in nobis, sua bona opera remunerari in nobis, & sua mala opera punire in nobis. Si hæc tibi cum Erasmo videantur dura, si fenestram mortalibus ad omnem impietatem hanc vocem aperire dixeris: egregie subjicit Lutherus, *Paulum Apostolum in epistola*
„ *ad Romanos non in angulum, sed in publicum*
„ *coram toto mundo liberrimo ore, eadem etiam*
„ *durioribus verbis palam docuisse* & pag. 37. *Hic*
„ *est fidei summus gradus, credere, illum esse*
„ *clementem, qui tam paucos salvat, tam multos*
„ *damnat, credere justum, qui sua voluntate nos*
„ *necessario damnabiles facit, ut videatur, refe-*
„ *rente Erasmo, delectari cruciatibus miserorum,*
„ *& odio potius, quam amore dignus* &c.&c.pag.
„ 164. *Si placet tibi Deus, indignos coronans,*
„ *non debet etiam displicere immeritos damnans.*
„ *Si illic justus est, cur non hic justus erit? Illic*
„ *gratiam & misericordiam spargit in indignos,*
„ *hic iram & severitatem spargit in immeritos:*
„ *utrobique nimius & iniquus apud homines, sed*
„ *justus est verax apud se ipsum* &c. Quæ vero adfert ad hanc divini Lutheri sententiam non tam molliendam atque mitigandam, quam penitus evertendam doctissimus Schmidius, ea Geticis ruinis frigidiora sunt. Si fidem habeas lepido huic interpreti, ridicule tibi persuadebis, ea Lutherum de omni hac re cum Erasmo, & recentioribus suis discipulis sensisse, quæ toto hoc libello solidissime, & summa virium contentione refutatum profligatumque ivit fortissimus heros. Nemo profecto mihi videtur id agere hic posse, ut aliis persuadeat, Lutherum diversa hic sensisse, quum quæ Erasmus refutat, Lutherus

 tuetur:

tuetur: nisi vel ipse deliret, vel alios delirar exiſtimet. (f)

§. 10. Hanc vero Supralapſariorum, Luther verbis licet durioribus deſcriptam ſententiam, ſ jam cum vera Manichæorum ſententia ſuperiu expoſita contenderis: facile intelliges, cælum tanto ſpatiorum intervallo a terra non ſejunctum eſſe, quanto Supralapſarii a Manichæis diſſident Iſti enim ne a Dei voluntate mali originem ar ceſſerent, maluere duo principia inimica ſibi at que adverſa admittere: illi vero ne diverſa ini micaque ſibi invicem boni malique principia ad mittere, ne quid uni optimo maximo oppoſitum exiſtimare tenerentur; malum neque inſcio, ne que invito, ſed volente, decernente, dirigente Deo exortum eſſe arbitrantur. Manichæi, ne ſanctitati divinæ quid, ne bonitati, ne juſtitiæ detrahere videantur: Dei majeſtatem, æternita tem, ſimplicitatem, potentiam, beatitudinem adfligunt atque proculcant: Supralapſarii contra ne

(f) Nihil mihi facilius foret, quam ejusmod quam plurima ex magni illius Viri ſcriptis excer pere, in quibus eum aperte Calvinizare, aut, ut rectius dicam, cum ſacra ſcriptura loqui depre hendo. Quae, cum ibi lego, vix oculis meis cre do atque attonitus obſtupeo, quomodo fieri queat ut quando noſtri Theologi ita loquuntur, uti D locutus eſt Lutherus, in hoc quidem omnia appro bentur, ſummisque in coelum efferantur laudibus in illis autem, eadem tanquam horrendae blas phemiae, proſcribantur atque anathematizentur Itane *duo cum faciunt* aut ſcribunt *idem non iden eſt?* Ceterum, ſi ille γνησιως Lutherani nomen me retur, qui Lutheri verbis κατα ρησιν ſubſcribit ego ſane in his doctrinae capitibus mihi γνησιοτατω Lutherani titulum arrogare audeo. T. d. H.

ne quid divinæ Majeſtati, ne beatitudini, ne ſimplicitati, ne providentiæ & ſummo in omnia imperio, ne æternitati derogent, cenſent, Deum non bona tantum in genere, ſed etiam in ſpecie ea velle poſſe bona, quæ conſequi non poſſit, niſi ea etiam velit mala, ex quibus illa bona tantum exiſtunt, i. e. ea cenſent, quæ hanc ſententiam obiter intuentibus, a ſuisque præjudiciis abreptis facile videri poſſint divinæ bonitati, ſanctitati, juſtitiæ oppoſita. Adeo ut nulla ſententia vel eſſe facile, vel fingi poſſit Manichæis contraria atque oppoſita, quam quæ a Supralapſariis defenditur. Tantum igitur abeſt, ut Supralapſarii recte Manichæismi a ſuis adverſariis arguantur, ut his potius eo nomine reprehendendi videri poſſint, quod longius, quam ipſi a Manichæis diſcedant. Cum enim Manichæorum & Supralapſariorum ſententias duos oppoſitos ſcopulos, inter quos ipſi medii ſint, eſſe non negent: quo majori contentione a Supralapſariis diſceſſerint, eo etiam illos propius a Manichæis abeſſe neceſſe erit. Quæ uti certiſſima ſunt; ita Epiſcopius, Bælius, Wolfius, alii negant nos recte accuſari Manichæismi; ferre tamen uſum, ut illi, qui peccati cauſam in Deo agnoſcunt, Manichæorum nomine appellentur. Doctiſſimus Bælius in voce Pauliciens, *Il eſt*, inquit, *fixe de tems immemorial à cet uſage, qu' étre Manicheen, & faire Dieu auteur du peché ſont deux expreſſions, qui ſignifient la meme choſe: & lorsqu'une ſecte Chretienne, accuſe les autres de faire Dieu auteur du pechè, elle ne manque jamais de leur imputer à cet egard le Manicheisme.* Antiquiſſima eſt, fateor, hæc ipſa calumnia. Quemadmodum enim, uti ſupra vidimus, Pelagiani Auguſtinum ob originale peccatum, negatamque maxi-

me in nondum regenitis ad bonum libertatem Manichæismi accusarunt: ita Hieronymo teste (loco, quem infra producemus) iidem Pelagiani ob easdem causas Orthodoxos dixere, Deum facere auctorem mali. Omnis autem hic error ex eo mihi natus esse videtur, quod Orthodoxi invictis atque renitentibus Manichæis, malo illorum principio Dei nomen imposuerunt. Quoniam igitur ex Orthodoxorum calumnia Manichæi Deum auctorem mali dicebant, factum est deinde, ut omnes Manichæismi accusarentur, qui mali originem ex Dei voluntate suspenderunt. Accedit deinde quod non hæreticis tantum, sed ipsis etiam orthodoxissimis nihil fuerit familiarius, nihil usitatius, quam quos in levissimis licet, sæpe à se dissentire deprehenderunt, quacunque possent facie, gravissimarum hæresium accusare. Ut vero demonstrem, nunquam Manichæos mali principium Deum dixisse, sed hanc esse orthodoxorum calumniam, qui cum argumentis non possent (recte enim eruditissimus Bælius, patres nunquam Manichæorum objectionibus satisfecisse monet) suo scilicet more, calumniis hæreticos, quibuscum agebant, oppugnarunt: verba mihi tantum Fausti Manichæi exscribenda sunt, quæ nobis exhibet Augustinus contra Faustum Libro XXI. pag. m. 249. *Unus Deus esse, an duo! Plane unus. Quomodo ergo vos duos asseritis? Nunquam in nostris quidem assertionibus duorum Deorum auditum est nomen. Sed tu, unde hoc suspicaris, cupio scire. Quia bonorum & malorum duo principia traditis. Est quidem, quod duo principia confitemur, sed unum ex his Deum vocamus, alterum hylen, aut ut communiter & usitate dixerim dæmonem* (quodsi profecto ad ea animum adverte-

tis, quæ communiter Infralapſarii diabolo, ut ..li auctori tribuunt: Bekkeri criminationem ..a omni ex parte iniquam injuſtamque ſenties.) ..od *ſi tu hoc putas, duos ſignificare deos - - - & ..poteris, cum quis bonum nominat, & malum ..em duo putare bona - - - poteris & venenum au..us, & antidotum, nihil intereſſe putare, an ..umque vocetur antidotum. Quodſi hoc facere ..urdum eſt, quanto abſurdius, Deum & hylen, ..irco duos putare Deos, quia eorum quisque ali..d operetur. Quapropter inepta hæc & viri.. ſatis effœta argumentatio eſt, ut quia de re ..bi reſpondere non poſſis, de ſolis nominibus con..s invidiam.* Idem monet ſicubi forte hunc dæ..onem ſuum Deum vocent, non alio ſenſu id ..ri, quam quo Apoſtolus eundem Deum hujus ..culi appellavit. Sæpe ego profecto miror non..llorum hominum iniquitatem; ubi enim cum ..pralapſariis agunt, negant auctorem mali Deum ..e poſſe; ſed quoties cum Manichæis pugnant, ..anichæis maxime invitis auctor mali Deus eſſe ..bet. Ex quibus patet ſummam ſuam & igno..ntiam & pravitatem prodere, qui vel Mani..æos Deum facere mali auctorem calumniantur, ..l Supralapſarios Manichæismi arguunt. Quod ..ro Epiſcopius cap. IV. de gratia & libero ar..trio contra Cameronem, noſtros propterea ..anichæismi argui poſſe exiſtimat, quod Ma..chæi patribus teſtibus in aliis etiam ſtatuerint, ..m bona, quam mala neceſſario fieri, id pro..cto non majoris eſt momenti. Licet enim non ..gem, non tantum Polytheismum tributum ..anichæis ab orthodoxis olim fuiſſe, ſed etiam ..μαρμενην, ut ſupra ex Socrate audivimus: piæ..are tamen idem novi, Manichæis eadem ratio..e fatum tribui, qua Polytheismum, i. e. falſo

& summa cum injustitia. Fatum enim r
unius Dei voluntati omnia & bona & mala 1
mittit: Manichæi vero contraria plane ration
diversissimis & a se invicem independentibus
non ex arbitrio, sed naturæ absoluta necessi
operibus, hinc bona, illinc mala derivarunt.
genere vero Manichæi nullam aliam necessitat
vel professi sunt, vel etiam salva sua principe hy
thesi profiteri potuerunt, quam qualem eti
frigidissimi & abjectissimi infralapsarii facile
mittunt. Necessario enim Deum & animam
nobis bonam bene, principem vero tenebraru
malamque in nobis animam male agere cum
cunt, non pejorem necessitatem admittunt, qu
illi, qui negant Deum posse male, Diabol
vero improbosque ante regenerationem, vel f
tem post gratiæ terminum, finalemque impœ
tentiam bene agere. Ut adeo certum & inc
cussum maneat, quod erat demonstrandum,
hil esse aut fingi posse, vel imperitius, vel i
quius, vel absurdius, quam Supralapsarios, q
magis a Manichæis dissentire ne possent quide
Manichæismi argui.

§. 11. Licet vero nunquam ego non existim
rim, nihil veritatis, nihil sapientiæ, nihil piet
tis studio esse posse indignius, quam dissentien
bus invitis cum veteribus hæreticis consensum
externam tantum quandam similitudinem tribu
re: ut tamen norint imprudentissimi Supralaps
riorum calumniatores, quam iniqua hæc eoru
calumnia sit, quid si ego ostenderem, si qui s
Manichæismi arguendi, non Supralapsarios, s
eos, qui hujus criminis accusant Supralapsaric
potius ejus reos esse. Facillime enim valde co
spirans & conflatus inter utrosque consensus oste
di posset. *Primo enim* in eo accurate consentiun
quo

od fundamentum & πρῶτον ψεῦδος totius Ma-
hæismi non male dixeris, eam esse divinæ bo-
atis & sanctitatis rationem, (ff) ut neque Deus
lle possit, nisi bona, neque mala existere pos-
t, nisi Deo invito, Deoque adversa. Unde
undo utrique diversum esse a Deo principium
nstituendum, unde malum existat, arbitrantur.
rtio suum utrisque principium esse debuit a Deo
lependens. Quando *quarto* utrique negant quic-
am existere posse Deo magis injucundum, ini-
cum infestumque (gg) si a malo discesseris:
ique etiam velint nolint, perpetuam quandam
er Deum & malum pugnam non possunt non
tuere. Denique *quinto* utrique malo majorem
entiam tribuere debent, quam divina Majestas
re possit. Quî enim malum existere posset Deo
ito, nisi maxima quaedam malo virtus tribua-
. Rationis quippe praeceptum est, nihil mihi
ito accidere posse: nisi cui tantae vires vel
priae sint, vel alienae, quibus superandis im-
sim. Sed, inquient Infralapsarii, immane
antum discrimen adhuc esse: Manichaeis enim
ncipium hoc malum & aeternum esse, & ratione
ius substantiæ malum. Infralapsarios vero utrum-
e negare. Verum enim vero, uti hæc Mani-
ei cum iis conjunctissima esse non temere exi-
narunt, in quibus hactenus ostendi, egregie
con-

ff) Atque his, si sano sensu excipiantur, nihil
ius est, T. d. H.

gg) Et quis hoc, si recte explicetur, ausit ire
icias? Ita sane scriptura passim loquitur. Et si
petuam pugnam Deo cum morali malo esse dicas,
iter cum scriptura loqueris; neque ita quidquam
inae derogas vel felicitati vel perfectioni, cum
num sit, pugnare cum malo, & gloriosum, su-
rato malo decedere victorem. T. d. H.

convenire Manichæis cum Infralapsariis: ita fralapsarii tantum ab hac Manichæi principii aet nitate non absunt, quantum quidem ipsi sibi dentur. Primo enim jam olim Manichæi, ci ipsis quærentibus, unde malum esset, infralap rii respondissent ex libertatis abusu, monuerui neque ad illum libertatis abusum referri posse n li originem, quin ipse Deus mali auctor con tuatur, neque hunc libertatis abusum independe tem esse a Deo posse, nisi cum libertate ipsa etia voluntatis natura atque substantia a Deo inc pendens, adeoque aeterna sit. Deinde nos eo p tissimum nomine materiæ negamus aeternitatei ne quicquam esse posset; quin a Deo dependere Facile vero ferremus aliquid Deo coæternum, n si id divinæ majestati atque independentiæ adve sari existimaremus. Dum igitur aliquid ind pendens à Deo admittis, tantum divinæ indepe dentiæ derogare videris, quantum qui aeternita gloriam non Deo propriam perpetuamque art trantur. Tertio denique ex aeterna & infallib mali in Deo præscientia, quam Infralapsarii ta tum non omnes admittunt, consequitur, e non adeo ab omni aeternitate mali sui princi abhorrere. Aut enim Deus malum futurum e se novit, aut ex rebus ipsis futuris. Si ex se, a ex natura sua novit, aut ex voluntate. Si ex n tura arbitrentur, imprudentes naturalem nexu inter malum atque Deum admitterent, adeoq plus mali Deo vindicare dicas, quam nemo S palapsariorum. Sin ex sua voluntate malum fi turum præscivisse Deum dicant, mutata men nobiscum sentiunt. Quodsi vero ex rebus a De diversis omnem hanc Dei cognitionem derivan illas res vel a Deo statuent dependere, vel ind pendentes esse. Si prius, nobiscum iterum faciun Sin posterius, non independens tantum, sed cu

h 3

c Dei præſcientia aeterna ſit, neque malum fu-
turum vel a natura vel a voluntate Dei dependeat,
eam aeternum quoddam mali principium ſi ſibi
conſtare velint, non poſſunt non admittere. Cum
enim ejusmodi independens a Deo principium
non poſſit a nihilo proficiſci, aeternum non poteſt
non eſſe. Hoc igitur mali principium aut ſtatuen-
dum eſt; cum Supralapſariis etiam qua mali prin-
cipium eſt, a Dei voluntate dependere, aut illi cum
Manichæis cum independentia etiam quædam ae-
ternitas vindicanda. Ex quibus conſequi videtur,
eos, qui toties Supralapſarios Manichæismi ar-
guunt, & in erroris fundamento, & in iis omni-
bus eadem ſentire, quæ Manichæorum hypothe-
ſis divina independentia, aeternitate, beatitudine,
ſapientia indigna fovet: aut, ſi quid diſſentire vi-
deantur, hunc diſſenſum non eſſe niſi de conſe-
quentiis ſententiisque ſecundariis, quas Manichæi
quidem majori ingenii perſpicacitate, vel ſaltem
majori integritate uſi, cognatas ſuæ ſententiæ vi-
derint, iſti vero ignorantes ſuæ ipſorum ſententiæ
cognationem, & periculum, vel non ſentiunt, vel
non ſentire videri volunt.

§. 12. Ut igitur hactenus oſtendi, *primo* Ma-
nichæismi proprie dicti, cujus propria atque per-
petua nota eſt independens a Deo mali origo ſive
diverſum boni malique principium, eo minus Su-
pralapſarios accuſari poſſe, quo magis δὶς διὰ πα-
σῶν a Manichæis diſſentiunt: Infralapſarios autem
quoscunque ſive Pelagiani ſint & Semi-Pelagiani,
ſive Lutherani ſive alii proprie ejusmodi dicti, Ma-
nichæismi eo verius argui poſſe videri, quo in-
dependentius a Deo peccari ſtatuunt. Deinde Ma-
nichæismi falſo ita dicti, quem iis temere adſcri-
bere ſolent, qui malum non invito ſed volente
atque definiente Deo exiſtere volunt, Infralapſa-
rios

rios magis reos agi posse quam Supralapsari
Nunc facillimum mihi foret ostendere liquido.
doctrina Infralapsariorum de certa Dei malor
præscientia, aeque & permissione, non mino
hos premere difficultates, quam premunt Sup
lapsarios, longeque duriores, ex illorum s
tentiis, quam ex horum sequelis elici posse: S
ne limites, qui in hac Bibliotheca dissertationi
positi sunt, transgrediar, hæc nunc in aliud te
pus rejicienda sunt. Interea, cum etiam hu
obicem, per quem stetisse mihi maxime videt
quo minus hactenus certa inter Protestantes p
inita fuerit, felicissime à me remotum arbitr
aliquando nos facilioribus fidei nostræ fratrib
usuros esse spero. Quod eo facilius spero fut
rum, quod maxime hic agatur de pace inter L
theranos & Reformatos, quorum communis,
publica doctrina tota Infralapsaria est, concilia
da: de mali vero origine, salutisque conseque
dæ in electis ratione accurate Reformati cum L
theranis sentiant; neque ob suum de reprobati
ne dissensum vel Manichæismi argui, vel Deu
mali auctorem facere dici possint, nisi Luthera
suo ipsorum judicio eorundem errorum arguen
videantur iis, qui παλιγγενεσίαν omniumque mal
rum in gratiam cum Deo reditum statuunt, qu
Lutherani post gratiæ terminum aeque atque R
formati negent reprobis divinam gratiam ampli
patere. Ut adeo videre hactenus mihi non licu
rit, qua specie ex Reformatorum sententia, q
omnem mali causam atque culpam etiam in repr
bis nihil minus quam Deo, sed soli peccantiu
arbitrio tribuit, legitime consequi vel videri poss
Deum esse auctorem mali. Itaque multo adh
propius Reformati a Lutheranis absunt, qua
forte utrisque videntur: neque adeo illo præsid

consequentia hac urgenda quidem sed non imponenda pro pace ineunda Reformati indigent. Hæc enim non tam ad Reformatos, quam ad Supralapsarios spectare videntur. Ex Supralapsariis vero tam Reformati aestimandi non sunt, licet quidam Supralapsarii in Reformatis sint: quam Lutherani (quamvis contradictoria mihi videantur γνησίως in his Lutheranum, neque tamen Supralapsarium esse) non sunt in Supralapsariis censendi, ut Lutherum totum quantum Supralapsarium fuisse supra ostenderimus. Supralapsarii salva sua hypothesi in reliquis cum Pontificiis, Lutheranis, Reformatis sentire possunt. Ut adeo omnino a Reformatis eadem ratione distinguendi sint, qua a Lutheranis distinguuntur. Cum vero ipsi etiam Supralapsarii Lutheranos in fidei salutaris sociis re-[illegible] censeant, horum etiam, quæso, pace liceat Supralapsariis cum Theandro Luthero sentire, qui uno nemo aut fortius, aut constantius a Supralapsariorum sententia stetit. Maxime cum omnis fere controversiæ ratio inter Supralapsarios & Infralapsarios Protestantes, uti inter Protestantes Infralapsarios Lutheranos Reformatosque magis [illegible]i ex Metaphysica & Philosophia quam ex Theologia discutienda videatur. Uti enim inter omnes hos conspirans & conflatus admodum consensus est de fundamento salutis, i.e. de Deo solo omnis boni & salutis clementissimo in Christo per Spiritum S. auctore: ita omnis dissensus cardo in ea una quæstione versari mihi videtur. Utrum voluntas nostra quoties aut male egit aut bene indifferens fuerit, i.e. iisdem circumstantiis omnibus positis, potuerit aliter agere? Supralapsarii negant ita agere voluntatem, ut aliter possit. Adeoque etiam primum peccatum sano sensu fuisse ne-

necessarium. Infralapsarii autem omnes ita p
casse primos parentes volunt, ut iisdem licet
sitis circumstantiis omnibus potuissent non pec
re. Reformati omnem Infralapsarii cum Augu
no existimant hominem neque cum regenerat
neque cum respuit regenerationem, indifferent
esse. Sed tantum esse ibi gratiæ, hic corruptic
nativæ vim, ut nisi mutatis his circumstantiis r
possit nisi aut regenerari, aut non regenerari. *Qu
enim Deus convertere decrevit* (verba hic rec
Formulæ Concordiæ pag. 673. quæ hic plane
biscum sentit,) *eum sic trahit, ut ex intelle
cæcato, illuminatus fiat intellectus, & ex reb
voluntate fiat promta & obediens voluntas.
autem non regeneratur hac in parte* (iterum c
Formula Concordiæ loquor) *multo est deter
lapide, aut trunco, quia repugnat verbo & vol
tati Dei, donec Deus eum a morte peccati resu
tet, illuminet atque renovet.* Lutherani vero e
stimant, neque gratiam, neque corruptionem t
tam esse, quin & qui regeneratur, iisdem li
circumstantiis omnibus positis potuisset non
generari, & qui non regeneratur, potuisset re
nerari. De consequentiis autem difficillimis
gravissimis, quæ omnium Protestantium sent
tiis adnatæ sunt, tenendum, solam hanc differ
tiam videri, quod alii aliis serius ocyus ad ead
præcipitia delapsi, tandem omnes ad Paulin
βαθος confugiant. Quod doctissimus Pfaffi
Acad. Tubing. Cancellarius atque insigne dec
qui quantum imperitis asperisque pacis inter P
testantes ineundæ osoribus & eruditione, & piet
tantum etiam pacis atque concordiæ studio p
stat, in doctiss. specim. hist. dogm. de gratia p
122. rectissime observavit. Quæ cum ita sint, q
quæso furor est, cum in iis potissimum dissen
n

mus; quæ quisque eo magis ἀνεξιχνίαστα καὶ ἀνεξερεύνητα esse intelligit, quo illorum rationes altius repetierit, ita tua velle tueri, ut omnem ex animo charitatem, omne pacis studium tantopere nobis a nostræ salutis autore commendatum ejicias. Si quid cui parti ex hac pace timendum esse videtur: nostrum hoc omne erit periculum. Cum enim Lutheranorum sententia primo intuitu eo longius præferenda nostræ videatur, quo gravioribus difficultatibus premi intelligitur accuratius perspecta; paucissimis vero altius hæc scrutari liceat: merito timendum non illis, sed nobis videtur, ne si pax firmis conditionibus inita, sancitaque fuerit, nostri tantum non omnes ad illorum sententiam traducantur. Quo ipso pretio, cum in his nullum salutis periculum versetur, uti quisque ex nobis optimus est, ita eum etiam ego maxime hanc publicam concordiam pacemque redemturum puto. Utinam a me ipse impetrare possem, ut mea mihi non viderentur veriora, vel dissimulare, quæ de his sentias, non a sapientiæ & pietatis studio abhorreret, nemo me facilius lubentiusque cum Lutheranis vel sentiret, vel loqueretur. Supralapsariorum itaque sententiam, Infralapsariis ubique licet usus præceptoribus; propterea quodammodo hic defendi, quia mihi, ita me Deus amet, reliquis facilior, Deo dignior, verior, visa est. Audeant igitur, qui tantum suæ sententiæ tribuunt ex Infralapsariis, aliquid contra ea, quæ hic dixi, & si nostris me veriora, facilior ave edocuerint, maximam a me inibunt gratiam. Diu enim jam est pro vitæ meæ annis, ex quo in veri cognitione neque ullam mihi humanam auctoritatem, neque meæ etiam (g) religio-

(g) Quod si itaque locutiones heic occurrant, quæ

nis præcepta, ſed unius ſcripturæ atque rationi momenta & quærenda & ſequenda haud temer conſtitui.

quæ aſperiores videntur, qui eas toti Reformatc rum cœtui adſcribet, nae ille iniquiſſimi Calumnia toris notam haud facile effugerit. T. d. H.

VI.

VITA SCRIRTAQUE

HERMANNI DEUSINGII

JCti & Theol. Groningani, perſcripta ab illo paucis ante mortem diebus ad T. d. H.

HErmannus DEUSINGIUS, A. S. 1654. p die idus Martii Groningæ natus, patrem h buit Virum Clariſſimum, *Antonium Deuſingiu* (a) Medicæ Facultatis Profeſſorem in Academ Gr

(a) Fuit hic Meurſæ, quae urbs comitatui ad Rh num nomen dedit, anno præteriti ſeculi XII. natu In Academia Lugdunenſi ſummos in arte medica h nores nactus, fecit medicinam in patria, cui acce profeſſio Matheſeos ab a. 1630. Hinc Harderov cum ſequenti anno abiit, ibi Profeſſoris phyſices Matheſeos, & ordinarii Urbis Medici, & ab 1642. profeſſoris medicinae in illa Academia pri muneribus functus. A. 1647. Groningam red & praeter Philoſophiæ profeſſionem reliqua mu obiit, quae hic recenſentur. Fuit linguarum Orie talium, inque iis Turcicae, Arabicae, & Perſicae c lentiſſimus, cujus rei non leve ſpecimen dedit tra

Groning - Omlandica primarium Archiatrum, Medicum Aulicum, Principi Nassoviæ Guilhelmo Frederico, Frisiæ, Groningæ, Omlandiæ ac Drentiæ Gubernatori, percarum, Ecclesiæ Groninganæ Seniorem, experientia morumque suavitate in proceres & in vulgus gratissimum, Philosophum ac Mathematicum insignem, & ex scriptis suis multiplicibus Philosophorum ac Medicorum filiis percelebratum: matrem *Magdalenam Todestam Scheidmans*, Amplissimi Viri *Hermanni Scheidmanni*, JCti Eximii, ac, dum viveret, in suprema Imperii Romani Camera judiciali (quæ tunc Spiræ erat) Adsessoris (à quo noster *Hermanni* praenomen indeptus est) filiam unicam, Matronam admiranda animi magnitudine, insigni modestia & pietate exemplari praeditam, suorumque adeo praenominum (quae Comitissa Benthei-mensis Mater ejus lustrica ei imposuerat) significatum ad amussim explentem.

...tione ex Arabica lingua Cantici Principis Abi-...is vulgo Avicennae de medicina, & Aphorismorum ...dicorum Johannis Mesnaei, Damasceni, edita, ...oningae 1649. 12. Institutionibus Th. *Erpenii* ...abicae linguae cum annotationibus, Pentateucho ...sico ex interpretatione Jacobi Tawusi editis, Le-...is Medico Arabico-Latino, Persico-Latino, & ...rcico-Latino. quae tamen molitus tantum est, non ...olvit. Acres ei lites intercessere cum Jo. Andr. ...mitzio, Christiano Scotano, & inprimis Franci-...i de le Boë, Sylvio. Scriptorum ejus bene mul-...um catalogum exhibent Wittenius in diario bio-...phico ad a. 1666. & Georg. Abrah. Mercklinus ...Lindenio renovato p. 63. sqq. Autor Vitt. Profess. ...oning. p. 213. Benthemius in statu eccl. & schol. ...gic. p. 269. T. d. H.

Vix undecennis orbatus eſt patre, qui Ao. 1666. (b) cum media teterrimaque hyeme à Principe Friſiae Orientalis, gravi morbo laborante, Auriacum arceſſitus, eum juvaſſet, atque inde ad praedictum Naſſoviae Principem, lethaliter ſauciatum, Leovardiam evocatus, eum aliquamdiu accuraſſet, mortuumque condiviſſet, phthiſi & aſperitate frigoris contracta, diem ſuum obiit posteaquam binos filios, Johannem & Hermannum, cum filiola A. E. ad lectum ſuum emortualem advocatos, ſerio admonuiſſet ut Deum revererentur, matrem honorarent, ſeipſos invicem adamarent, & à malo ſibi conſortio caverent (quæ moribundi patris parænefis intimis eorum medullis inſedit ſemperque inhæſit) infimul educationem eorum gratiæ Dei & curæ matris commendans. Hæc, marito ſuo quindecim annos ſuperſtes, nihil prius dixit & antiquius, quam ut liberis ſuis reverentiam Numinis, (quam eis una cum lacte inſtillaverat) continuo inculcaret, hoc unice in votis habens, (uti ſæpe teſtabatur) non ut liberi ſui diteſcerent aut ſpectabiles in hoc mundo evaderent, ſed ut divites eſſent in Deo, ſalutisque aeternæ fierent conſortes. Hermannus ab infantia Deum T. O. M. fidum vitæ ſuæ cuſtodem expertus eſt, ex aquis, in quas ſciente nemine inciderat, à patre, forte fortuna accurrente, non ſine miraculo, extractus.

In pueritia privatim, juxta cum fratre, paedagogum nactus eſt Chriſtophorum *Wittichium* tunc Groningae ſtudiis operam dantem, maxime que à Mareſio commendatum, & deinde Profeſſorem in Academia Lugduno-Batava Celeberrimum: in Scholae trivialis ſuprema claſſe Rectorem invenit Rev. Joachimum Borgeſium, octo-

gena

(b) pridie Kal. Februarias.

genario majorem, qui ei, oratiunculam coram se recitanti, dextra capiti imposita, animo quasi præsago benedixit: atque, illo rude donato, Cl. Upmejerum, à quo, habita in frequenti auditorio oratione, ad Academica subsellia productus est cum elogio insigni, anno aetatis suæ quinto decimo, salutis 1670.

In adolescentia usus est gavisusque præsertim ductu & institutione in lingua Græca, in literis humanioribus, in historiis, & in Philosophia, Viri Cel. Tobiæ Andreæ, Historiarum & Græcæ L. Professoris: posteaquam A. 1672. cum Groninga ab Electore Coloniensi & Episcopo Monasteriensi obsideretur, una cum reliquis Palladis, ac nunc Martis, alumnis, ob defensam fortiter urbem, argenteo numismate, in perpetuam rei memoriam cuso, honestatus esset. Et, cum jam facienda esset Facultatis electio, sive Theologicae sive Juridicae (nam Medicinae studium pater ipse, jam morti proximus, sentiensque se, dum aliis inserviret, semetipsum, facis instar, absumpsisse, filiis dissuaserat) Viri Celeberrimi Maresius & Alingius, à patre, singulari utriusque Amico, dum in vivis esset, consociati, at, eo fatis functo, in apertam distracti inimicitiam, in hoc tamen consentiebant quod uterque matri pro se polliceretur, si quidem filius ejus natu minor Theologiae studio se dederet, se ei vice patris futurum. Sed, quanquam ipse inde à teneris unguiculis se Theologiae destinasset, nihilominus, cum sibi nunc non liceret vel uni eorum adhærere, nisi alterius odium in se provocare, vel utrique, nisi neutrius favorem sibi conciliare vellet, intercedente Amicorum suasu, se Jurisprudentiæ (cui frater jam operam navabat) addixit, præceptore utens Clariss. Gerhardo Feltmanno, seque cum fratre

mutuis assiduisque exercitationibus acuens, quoa
Ao. 1677. juxta cum illo, solemni ritu, in fre
quentissima omnium Ordinum concione, præsen
te Gubernatore Henrico Casimiro, cunctisqu
faventibus & applaudentibus, lauream Doctora
lem retulit, brabeuta Wesselo Bertlingio, cur
attigisset annum 22.

In aetate virili A. C. 1681. cum jam frate
piam vitam beato fine clauserat, cumque Celeb
Feltmannus, utriusque Mystagogus, Auriacum
vocatus, Professionem Juris cum Assessoria d
gnitate commutaverat, oblato Senatui libello
petiit ut nunc, vacante eo munere, munia Pro
fessoris in interpretando jure civili gratias obir
publice privatimque sibi liceret. Quod cum Cu
ratores Academiæ ad arbitrium Professorum Fa
cultatis reliquorum retulissent, hi, ne quid fort
honori suo suave rei decederet, collegiorum ha
bendorum licentiam ad solos Pandect. Titulos d
verborum significatione & de Regulis juris adstrin
xerunt, hoc est, ei civiliter denegarunt, permi
sis ei duntaxat publicis prælectionibus. Quibu
ipse, jam annum agens 27. per integrum bien
nium impigre vacavit, eas identidem inchoans c
ratione prævia, invitatis ad auditionem cunct
Ordinibus, non sine favore & acclamatione uni
versali. Quare exciti Ordines Groningæ sponta
neo motu eum, nihil tale cogitantem, nedum
rogantem, communibus suffragiis designarunt at
que elegerunt Professorem Juris & Græcæ lingua
delegatis Consule, Senatore & Secretario, qu
hanc ei electionem insinuarent, &, quoniam e
sine consensione Ordinum Omlandiæ foret irrit
ei commendarent ut horum quoque gratiam om
ni conatu occuparet. Quos etiam non alienos
se deprehendit, nisi quod unus aut alter ei auctor

esset

ɛſſent ut tinnienti ſollicitatione rem ſuam ageret. Quibus cum non obſecundaret, partim honoris ergo, partim quod eodem tempore Harderovici & Franequeræ ratio ejus haberetur, bonis hiſce ominibus & initiis non reſponderunt eventus & inis. Quapropter ipſe, hac ſpe dejectus, ſcriptione aliqua, Jurisprudentiam concernente, nomen famamque aucupari conſtituens, prælectionibus ſuperſedit.

Interim vero lubido eum inceſſit, alias quoque terrarum oras & urbes viſendi, ſeque exterorum uſu hominum expoliendi. Itaque, profectionem in Hollandiam ingreſſus, eam percurrit ac perluſtravit, hinc Angliam cogitans. Sed, cum aſſiduæ tempeſtates iter illud impedirent, immutato propoſito, Cliviam ſe contulit, &, frequentata illic aliquandiu aula Magni Herois Frederici Guilhelmi Electoris Brandenburgici, inde Noviomagum contendit, ſpectaturus inſtructiſſimum 25000. virorum exercitum, quem Princeps Arauſionenſis illic in campis Moqueranis luſtraturus, & decurſibus ac belli ſimulacris exercitaturus erat, invitato illuc dicto Electore. Quo cum delectatione conſpecto fines Germaniæ peragratus eſt, ac, poſt ſemeſtrem abſentiam, in patriam redux, animum ad *Philoſophiam Juris* (quam meditabatur) perſcribendam appulit. Verum, cum ſpes obtinendæ profeſſionis Groningæ vaſta illa inundatione (quæ Provinciam A. 1686. tam graviter adflixit) abſorpta videretur, ardor ejus in ſcribendo excolendoque ſtudio Juris refrixit. Aſt flagrantia ejus in promovendo Theologiæ ſtudio (quod ſemper cum ſtudio Juris conjunxerat) eo magis accenſa eſt, ſufflante eam ſtudioſa lectione librorum Magni Cocceji, cujus ſolida eruditio, cum infucata pietate, ubique in

ſcriptis ejus pellucente, ſociata, animum ejus mirum in modum afficiebat. Præſertim cum illi Aquilæ, in ſublime nitenti, ipſe ad inſtar Reguli, inſidens, ſubinde magis in altum evolaret, Deo oculos ejus hactenus aperiente ut τὰ βάθη τȣ̃ Θεȣ̃ in S. Scripturis latentia, multisque, cortici literæ duntaxat inhærentibus, non ſatis obſervata, ex ipſis rerum documentis animadverteret. Quo ſibi hoc negotii datum arbitrabatur ut ea, quæ ipſe non perplexe viderat, aliis etiam indicaret ac demonſtraret, quo ea ſecum, antegrediente ac prælucente Spiritu S. ſcrutarentur. Quæ ratio eſt quod *Philoſophia Juris* (quam jam aliquatenus provexerat) mira μεταμορφώσει converteretur in *Demonſtrationem Allegoriæ Hiſtoricæ Veteris & Novi Teſtamenti*, quæ Viris quibusdam Doctis, a quibus ante editionem lecta eſt, haud diſplicuit. Verum importunitas Typographi, efflagitantis, ut Tractatum illum aliquo Επιμετρῳ augeret, in cauſa fuit, ut, cum nihil in promptu haberet, *tres Diſſertationes de Myſterio S. S. Triados* (quam ut Allegoriæ Hiſtoriarum S. trigeminæ fontem conſiderabat) opera ſubitaria adornaret, quibus cogitata ſua de *Revelatione* iſtius Myſterii cum in rerum Natura tum in S. Scriptura facta (quæ hauſerat ex ſcriptis Illuſtriſſ. Mornæi, Celeb. J. Altingii aliorumque, ne nunc antiquiora Weſſeli Ganſefortii Groningani, Lucis Mundi, ut vulgo dicebatur, atque ipſi prorſus ὁμοψήφȣ, ſcripta memorem) patefaciebat: feſtinatione Ejusdem, editionem admodum urgentis, impediente quo minus ea ad coticulam intelligentioris judicii examinare quiret. Quapropter Ao. 1693. Librum illum cum hac Appendice ἀνωνύμως evulgandum duxit, ut aliorum de cogitatis hiſce judicia ex abdito certius tutiusque exciperet, hac ſpe ſe lactan-

foi-

fe ut Lectores ex lege charitatis ipsum rationibus de errore convincerent, vel de veritate suis certiorem facerent suffragiis. Sed immane quantum hæc spes eum fefellit! Cum Liber ille Groningæ esset excusus, Auctor non diu latere potuit. Ubi autem innotuisset, nemo eum erroris redarguere (quod tantopere exoptaverat) dignatus est, nedum tentavit ex errore in viam reducere: Sed omnes confestim, quasi ex compacto, odium in eum acerbum & inexpiabile susceperunt. Unde fœdissima in eum coorta est tempestas, non secus ac si omnia pariter elementa in eum conspirarent: quæ non ante desævire desiit quam ei foris esset interdictum, usque dum, quod in publicum emiserat, publice reclamasset, nec Groningæ tantum, sed etiam, Groningensium rogatu, in Drentia, (ubi ille tunc, velut in Pathmo, commorabatur) quanquam sine ulla aut erroris commonstratione aut demonstratione veritatis. Cujusmodi tantæ tempestatis concitationi parum sane conveniebat cum *sapientia* illa *superne descendente*, *quæ primum est pura*, *deinde pacifica*, *æqua*, *tractabilis*, *sequiosa*, *plena misericordiæ & fructuum bonorum*, *non judicans*, *non simulata*. Sed quid attinet veterem refricare cicatricem! Ipse, hac affectus contumelia, sed a causis secundis ad causam primam fretus assurgere, ut probe sentiebat istud sibi non casu obvenisse, sed Deo sancte justeque permittente, quin favorem hominum in odium convertente, ita certo confidebat eundem illud sapienter benigniterque eo directurum ut sibi esset adjumento in bonum, ut *qui est justus in viis suis*, & *gratiosus erga facturas suas*. Cumque *nil conscire sibi nullaque pallescere culpa* pro *muro aheneo* haberet, dolorem inde haustum abstergere &, quantum pote, sepelire satagens, iter in Brabantiam

 in-

instituit. Ubi per viam a Viris Doctis & de E clesia præclare meritis non modicum levamentu accepit, alio offendiculum, ei imputatum, a nihilante, ipsique dicenti, se, si scivisset scriptu istud tantæ fore offensioni, illud nunquam fui publicaturum, reponente; Illud etiam a se ctum esse, sed sine ulla offensa, ut qui sciret n unam eandemque esse Eruditorum ea de re se tentiam: alio ipsum exemplo Christi & Apost lorum, qui tantam sustinuere persequutionen solante exhortanteque ut ne defetisceret, s operi ad utilitatem Ecclesiæ inchoato strenue g viterque insisteret. Itaque, domum reversus, n hilo segnius indagandis S. Scripturæ mysteriis l borem suum impendit, usque adeo ut ex intenti re meditatione, intercluso spirituum animaliu meatu, perpetuam cephalalgiam conciperet, qu eum coegit Aquisgranum proficisci, ut obstr ctionem, nullis remediis cedentem, aquarum m tallicarum haustu depelleret. Quod ubi ex vo successisset, secessum Drentiæ repetivit. Ubi I lustriss. Cœvardiæ & Drentiæ Satrapa, Baro Pallant, Deusingio, quem pluries Assenum i vitaverat, illic humanissime excepto, odium istu vulgo dictum Theologicum, miratus & detest tus, ipsum iterum ad sacram συνάξιν invitari ac r cipi jussit præsente Synodo, ibi tum temporis co gregata, ac ne vocula quidem obnitente, qu ipsum afficiente omni, quo poterat, honore. I quo, Groningam rediens, à Ministris Eccles Gallicanæ fraternè receptus est, Belgicis antiquu obtinentibus. Qui jam omnes ad plures &, ut sp randum, meliores, abierunt, ipso solo superstit & injuriarum memoria oblivione deleta, cine bus eorum parcente.

Nu

Nunc denique in ætate vergente (ut, cæteris [si]lentio prætermissis, tandem finem faciam) vi[ta]m hanc in cœlibatu transigens, & de mundo [se]curus, otia, quæ ipsi fecit Deus, lectione, [m]editatione, scriptioneque perpetua fallit; se ob[ser]ctans in Deo suo, exspectansque misericor[di]am Domini sui Jesu Christi in vitam æternam.(c)

[S]CRIPTORUM, cum editorum tum ineditorum ELENCHUS.

Edita, in 4to.

1.

DEmonstratio Allegoriæ Historicæ Veteris & Novi Testamenti juncta Revelatione Mysterii S. S. Triados. Quæ ἀνωνύμως in lucem prodiit Groningæ, 1690.

2. Herm.

(c) Hæc ad me scripsit, misitque Vir optimus V. Kal. Jan. hujus anni 1722. Aliquot elapsis [die]bus veniunt ad me literae, nuntiantes DEU[SI]NGIUM post octo circiter dierum morbum, qui [ic]tus invaserat, die III. hujus mensis Januarii, [æt]atis anno LXVIII. vitam hanc miseram cum [me]liori commutasse. Vix itaque hunc vitae suae [cur]riculum conscripsit, quin ab eo tempore fatali [lec]to affixus, mori paulatim cœperit. Adjiciam [lit]eras, quibus hanc vitae suae descriptionem comi[tat]us est, omnium forte, quas scripsit, postre[ma]s, non tamen ingratas tibi, B. L. futuras, [qu]od, quae vera ejus de Allegoriarum Biblicarum [stu]dio sententia fuerit, morientis quasi manu ex[pre]ssum ibi deprehendis. Et, si cui forte videbitur [in] studiorum genere modum transiisse, id tamen [fat]ebuntur omnes tantam in eo fuisse ἐν ταῖς γρα-

φαῖς

2. Herm. Deusingii Verdediginge syner Regtz nigheid. t'Amsterdam 1692.
3. Commentarius Mysticus in Decalogum, &] plicatio Mystica tum Historiæ de Muliere I morroïssa & Filia Jairi, tum Parabolæ de E lone divite & Lazaro mendico, Leovardiæ, 1700.
4. Demonstratio Allegoriæ Historicæ ... Hun rorum flagitatu iterum edita, addito nomir auctaque Testimoniis Theologorum præcell tium, quorum de SS. Triade judicium confe cum sententia Auctoris. Item H. D. Verdedig ge syner Rechtzinnigheid beneffens eene K te Verantwoordinge, bevorens gedrukt A. 16 Franequeræ. 1701.
5. Allegoria Historiarum Evangelicarum Proph ca, comprehendens 1. Rerum gestarum & Miraculorum evoluta ex litera mysteria Pars Embdæ, 1710.
6. Moses Evangelizans, seu Explicatio Allegc co-Prophetica Historiarum Mosaicarum comp rium atque insignium. Trajecti ad Rhen 1719. Vide librum hunc recensitum Cl. II.f IV.

In hac Bibliotheca invenies ejus cogitationes Ps. XIX. T. II. p. 773. Ps. LXVIII; T. I. fa II. p. 1. Ps. XC. & XCI. fasc. III. p. 769. 849. Ut & Diss. in locum Joh. V: 28. T. I. 804. & de numero Apocalyptico, 666. T. I. 555.

Ἀνέκδοτα.

1. Mysterium Ἐξαημέρȣ Creationis.

2. All

φαις δύναμιν, quanta in sui ordinis Viris nunquai in Theologis inventa est rarissime. Et, si omn ejus cogitationes utroque probare pollice non p tes, occasionem tamen iis tibi praeberi de mul accuratius elegantiusque meditandi, id quoque r que negari potest, neque diffitendum est. T. d. .

Allegoria Historiæ Πρωτοπλάστων καὶ Πρωτογόνων seu Adami & Adamitarum.

Allegoria Κατακλύσμου καὶ Παλιγγενεσίας κόσμου, seu Noachi & Noachidarum.

Mysteria Legum aliquot Mosaicarum. Accedit investigatio veri ac genuini sensus verborum percelebrium Deut. 6: 4. ejusque ex locis parallelis Gen. 3: 22. Zach. 14: 9. Mal. 2: 10-15. Rom. 3: 29. 30. 1. Cor. 8: 4-6. 1. Tim. 2: 4. 5. nec non ex Gal. 3: 19. 20. Matth. 19: 17. Marc. 12: 28-34. & Jacob. 2: 19. breviter explicitis, illustratio.

Observationes Theologicæ, complexæ tum Explicationes Novas locorum quorundam insignium Veteris Testamenti (quibus inserta est Explicatio Prophetica Capitis 49: v. 1. 27. Geneseos, & Cantici Hannæ) tum Explicationes Allegoricas Historiarum complurium ex libris Judicum, Samuelis, Regum & Chronicorum.

Observationes Theologicæ, complexæ tum Explicationes Novas locorum aliquot insignium ex Evangeliis & Apostolorum Actis, tum Explicationes Mysticas & Allegoricas sectionum aliquot & historiarum ex eisdem Libris.

Observationes Theologicæ, complexæ tum Explicationes Novas locorum aliquot insignium ex Epistolis Pauli, tum Explicationes Propheticas capitum aliquot ex eisdem Epistolis.

Observationes Theologicæ, complexæ Explicationes Novas locorum quorundam insignium ex Epistolis Jacobi, Petri, Johannis, Judæ & Apocalypsi.

Mysteria Librorum Ruth, Esther & Jonæ revelata.

Psalmorum aliquot illustrium Exegesis Prophetica. Item specimen Novæ ac genuinæ Psalmorum Exegeseos, in quo Psalmorum Decas (horum videlicet II. XVI. XXIV. XXVII. XXXIV.

XXXIV. XXXVII. XLV. LI. LXVIII. LXXI[?] prophetice nexaque serie exponitur.

11. Tentamen Explicationis Mystico-Propheti[c] totius Ecclesiastis.

12. Allegoria Historiarum Evangelicarum Pr[o]phetica Pars II.

13. Commentarius Mystico-Propheticus in omn[es] Christi Parabolas, nec non in Parabolam Jo[t]hami, cum Allegoria Gideonis & Abimelec[h] II. Vol.

14. Commentarius Mystico-Propheticus in omn[ia] Christi Miracula.

15. Tetras Dissertationum Mysticarum, de Bapti[s]mo, de S. Cœna, de Disciplina Ecclesiastic[a] & de Oratione Dominica.

16 Ἀσυνωνυμία Novi Testamenti, qua demonstr[a]tur nullas dari in Novo Testamento Synon[y]mias, vera verborum, nominum, adverbiorum omnium, quin & integrarum dictionum, qu[ae] primo obtutu ἰσοδύναμα videntur, investiga[ta] differentia.

17. Quæstionum aliquot Theologicarum rarioru[m] Solutio.

18. Responsa ad Quæstiones Amici Epistolares.

19. Prima Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis, al[le]gorice explicita.

20. Allegoria Passionis Jesu.

21. Tomi aliquot Miscellaneorum.

22. Anatomia Capitis Humani Mystica.

Literae, quibus hanc vitae suae, scriptorumque de[]lineationem pauculis ante beatam ἀνάλυσιν diebus c[o]mitari voluit, hae sunt.

ECce Tibi, Vir Inclyte, una cum Scriptoru[m] meorum Catalogo vitae meae curriculum sed paulo prolixius quam aut Tu forte requires aut ego destinaveram. In quo, quod memoriam patris matrisque aliquo ornem honore, & de m[e] ipſ[o]

ipo forte lautius, quam par est, loquar, pieta-
ti spero, dabis & necessitati, quæ sicut effece-
rit, ut pia piissimorum parentum recordatione
q.si gloriarer, ita me coëgerunt ut præjudicatas
qorundam de me opiniones hoc umbone amo-
lir. Exemplum *Mosis mei Evangelizantis* quam-
pnum ad te expediam. Quamquam præsentis-
a illum palato tuo parum satisfacturum, tum
qa meras continet allegorias, tum quia (quod
ienue fateor) illæ omnes non æque firmo stant
ta; cum in tanta circumstantiarum varietate
nunnunquam conjecturis & hariolationibus uten-
dn mihi fuerit. Quod non refugi, conscius,
qntam mihi sæpius aliorum conjecturæ, etiam
mius probabiles, ansam dederint & occasionem
rius aliquid excogitandi, nec ignorans, quanto
a ad veram Spiritus S. mentem investigandam
sidio sit opera Marlorati, Poli, aliorum qui
derſas Interpretum S. Scripturæ collegerunt
sentias; quarum tamen, cum una tantum
pit esse vera, reliquæ non aliud sint oportet
qm conjecturæ. Quæ si in literali & paten-
te sensu utiles esse possunt, in mystico certe,
si litera latente, & tam alte subinde recondito,
n sunt improbandæ; hoc præsertim tempore,
q *ex parte* tantum *cognoscimus*, & *extremas*
sammodo *viarum Dei oras* cernimus. Quem-
anodum enim, si in explicatione literæ nihil
liiſſet in publicum proferre nisi quod certum
ae indubitatum est, omnibus nunc in S. Scrip-
tum Commentariis careremus, quando nullus
fe scripturæ locus est, in cujus interpretatione
n diffideant Interpretes; ita si indagando my-
so nihil tentare aut periclitari liceret, *thesauri
illi omnes*, *in mysterio Patris & Christi*, h. e.
in scripturis V. & N. Testamenti, *absconditi*,
nun-

nunquam fierent *manifesti*, contra promissi Servatoris Marc. IV: 22. Sed hac de re (ad Mosen meum Evang. excusandum putavi) in præfatione d. Libri plenius disserui. Cæterum quid si nulla omnino mysticarum expositionu tanquam commentitiarum & inanium, habei est ratio? uti multis Viris, eruditione cæte quin & judicio pollentibus, stat sententia: H si verum esset, ego essem commiseratione dign eo quod improbus labor meus cecidisset & ca rus esset in irritum; quod non sperem: Q propter, Venerande Vir, non indigne, ut c nor, feres, si, Te Arbitro, patrocinium (qu istiusmodi Expositionibus S. Scripturæ debe obiter suscipiam adversus Virorum illorum p judicia. Facile enim Tibi fidem habeo scribe Viros aliquos *acris judicii & insignis eruditio qui mysticis illis meditationibus non magnopere lectantur; Tibi auctores fuisse ut tales parcissi in Bibliotheca apparere faceres*, nec mirum n illud accidit; Naturæ quippe consentaneum quod illi, qui aliam Phyllida, Literam vide cet, &, quæ circa eam versantur, Criticen Philologiam, unice depereunt, Virginem ha peregrinam, Allegoriam, quæ tot seculis in o scuro latuit, ut incognitam, nec adamatam, l non dignentur adspectu, nedum amicitia. S alia quoque ratio est quæ fastidium ejus, pro modum universale, movit. Hæc videlicet, qu ipsi Reformatores, v. gr. Lutherus & Calvinu turpem Pontificiorum in cudendis ineptissimis legoriis licentiam abominati, recta in contrari iverunt, ipsum earum usum, juxta cum abusu proscribentes, quin eas insectantes, tanquam *lusiones Diabolicas*. Quid mirum, quod Refo matorum plerique horum vestigia prementes, atq

eti

iam Viri profunde docti & judicio alioqui subtiſſimo præditi eorundem auctoritate commoti ravi præjudicatione adverſus myſticas meditatioes fuerint imbuti? Neque id factum reor absque rovidentia Dei. Quia tunc non erat tempus in abta Scripturæ myſteria inquirendi, ſed his tantisper miſſis, apertos veritatis hoſtes, ſive illi eſſent Ponficii, ſive homines novis ſectis addicti, argumen- s evidentibus, & ex ipſa litera petitis, debellan- & ad ἐχεμυθίαν adigendi. Nunc autem, confutis abundanter erroribus, & aſſerta ſatis atque in to collocata veritate, opportunum eſt ſapientiam ei, in myſterio occultam, ex occulto in lucem oferre. Quapropter etiam Deus viros, non mius doctos & ſolertes, excitare incipit, & deinceps rto plures excitabit, qui omni nervorum contenone huic rei operam navent, præſtentque nunc, npletis plerisque prophetiis, quod olim eis adhuc aximam partem obſignatis, præſtare non potue- patres. Qui omnes propemodum animadvertent quidem reconditum eſſe ſub hiſtoriarum S. era myſterium, ſed, tot ſeculorum experientia, ia nos gaudemus, deſtituti, poſthabita fere alleoriæ œconomica (quæ ſola cunctis hiſtoriarum circumſtantiis apta nata eſt reſpondere) in mora- (quæ eis ſatisfacere non poteſt) ſubſtiterunt & anuerunt. Me quod attinet, ſi mihi, absque ſpicione αὐθαδείας verum licet fateri, opinor eum T.O.M. me, non abs ratione, tum mim in modum à ſtudio Juris, cum jam in eo eram, fructus ejus meterem, avulſiſſe, a ſpe honom, quorum ſatis ampla mihi porta patebat, deciſſe, ab uxore, contra inclinationem & inſtinım naturalem, prohibuiſſe, &, indito mihi tum denti myſteriorum ejus inveſtigandorum ſtudio, c mihi otia feciſſe: Sed eum in finem ut alios

Nnn quoque

quoque magis aptos instructosque, ad idem studium accenderem. Quemadmodum ipse etiam, me forte incentore, nunc plures me longe doctiores & perspicaciores (quod semper futurum præsagivi) eodem trahit. Quod si viris illis, acerrimi licet judicii & summæ eruditionis, vel pars eorum, quæ mihi, per gratiam Dei, in allegoricis videre datum est, (quanquam ea in minimis consistant) innotuisset, non dubito quin ingenue mecum profiterentur historias tam Novi, quam Veteris Testamenti non tantum esse præteritorum relationes, sed simul etiam futurorum prophetias. Quod ad gloriam Dei & verbi ejus (de quo nihil augustum nimis cogitari potest) ingens addit momentum, cum eo nihil decedat literæ, sed huic è contrario indubitatæ divinitatis character accedat; quandoquidem præterita referre etiam in homines cadit, sed eadem opera de futuris vaticinari hæc divina duntaxat est ὑπεροχή. Quin certus sum eos, si hoc considerarent, non dedignaturos mysticis istiusmodi meditationibus mecum vacare, aut saltem non indignaturos eas à me aut ab aliis, etsi non ubique rem acu tetigerimus, in medium adferri, insuper habito omni τῶν ἐμπαικτῶν *ludibrio*, quibus has objectas esse scribis. Hos Apostoli *extremis hisce diebus* prædixere *venturos*, *ac prophetias de adventu Christi* in regnum suum (quibus etiam accensendæ sunt historiarum S. allegoriæ) *suis impetituros irrisionibus*, *eo quod*, nec ad signa temporum, quæ in prophetiis exstant, nec ad vias, quas Deus in mundo emensus est, attendentes, *opinaturi sint omnia eodem loco permansisse*. 2. Petr. 3: 3. 4. Jud. v. 18. Cujus prædictionis *memores nos esse* jubent, non ut irrisionum istarum formidine de illo Christi adventu sileamus, sed ut, spretis illis, nihilo segnius *adventum illum*
exspe

exspectemus & ad eum properemus. 2. Petr. 3: 12. Quomodo Apostolus Paulus, nullo irrisorum istiusmodi metu commotus, non tantum *resurrectionem* mortuorum libere prædicavit inter gentes. Act. 17: 32. Sed etiam inter Judæos *conjugium Abrahami cum Hagare & Sara figuram rei majoris continere* fidenter docuit, dicens, ἅτινα ἐςιν ἀλληγορούμενα. Gal. 4: 24. Quod sane, si aliud quidquam, in ludibrium vertissent Judæi, nisi *apud illos confessum fuisset in historiis illis, præter sensum historicum, alium eminentiorem occultari*, uti recte Grotius. Quod & ipse Apostolus satis indicat, cum ibidem v. 22. præmittit: *Qui sub lege vultis esse non auditis legem?* h. e. non intelligitis sensum historiarum Mosaicarum mysticum, significans eos, qui allegorias legis, h. e. historiarum Mosaicarum, non audirent, h. e. non intelligerent, non intelligere legem. Quapropter Huetius Dem. Evang. Prop. 9. cap. 171. §. 7. ostendens, *quantopere in allegoriis eruendis laborarint Judæi veteres, inter alia adfirmat. Jam olim scitum fuisse inter ipsos omni Scripturæ sensum inesse utrumque* פשוט עם אגדה *simplicem cum occulto, unde dicti sint Agidici.* Sicut & Cunæus de Rep. Hebr. L. 3: c. 8. allegat *vetus* hoc Judæorum dictum, *nunquam Scriptura est absque sensu simplici, sed habet pariter ut mysticum ita & simplicem: his duobus non est ut careat.* Quibus ipse ibidem adstipulatur. At ludibrii istius hæc justa videtur ratio, quam allegas, *quod planissimæ, quæ in sacro Codice leguntur, narrationes in sensum allegoricum & peregrinum detorqueantur.* Si hoc de literæ in allegoriam conversione intelligas, justissima hæc causa foret, non ludibrii tantum, sed etiam summæ indignationis; quoniam talis conversio esset nefaria atque sacrilega. Sed, si loquare de studio allegoriam, sub litera occultam,

hac substrata & salva, eruendi, in eo nullum erit a detorsione periculum, si in explicatione allegorica illæ observentur regulæ, ad quas ego in mea Demonstr. Alleg. §. 15. eam dudum adstrinxi. Ubi ad hanc ipsam objectionem de ludibrio irrisorum, deque detorsione literæ, abunde respondi, atque inter dictas regulas secundo loco hanc constitui, *ut historiæ περιστάσεις peræque omnes ad allegoriam applicari queant, sine obtorsione aut violentia.* Quas regulas Cel. Waeyenus in Variis sacris suis allegare, & commendare, non sine elogio, dignatus est. Demiror autem, Vir Celeberrime, quod scribas, *Te nihil facilius esse putare quam talia producere illi, qui aliqua pollet ingenii atque imaginationis facultate*, cum ego censeam non minori opera ex profundo illo literæ puteo verum mysterium, nullius sæpe aut exigui ἀντλήματος ope, exhauriri, quam ex fodinis aurum effoditur. Quanquam enim non sit adeo difficile historias S. per promiscuam *accommodationem*, ad spiritualia quævis applicare, & quidlibet & quolibet trahere, longa tamen experientia magistra didici nihil esse difficilius quam, secundum leges a me præscriptas, mysticum historiarum S. intellectum, qui cum omnibus circumstantiis consentiat, & vim ac virtutem singulorum verborum expleat, quærere & invenire, ac, si fieri possit, clave, in ipsa scriptura alicubi reperta, claustrum literæ recludere, si minus, omnes saltem verborum omnium translationes ex analogia Scripturæ illustrare. Atque eam difficultatem indagandi S. annalium allegorias, junctam cum ingenti illa meditationum contentione, ad hoc necessaria, in causa esse arbitror, quod plerique non tantum allegoriarum quæsitionem, sed ipsam quoque earum lectionem (nam & hæc non modicam attentionem requirit) defugiant, quin oculos,
præ-

præjudicatione præſtrictos, claudant, ne quid myſteriorum illorum videant. Ignoſce mihi, Vir Amiciſſime, quod tam libere apud Te, id quod ſentio, ſine ulla diſſimulatione, depromam; quoniam, ſi illud diſſimularem, conſcientiæ meæ, de re ipſa plene perſuaſæ, vim facerem; *& quæ ſequuntur.*

VII.

Relatio de diſputatione Miniſterii Goslarienſis cum *Chriſtophoro OSTORODO* & ejus matre, e codice MS. emendata a C. A. HEUMANNO.

HAbent ſua ἅπαξ λεγόμενα grammatici: habent & hiſtorici ſua ἅπαξ γραφόμενα, quæ non debent pro fabulis rejici, niſi aliis de cauſis ſuſpecta ſit narrantis fides, vel narratio ipſa unum alterumque contineat falſi indicium. Inter illa ἅπαξ γραφόμενα referenda eſt relatio *Joannis Lezneri* de *Oſtorodo*, Sociniano notiſſimo, quam a B. *Dransfeldio*, meo in præfectura Gymnaſii Gottingenſis anteceſſore, ſecum ex autographo communicatam primus publicavit inſertam *Antiquitatibus* ſuis *Goslarienſibus*, A. 1707. editis, *Jo. Michaël Heineccius*, Theologiæ Doctor celeberrimus & longo jam tempore Antiſtes Haleuſis. Fuit quidem, qui narrationem iſtam rejiceret tanquam ſcriptum ſubdititium: ſed Heineccius temerarii illius judicis objectiunculas erudite & abunde confutavit Operis modo laudati libro ſexto p. 519. ſq. De *Lezneri* quidem ſumma fide ac diligentia in deſcribendis antiquitatibus Saxoniæ

 in-

inferioris nemo dubitat, nisi qui plane non novit *Leznerum*: cujus memoriam non ita pridem honorifice renovavit Venerabilis Abbas *Fabricius* in Tomo III. *Historiæ Bibliothecæ suæ* p. 43. sq. & ante eum Cl. Vir, Joach. Meierus, J.V.D. & Gymn. Gotting. Prof. in Præfatione ad *Antiquitates Plessenses* A. 1713. editas. Ego quidem, qui MS. relationem, & vidi, & accuratissime describendam curavi, nullus dubito, (nec *Dransfeldius*, idoneus, si quisquam, hujus rei arbiter, dubitavit,) quin ea sit ipsius Lezneri manu perscripta, adeoque hoc sit αὐτόγραφον ejus. Cæterum cum animadverterem, Apographum illud, quo *Heineccio* uti licuit, non fuisse omni ex parte accurate confectum, de historiæ ecclesiasticæ cultoribus non male meriturum me confisus sum, si ex editione Heinecciana omnes tollerem mendas, interdum satis graves. Itaque Heineccianam editionem cum autographo diligentissime comparavi, effecique, ut ubique jam verus incorruptusque *Leznerus* cum posteritate loquatur. Illud vero etiam scire volo lectores meos, non studuisse me facta collatione emendare scriptum Ministerii Goslariensis anti-Socinianum, quod ex eodem codice MS. exhibuit *Heineccius* p. 529.--539. Nam dogmatico hoc scripto facile carere poteramus, habentes & ampliora & meliora; historico illo non item. Denique ipsi *Heineccio*, quem virum ob eximia in rem literariam merita jamdudum colo majorem in modum, ac Theologis πολυμαθεστάτοις nostri ævi summo suo merito adjungo, me gratum fecisse spero, qui monumentum rarissimæ notæ, ab ipso primo in lucem editum, suæ sanitati & integritati restituerim fideliter. Tandem docendi sunt lectores, Leznerianum illud auto

…tographum esse nunc in manu filii B. *Drans-…dii* Gottingæ, præmissum *tertiæ Parti Chro-…i MS. Lezneriani Brunsvico-Luneburgensis*, …od ipsum Chronicon intra breve tempus typis …scriptum iri, non ita pridem spes facta fuit a …nnemine.

En igitur emendationes ad Heineccium:

… 522. Omissum hic est Lezneri Exordium ita …fluens: *Droben ist unterschiedliche mahl Herrn Hen-…inges Osterodes gedacht, dass er zu Goslar, erst-…ich in der Markt-Kirche, darnach zu St. Stephan, …las Wort Gottes rein und klar gelehret, und end-…ich unvermöglich und alt worden, auch daselbst …verstorben. Weil aber er mit seinem Weibe zweene …Söhne erzeuget, und dieselbige in Polen kommen, …und nicht allein einen fast wunderbahrlichen Glau-…ben angenommen, sondern sich auch anderweit tauf-…fen lassen, auch noch über das wieder gen Gosslar* …A. C. 1586, *kommen, und daselbst ihre Mutter …auch in denselbigen Schwarm bracht, daher dann …zu Gosslar die Prediger nicht geringe Mühe und …Arbeit gehabt, in Meinung, sie wiederum zum …rechten seligmachenden Erkäntniss zu bringen: Ha-…ben aber eitele vergebliche Mühe und Arbeit ange-…wandt. Dieweil aber über dem, fast seltsame und …überaus wunderbarliche Reden fürgefallen, habe ich …für nöthig erachtet, die gantze* Tractation, *und …was in denen gehaltenen* Colloquiis *fürgefallen, um …der Nachkommen willen zu beschreiben. Und als …die Prediger &c.*

… ead. lin. 6. *geruhmet.* MS. *geraunet. Est vox …obsoleta, Lutheri tamen ætate adhuc publici usus, …quippe qui ea usus est in interpretatione Psalmi qua-…dragesimi primi, octavo commate sic fluente: Alle, …die mich hassen, raunen mit einander wieder mich, …&c.* Sæpius etiam in *Arndii wahrem Christen-…thum Lib. III. cap.* 15. usurpatur vox *einraunen*, …hoc est, *insusurrare, suggerere.*

… lin 7. A. 1585. MS. A. 1586.

P. 523. col. b, lin. 5. *der Gottheit.* MS. *Der G heit Christi.*

-- lin. 14. *es hielten.* In MS. desunt duo hæc v ba.

-- lin. 35. *gemacht.* Adde ex MS. *wird auch n ihm keiner gemachet.*

P. 525. col. b, lin. 2. *vergnügent.* MS. *vermög* (id est, *reich.*)

-- lin. 7. *und das halten wir, wie die Einsetz Christi.* MS. *Und das halten wir die Einsetz Christi.*

P. 526. omissa sunt hæc Lezneri post; *in Ewigkeit, Amen!* & ante: *Dieweil die Her Prediger &c.* Hæc, inquam, interferenda ex MS. *Nach diesem hat man im selben Jahre ersten Sontages nach* Trinitatis, *war der* 7. Jun *mit obgedachten Cristophers Osteroders Mutter, auch in obgedachten Schwarm gerathen und k men war, das andere* Colloquium *gehalten.* *solches ist mit folgenden Worten angefangen.*

P. 526. col. 1. lin. 43. *sie hatte sich nicht verf ren lassen.* In MS. errore haud dubio omiss est τὸ *nicht.*

Pag. ead. col. 2. lin. 44. *Es stunde nicht in Schrifft.* MS. *es stünde in der Schrifft.*

P. 527. col. 1. lin. 3. *allezeit.* MS. *albereit.*

-- -- lin. 11, *mein Blut.* Hic adde ex MS. R *Mercket, wie Christus redet:* Nehmet, esset. *D nach sprach er:* Das ist mein Leib, *der morg für euch gegeben wird. Dann wie solte er ih seinen Leib geben, mit welchem er bey ihnen sa wie konten seine Jünger davon etwas nehmen essen? Und also berichtete sie auch von seinem ligen Blute. Darauff antworteten ihr die* Præ canten: *Da stünden die klaren Worte Chri* Nehmet hin und esset, das ist mein Leib, n met hin und trincket, das ist mein Blut. Re *Ich will euch sagen, &c,*

I

ead. col. 1. lin. 23. *Gott anruffe.* MS. *Christum anruffe.*

ol. 2. lin. 8. *wieder seinen Anhang.* MS. *wieder* ...rium *und seinen Anhang.*

28. col. 1. lin. 24. *nach dem Geist.* Hæc tria ...rba omissa sunt in MS.

lin. 55. *fürgegeben.* MS. *fürgeschrieben.*

ol. 2. lin. 37. *ein Brodt geniessen, oder Glieder* ... *Leibe Christi seyn.* MS. *ein Brot. oder Glieder &c.*

29 col. 1. lin. 7. *Gottes-Kirchen.* MS. *Götzen-Kirchen.*

lin. 38. *wir Menschen.* MS. *wie Menschen.*

lin. 47. *erst lernen.* MS. *erst lehren.*

lin. 48. *gelehrt.* MS. *gelernet.*

lin. 59. *euer Hertz.* MS. *eure Hertzen.*

26. (NB. Hic errore typothetæ iterum exhi...ur numerus p. 526. 527. 528. 529.) lin. 9. ... *es freuen sich auch alle uber eure Tugend, wel-* ... *seyn in Christi Glauben, Hofnung, Liebe, Be-* ...*ndigkeit für allen Heiligen. Dass auch Gott &c.* ...pravatissima est hæc scriptura, ita corrigenda ... MS. *Ja es freuen sich auch uber alle eure Tu-* ...*den, welche seyn in Christo, Glauben, Hoff-* ...*ng, Liebe, Beständigkeit, Demuth, alle Heili-* ... *Christi, dass auch Gott &c.*

...n. 18. *wohnet und.* MS. *wohnend.*

...n. 20. *wieder.* MS. *wird.*

... 21. *gerichtet.* MS. hanc vocem non habet.

... 22. *niederschlagen.* MS. *wieder schlagen.*

...n. 30. *dass wir auch.* MS. *dessen wir auch.*

27. lin. 12. Domaredein. MS. Domaredzin.

...n. 29. Venerabilis. MS. Venerabiles.

...n. 31. Ostorodus. MS. Ostorodius.

...n. 32. narrabant. MS. narrarunt.

...n. 36. asserat. MS. asseveret.

...n. 45. infantium baptismum minime probet. MS. infantium baptismum nec Christi nec Apostolorum institutum esse dicat, eumque

ut verum baptismum minime probet.

-- lin. 47. & inconſultis. MS. aut inconſultis.

-- lin. 48. MS. veriſimile.

P. 528. lin. 1. cui. MS. cuiquam.

-- lin. 4. multis hæreticis. MS. nullis hæreticis.

-- lin. 6 vobiscum. MS. nobiscum.

-- lin. 7. univerſi. MS. univerſo.

-- lin. 11 publicum religionis. MS. publicumq ſuæ religionis.

-- lin. 21. dubito. MS. dubio.

-- lin. 29. ipſe. MS. ipſeque.

-- lin. 29. Chriſti. MS. Chriſto.

-- -- 13. Sept. MS. 23. Sept.

-- lin. 34. Cræovienſis. MS. Cracovienſis.

-- -- Orgénte. MS. Orgentle.

-- lin. 36. MS. Johannes Laurentius Katzenve lin a Biberſtein. (*Heineccius ex una perſona ... cit duas.*)

QUAESTIO.

Quid צִיפּוֹר & דְּרוֹר *ſignificent* Pſ. LXXXIV:

[illegible]ntinuatio aliquot Librorum, qui venales proſtant apud S. Schoonwald.

Ipſius & alii de Cruce 12. Antv. 1670 2 voll.
Loeſcheri Prænotiones Theologicæ Contra-
[illegible]turaliſtarum & Fanaticorum 4 Wittenb. 1708.
— —— —— Idem 8. ibid. 1713.
— Theologia Thetica 8. ib: 1701.
— Obſervationum ſelectar. Faſc: 1. 8. Lipſ.
[illegible]ii Syntagma ſacrum de Re Militari & diſſ: de
[illegible]iramento cum notis. ſ. v. Til. 4 Dordr. 1698.
—Antiſtii Conſtantis de Jure Eccleſiaſticorum
Alethopoli 1665.
[illegible]emonides de Sacrificiis, de Conſecratione Ca-
[illegible]ndarum, de Ratione intercalandi, & Abarba-
[illegible]el in Leviticum Hebr. Lat: c. notis l. de C. de
[illegible]eil 4. Lond. 1683.
[illegible]i Synopſis Theologiæ Judaicæ, veteris & no-
[illegible]e 4. Giſſæ 1698.
— Oeconomia Judiciorum Divinorum ſub.
[illegible]. Teſtamento 4. Ffti 1717.
— Theologia Jeſaiana 4. ibid.
— —— Pura & Sincera M. Lutheri 4 ibid.
— Hiſtoria Reformationis & ſupplementa ad
[illegible]heologiam Lutheri 4 ib: 1710.
[illegible]lorati Theſaurus S. Scripturæ fol. Gen. 1624.
[illegible]ſtaller Rhetorica Concionatoria 8. 1711.
[illegible]ene Collectio vet. ſcriptorum &c: 4. Rotho-
[illegible]agi 1702.
— Tract. de Antiqua Eccleſiæ Diſciplina 4.
[illegible]igd. 1706.
[illegible]rigt Gangræna ſeu Theologia Carteſiana 4.
[illegible]nſterd:
[illegible]er J. F., de Pontificis Romani Electione 4
[illegible]olmiæ 1691.
— De Oſculo pedum Pontificis Rom. 4. Lipſ.
— Diſſertationes ſelectæ. 8 Ffti: 1691.

Hiſto-

—— Historia versionis Germanicæ Bibli
4 Hamb.
—— De Fide Baronii & Bellarmini 8 Amst. 16
Meibomii decem Psalmi Davidis, & aliquot
tegra Capita Vet. Test. prisco Hebræo metro
stituta etc: fol. Amst: 1698.
Meisnerus de Apparitionibus Dæmonum 4 Li
Melchioris opera omnia Theolog. exegetica,
dactica, polemica 4 Franeq: 1706. 2 voll.
Mittelholtzeri Florilegium Anglicanum sive c
ciones miscellanearum Centuria per deca
divisa 4. Genev. 1685.
Molinæi Vates, seu de Præcognit. futurorum
Bonis Malisque Prophetis 8. Lugd-B: 1640
—— De Cognitione Dei 24 Hagæ 1631.
Momma Medit. in Catechesin Heidelb: 8 Lu
Moncæji Aaron purgatus, sive de Vitulo Au
Lib. duo 8 Ffti. 1675.
Montanus de Esu Carnium & Quadragesima P
tificior. 24 Amst.
—— Forbesius Contractus 8 Amst: 1663.
Montgallii Epistolae Anti-Fabricianæ 8 1713.
Montifontani Sol in Mundo, in Sole Mundu
Morini Explanationes in V. & N. Test. loc
Lugd. 1698.
—— De Primæva Lingua ejusque appendic
4. Ultraj. 1694.
Mol Vindiciae Doctrinae Christ. de Gratia & P
destinatione 8 Norimb. 1702.
Motus Britanicus 8 Rott. 1647.
Nemethi Explicatio Prophetiae Zachariae 4. 1
—— in Epistol. Pauli ad Hebraeos 4 Fra
Nethemius de Transsubstantiatione 12 Amst: 1
Nicolaus de Synedrio Ægyptiorum 8 Lugd. 1
Nierembergii Homiliæ & Erotemata fol. 16

Hujusmodi Librorum proxima occasione plur

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis Quintæ

FASCICULUS SEXTUS.

AMSTELODAMI,

apud SAMUELEM SCHOONWALD,

M. DCC. XXII.

VIRO

Celeberrimo ampliſſimoque

ADAMO MENSONI ISINGIO

Hiſtoriarum & literarum, quæ ab humanitate nomen ſortitae ſunt, in perincluta Groningenſium Academia Profeſſori digniſſimo, meritiſſimoque,

Viro candore animi, promtitudine officiorum, eruditionis variae copia politiſſimo, atque ſpectatiſſimo

Hun

Hunc

BIBLIOTHECÆ

Hujus

FASCICULUM,

Cultus mei, atque addictiſſimæ voluntatis documentum exhibeo,

umque, ut ex locuplete ſcriptorum ἀνεκδότων, quod poſſidet, promptuario in meos, quin publicos uſus, quam plurima mihi impertiri porro velit,

on oro ſolum, ſed & pro ſuaviſſimæ, quae inter nos intercedit, amicitiae jure flagito ac contendo

EDITOR.

En tibi in hac συλλογῆ

A & Ω.

I.

Yvonis GAUKES (a)

Dissertatio Physica de HERODE a *vermibus exeso* more Mathematico elaborata.

SUMMARIUM.

(1.) Principia habentur, e quibus deducitur. (2.) Vermes e muscarum ovis provenire, (3) non e putredine, qua putredine, nec e quadam particularum dispositione nasci. (4) Muscarum ova sunt vel majora, vel minora, vel minima, quorum illa vermes majores, ista minores, & hæc

(a) Opuscula a Cl. Auctore edita hæc sunt:
Praxis Medico-Chirurgica rationalis seu Observationes Medico-Chirurgicæ ratiociniis Philosophicis illustratæ. *Groningæ* 1700. 4.
Genees en Heelkonstige Redenvoeringe van de Spaanse pokken, en derzelver onderhoorige ziekten,

minima edunt. (5) Ubi ova per os in fistulam intestinalem venerint, majora in ea manent dum minora & minima per galaxiam in sanguinem vehuntur, (6) minimis etiam cum aere per poros vasorum pulmonis sanguiferorum in sanguinem penetrantibus. (7) Ova minora minimaque per universum corpus feruntur, (8) in quo alibi situm quietum nanciscuntur. (9) Vermes ex ovis excluduntur calore iis excludendis proportionato, (10) nec in ventriculo a fermento acri, nec in ventriculis cordis a calore corruptis. (11) Vermes exclusi omnes universi corporis partes, in quibus degunt, exedunt, (12) unde in iis abscessus & ulcera fiunt, (13) ingenti dolore sequente. (14) Ex abscessuum ulcerumque materia purulenta doloreque ingenti febri mag

ten, waarin de schryver haar alle kortelik uit d oorzaaken afleid; en bekend maakt, hoe de gene singe enz. volbragt word. Te *Amsterdam* 1703.

3. Genees-en Heelkonstige Redenvoeringe van d Scheurbok, waarin de schryver van vooren b toogt, en van achteren bevestigt, dat deze sie te niet uit een zuur, taai en dik bloed, ma uit een te vlug Alkalis en te dun bloed voor komt, en voornamentlick door zuure genee middelen ras geneesen word. t'*Utrecht* 1705. in
4. Wysgierige en Geneeskundige Redenvoerin over de buitengewoone, zo genaamde slaapzie te te Stolwyk voorgevallen. Te Embden 1707.
5. Praxis Chirurgico-Medica, Experimentis pr priis, iisque infinitis viginti sex annorum spati & quod excurrit, magno negotio collecta. *Am stelædami* 1708. 7.
6. Dissertatio de Medicina ad certitudinem Ma thematicam evehenda; continent certa hujus art principia, & quomodo ex iis omnia Mechanic & Methodo Mathematica demonstrari possi *Amsteled.* 1712. 8.

7. Ani

magna naſcitur, (15) & a febre magna mors proficiſcitur. (16) Morbus Herodis fuit vermicularis, non pedicularis, (17) quem angelus bonus in eo produxit, (18) & quidem graviſſimum. (19) per voluntatem ſuam, vel potius Deus per voluntatem angeli. (20) Angelus ova e muſcis in corpus Herodis maximo numero detulit, (21) e quibus in univerſo ejus corpore vermes produxit, (22) calorem ovis excludendis proportio-

Animadverſiones Apologeticæ in Excerpta, quæ ex authoris Diſſertatione de Medicina ad certitudinem Mathematicam evehenda &c. Viri Celeb. qui acta Eruditorum publicare ſunt ſoliti, excerpſerunt. *Embdæ* 1714. in 8.

Animadverſiones Apologeticæ in dubitationem Medicam de Methodo docendi medicinam Mathematicam, quam ſub præſidio Theodori *Zuingeri* Med. Pract. Prof. &c. &c. Baſileæ defendendam ſuſcepit Vir Nobiliſs. *Andreas Harley*, *Londinenſis Anglus*. Acceſſit compoſitionis glaciei, hujusque præcipuorum phænomenon demonſtratio more Mathematico facta. *Embdæ* 1716. 8.

Wysgeerig Betoog, dat zommige denkbeelden aangekoomen zyn, andere ingeſchapen, en alle van God in ons verſtand voortgebragt worden. Te *Groningen*, 1719. 4.

Epiſtola de miraculoſa mulieris in ptochodocheo Bremenſi ſanatione Cl. II. faſc. VI. Diſſert. Phyſica de *Miraculis*, Cl. III. faſc. IV. Diſſ. de *Diluvio* Cl. III. faſc. V.

Author habet prælo jam pridem maturam Praxin Medicinæ & Chirurgiæ univerſalem, experimentis omnibus fere propriis, iisque infinitis, triginta octo annorum ſpatio, & quod excurrit, magno negotio collectam, & ſuo tempore, ſi Deo placet, lucem viſuram. Hujus autem pars prima erat, praxis Chirurgico-Medica ſupra §. 5. memorata.

natum faciendo. (23) Vermes universum Herodis corpus exedendo mortem attulerunt, (24) id quod quintuplici miraculo peractum est, (25) Vermibus non a Deo e nihilo aut aliis corporibus miraculose factis.

Act. XII: 23.

Παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος Κυρίȣ.... καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν.

Statim autem percussit eum Angelus Domini ....& vermibus exesus animam efflavit.

(1) *Principia.*

Postulata.

1. Quod per se manifestum est, demonstratione non eget.

2. Viæ majores corpora minora recipere queunt; minores majora tra smittere nequeunt.

3. Vera vocabulorum significatio è probatis ejus linguæ authoribus hauritur.

Axioma.

1. Qualis causa, talis effectus.

Assumptiones.

1. Quicquid vera sensuum experientia constat, id verum est. Hoc est *primum lemma Diss. n. de Mirac.*

2. Id quod rationi consentaneum est, est pro vero habendum; & contra. Hoc est 1. *Corollarium ejusdem lemmatis.*

3. Clara intellectus perceptio est criterion veritatis.

4. Voluntati proprium est agere.

5. Angustia loci celeritate motus compensatur

6. Alimenta ore assumpta per oesophagum in ventriculum, & ex hoc in fistulam intestinalem veniunt.

7. Ab interiori fistulæ intestinalis superficie proficiscuntur oscula vasorum lacteorum primi gene-

ri

is tendentium ad mesenterii glandulas, è qui- us vasa lactea secundi generis enata se confe- unt ad receptaculum chyli, ductum chyliferum i venam fere subclaviam sinistram sursum emit- ns. Hoc autem iter è fistula intestinali in hanc enam patens, quia chylum lactis qualitates ha- entem transmittit, *galaxia* vocari solet.

8. Chymus, in quem alimenta in ventriculo oncoctione mutata sunt, in fistulæ intestinalis nuiori parte secedit in partem utiliorem ac sub- liorem *chylum* appellatam; & inutiliorem cras- oremque *excrementa* in intestinum colon vel assiorem fistulæ intestinalis partem descendentia onstituentem. *Chylus* in oscula vasorum lacteo- m subintrat, *excrementis* ob crassitiem exclu- ; & per galaxiam in sanguinem vena subclavia iistra contentum properat.

9. Sanguis e vena subclavia sinistra dextraque r venam cavam descendentem in dextrum cor- ventriculum: ex hoc per arteriam & venam lmonalem in sinistrum ejus ventriculum, & in- per arteriæ magnæ ramos majores, minores, minimos in omnes totius corporis partes pro- llitur: quo ex his per respondentes venæ cavæ nos in dextrum cordis ventriculum refluat, adeo- e per partes sanguinem continentes circumeat, i circuitus *sanguinis circulatio* nominatur.

10. Corporis nostri partes è vasis sanguinem iquosque succos transmittentibus, quæ poris t pertusa, constant.

11. E sanguine reliquisque succis per vasorum ros emittuntur vapores (interni,) qui conden- i succum album constituunt.

12. Hic succus albus in sinum abscessus & in o ulceris materia nominatur purulenta.

13. E vasorum interstitiis, in quæ nervi desi-

nunt, proveniunt vaſa lymphatica dicta, præcipue in receptaculum chyli, quod ductum chyliferum ſurſum in venam ſubclaviam ſiniſtram emittit, tendentia.

14. Particulæ ſubtiliſſimæ materiæ purulenta ex abſceſſibus & ulceribus per vaſa lymphatic: in receptaculum chyli, & ex hoc per ductum chyliferum in ſanguinem transmittuntur.

15. Bona ſanguinis mixtura conſiſtit in eo quod particulæ acidæ poris alkalinarum exceptæ & utræque particulis ramoſis implicitæ, cum ter reis & globulis ſanguineis in liquore è particuli aquoſis & ramoſis conſtante fluctuent & moveantur.

16. Aer per poros vaſorum ſanguiferorum pul monis cellulas perreptantium in ipſum ſanguinen penetrat. Hoc abunde mihi demonſtraſſe video in *hypoth.* 1. *Theorem.* 1. *Diſſert. n. de Medicina* &c.

17. Succus nervoſus e particulis ſubtiliſſimi conſtans è ſanguine per corticem cerebri glandu loſam ſecernitur, & in nervos è cerebro in omnes corporis noſtri partes protenſos, quos dilatat, & tendit, profluit.

18. Nervi cordis dilatati abbreviantur, & abbreviati ventriculos cordis conſtringunt; hæc con ſtrictio præcipua cauſa eſt circulationis ſanguini

19. In hac ſanguinis circulatione vita corpor noſtri conſiſtit.

20. Motui nervis tenſis ab acuto acrive quodam impreſſo, & in cerebri penetralia translat Deus annexuit moleſtam in mente noſtra ſenſationem, qui *dolor* appellatur.

21. E ſanguine viſcido viſcidum ventriculi fer mentum glandularum ope ſecernitur.

Omnes hasce aſſumptiones prolixitatis evitan

d

æ gratia non demonſtrandas cenſuimus.

(2) *Theorema I.*

Vermes e muscarum ovis proveniunt.

Demonſtratio.

Hypotheſis 1. *muscæ ovula habent.* Hoc vera nſuum experientia (*Aſſumpt.* 1.) manifeſtum t: nam *Rhedus* inſectorum accuratus indagator muscis femellis invenit repoſitorium in duas ellulas diviſum, quarum una ovula, fimum alra contineret ſic, ut utrumque per communem ieatum excerneretur. Ad hæc ovula e muscarum mellarum majorum extremo ventre exprimi gitis poſſunt nudo oculo conſpicua.

Hypoth. 2. *Muscæ hæc ovula ponunt.* Quod idem vera ſenſuum experientia (*Aſſumpt. I.*) onſtat: nam ſuper animalium mactatorum cares, quibus muscæ circumvolitantes inſederunt, æpe ovula conſpiciuntur. Etiamque bombycum erucarum papiliones, quæ muſcarum ſpecies int, ovula ponere, quotidie experientia vere omperitur.

Hypoth. 3. *Ex his ovulis vermes excluduntur.* Ioc etiam vera ſenſuum experientia (*Aſſumpt.*) teſtatur: nam vermes ex his ovulis ſuper aniialium mactatorum carnes jacentibus excluſi eas omedere, ſequente putredine, frequenter deprenduntur. Adde quod bombyces & erucæ ex vis ſuis ſuo tempore prorepere cernantur.

Igitur, quia muſcæ ovula habent, (*Hypoth.* .) muſcæ hæc ovula ponunt (*Hypoth.* 2.) ; & ermes ex his ovulis excluduntur (*Hypoth.* 3) : leo manifeſtum eſt, vermes e muscarum ovis rovenire. Q. E. D.

Scholion. 1.

Aliquando uſu venit, ut ovula ſive ob exilitaem, ſive quia fimo ubi cum eo per communem

ductum excernuntur, sunt sepulta, oculorum aciem fugiant.

Scholion 2.

Ubi una cum fimo excernuntur, fieri potest, ut subito vermiculos edant: quia dum adhuc in cellula sua latebant, vermiculi per fimum contigui & per calorem exclusioni propinqui, extra cellulam ejusdem fimi circumdati, alteriusve rei calore subito excludi queunt. Sic *Scaliger* muscam majorem captam intra manum suam vermiculos aliquot peperisse testatur.

(3) *Corollarium I.*

E supradictis sequitur, *vermes non e putredine qua putredine nasci.*

Corollarium 2.

Etiamque consequitur, *vermes non e quadam particularum dispositione* sine ovis *formari.*

Scholion. 3.

Quamvis hoc *in ipsis ovis* e liquore incluso per motum secundum leges naturæ fieri lubens concedo. Sed quia hæc res altioris indaginis est, vermis rudimentum in ovis jam formatum supponimus.

Theorema 2.

Vermes non e putredine qua putredine nascuntur.

Demonstratio.

Hoc etiam è vera sensuum experientia (*Assumpt.* I.) discimus. Nam supra laudatus *Rhedus* vasculum vitreum frusto carnis instructum & sindone densiori contectum alteri longe capaciori, quod rariore contexerat, inclusit. Hac machinula vitrea radiis solis exposita, postquam carnis odor muscas allexerat, vermiculi supra sindonem densiorem, & inter utrumque vasculum; in carne vero putrefacta nulli circumre-

pen-

ntes cernebantur. Præterea in corporibus etiam is corruptis, ad quæ muſcis acceſſus quocune modo præcluditur, vermes haud naſci vimus. Unde liquet vermes non è putredine a putredine naſci. Q. E. D.

(4) *Theorema* 3.

uſcarum ova ſunt vel majora, vel minora, vel minima aut volantia.

Demonſtratio.

Quoniam muſcæ ſunt cauſæ ovorum (*Hypoth.* 2. *Theor.* 1.); aliæ muſcæ majores, aliæ nores, utræque nudo oculo cernuntur; aliæ dem minimæ non niſi microſcopio detegun-; omnibus adeo vera ſenſuum experièntia dehenſis (*Aſſumpt.* 1.): ideo (*axiom.* 1.) mu- majores ova majora; minores minora; & imæ minima *volantia* dicta ponant neceſſe eſt. E. D.

Theorema 4.

muſcarum ovis majoribus vermes majores; e minoribus minores: & e minimis minimi proveniunt.

Demonſtratio.

Iypoth. Vermes dantur vel majores, vel mino- vel minimi. Hoc vera ſenſuum experientia *ſumpt.* 1.) veluti de ovis, dubio procul eſt: *illi* & *iſti*, etiam in corpore noſtro ſæpe re- ſunt; & horum vel myriades in ſordibus, dentibus adhærere conſueverunt, & ſuccis è uine ſecretis, per microſcopia detexit *Leenwœkius.*

itur quum vermes vel majores, vel minovel minimi dentur (*Hypoth.*); & vermes è mum ovis proveniant (*Theor.* 1.): ideo (*Axi-* 1.) vermes majores ex ovis majoribus; mi-

nores è minoribus ; & minimi e minimis prove niant oportet. Q. E. D.

(5) *Theorema* 5.

Ova per os in ventriculum , & ex hoc in fistular intestinalem veniunt.

Demonstratio

Hypoth. Muscæ ovula in alimenta ponunt. Nai quandoquidem vermes ex ovulis muscarum prc veniunt (*Theor.* 1.); & ibi solummodo rep riuntur, ubi muscæ circumvolitant, ut vera ser suum experientia in demonstratione *Theor.* 2. pr posita constat: idem liquet eas in alimentis, qu ut plurimum circumvolitant , imo insidere ce nuntur , ova ponere.

Itaque cum muscæ ovula in alimenta ponai (*Hypoth.*) ; alimenta ore sumpta per oesoph gum in ventriculum , & ex hoc in fistulam int stinalem veniant (*Assumpt.* 6.), idcirco persp cuum est, ova per os in ventriculum, & ex h in fistulam intestinalem venire. Q. E. D.

Theorema 6.

Ova majora, dum minora & minima per galaxi in sanguinem vertuntur, in fistula intestinali manent.

Demonstratio.

Hypoth. 1. *Oscula vasorum lacteorum in fist intestinali, ovis majoribus multo minora sunt.* H manifestum est eo , quod spiritus vini colora in intestinum inferius ligatum adactus, in vasa ctea non penetret; & corpuscula singula, è c bus spiritus vini constat, invisibilia sint, sing que ova majora visibilia (*Assumpt.* 1.)

Hypoth. 2 : *Chylus motu progressivo motus hementius agit, quam ova minora & minima stunt*, nimirum, quia ille chyli motus prog sivus quamtumvis vel tantillum velox cum

ibus particulis chylum componentibus conjun-
tim consideratus solam istorum ovorum motu
eiltitutorum magnitudinem longe superat, ut per
manifestum esse credo (*Postul.* 1.)

Igitur quia chylus motu progressivo e fistula in-
stinali per galaxiam in sanguinem vena subcla-
a sinistra contentum movetur (*Assumpt.* 7. 8.);
hylus isthoc motu vehementius in ova minora
minima agit, quam ipsa resistunt (*Hypoth.* 2.):
eo ea secum in sanguinem trahat necesse est,
. E. *unum* D.

Sed quoniam oscula vasorum lacteorum in fi-
ula intestinali ovis majoribus multo minora sunt
Hypoth. 1.): idcirco ova majora, dum minora
minima in ista oscula subintrant, in fistula in-
tinali manent. Q. E. *alterum* D.

Scholion.

Triplex autem genus vermium in fistula inte-
nali reperitur, ita ut alii sint *teretes*, alii *lati*,
os ταινίας Græci nominant, utrique nonnun-
am perquam longi: & alii denique maxime exi-
i ac subsilientes, & quidem potissimum in in-
tino recto, ἀσκαρίδες à Græcis appellati, de-
ntes.

(6) *Theorema* 7.

*a minima per poros vasorum pulmonis sanguife-
rorum in sanguinem veniunt.*

Demonstratio.

Cum ovula minima sint volantia (*Theor.* 3.),
oque de exilitate propemodum cum corpuscu-
aërem constituentibus conveniant, & eorum
tum sequantur: ideo clarum est, dum aër
poros vasorum sanguiferorum pulmonalium
etrat (*Assumpt.* 16.), hæc ovula quoque cum
n sanguinem venire debere. Q. E. D.

(7)

(7) *Theorema* 8.

Ova minora minimaque per universum corpus feruntur.

Demonstratio.

Hypoth. Ova minora minimaque a sanguine ci cumcincte provehuntur. Quod hic eodem moc de sanguine circumeunte, quo de chylo progr diente *Hypoth.* 2. *Theor.* 6. demonstrari pote

Igitur quum ova minora minimaque in sangu nem venerint (*Theor.* 7.;) & sanguis per arteri in omnes totius corporis partes circumeat (*A sumpt.* 9.); ovaque supradicta à sanguine circur eunte provehantur (*Hypoth.*): ideo manifestu est, ova suprapofita per universum corpus fer Q. E. D.

(8) *Theorema* 9.

Ova minora minimaque alibi in corpore situm qui tum nanciscuntur.

Demonstratio.

Hypoth. 1. *Arteriarum rami, ovaque minora minima diversæ sunt magnitudinis. Illud* ex a topsia anatomica; & hoc ex diversa muscaru adeoque ovorum (*Axiom.* 1.) magnitudine oc lis conspicua (*Assumpt.* 1.) palam est.

Hypoth. 2. *Arteriarum rami figuram habent niformem*, ita ut paulatim angustiores, & tande exilissimi ac invisibiles evadant. Quod etiam e perientia anatomica testatur. (*Assumpt.* 1.)

Igitur quia viæ majores corpora minora re pere queunt (*Postul.* 2.); & arteriarum ra ovaque suprapofita diversæ magnitudinis sunt (*H poth.* 1.): ideo liquet, arteriarum ramos ma res minora ova sanguine advecta recipere. quum arteriarum rami figuram coniformem hal ant sic, ut tandem exilissimi atque invisibiles e dant (*Hypoth.* 2.); & viæ minores ova maj transmittere nequeant, (*Postul.* 2.): ideo

manifeſtum eſt (*Poſtul.* 1.), ova tandem ſanne usque eo advehi, donec in arteriarum ra- exiliſſimis & inviſibilibus reſiſtant, ſitumque etum nanciſcantur. Q. E. D.

(9) *Theorema* 10.

Vermes ex ovis excluduntur calore iis excludendis proportionato.

Demonſtratio.

Hypoth. 1. *Calor ad vermes ex ovis excludenneceſſarius eſt.* Nam vermis excludi non po-, niſi augmentetur; augmentari non poteſt, nutriatur; nutriri non poteſt, niſi ſuccus nu- us in vermis ovo fœtificato contenti rudintum digeratur; & is ſuccus digeri non poteſt, calore, uti hæc omnia per ſe manifeſta ſunt. oſtul. 1.); ergo calor neceſſarius eſt ad ver- ex ovis excludendos.

Hypoth. 2. *Hic calor debet eſſe ovis excludendis ortionatus*: etenim is debet eſſe vel *major*, *minor*, vel medius aut *proportionatus*, ratio- empe ovi excludendi habita. Non *major*, ut- qui motu ſuo majori omnia vermiculi mem- perturbaret atque confunderet. Non *minor*, re cujus motus minor ſucco nutritio in ver- uli rudimentum digerendo non ſufficeret. Er- nedius vel *proportionatus* eſſe debet, quæ etiam ia per ſe manifeſta ſunt (*Poſtul.* 1.) Hoc que confirmatur vera ſenſuum experientia(*Asot.* 1.): nam aves avium ovis incubando ca- ſuo excludendis præ cæteris aptiores depre- untur: quis enim unquam, quæſo, ovum svis avis ſolo calore æſtivo qualicunque, n aqua fervente, excluſione aviculæ apertum ?

aque cum calor ad vermes ex ovis excluden- neceſſarius ſit (*Hypoth.* 1.); & hic calor

ovis

ovis excludendis proportionatus esse debeat (*Hypoth.* 2.): ideo perspicuum est, vermes ex ovis calore iis excludendis proportionato excludi Q. E. D.

Corollarium.

Quia vermes ex ovis calore iis excludendis proportionato excluduntur: & hanc exclusionem potissimum in rebus putrescentibus vel putridis fati secundum particulas suas motis, adeoque calidi vera sensuum experientia (*Assumpt.* 1.) constat ideo sequitur, calorem rerum putrescentium ve putridarum ovis excludendis proportionatum esse

Scholion.

Heic animadverti licet, quod res putrescente vel putridæ simul nidi sint, in quibus degant; & alimenti, unde alantur, vicem suppleant.

(10) *Theorema* 11.

Ova nec in ventriculo a fermento acri, nec in ventriculis cordis a calore corrumpuntur.

Demonstratio

Hypoth. Vermes haud gignuntur, nisi in corporibus sanguinem viscidum habentibus. Hoc ne vera sensuum experientia docet (*Assumpt.* 1. quia pueri, cachetici, atque febricitantes, in qu bus sanguis crassior viscidiorque est, vermib maxime obnoxii deprehenduntur.

Igitur, quoniam vermes haud gignuntur n in corporibus sanguinem viscidum habentib (*Hypoth.*); & fermentum ventriculi viscidum (*Assumpt.* 21,), adeoque hujus particulæ acr viscidis involutæ: ideo hisce acribus ova in ve triculo dividere & corrumpere nequit. *Hoc unum* Q. E. D.

Adhæc, quia sanguinis utpote viscidi per ve triculos cordis vecti calor non tantus est, mc

tu suo omnia vermiculorum membra pertur- atque confundat, (*Hypoth.* 2. *Theor.* 10.): in istis ventriculis vermiculorum membra a ore quoque non corrumpuntur. *Hoc est alte-*, Q. E. D.

(11) *Theorema* 12.

mes exclusi omnes universi corporis partes, in quibus degunt Demonstratio, exedunt.

Hypoth. 1. *Vermes dentes, vel loco dentium ma- ulas quasdam in ore habent.* Hoc partim per roscopia; & partim erosione rerum solidarum, bus nutriantur, adeoque vera sensuum expe- tia (*Assumpt.* 1.) manifestum est: nam bom- es mori folia, erucæ plantas, curculiones nenta, volvoces vitem, teredines ligna, blat- bros, tineæ vestes, termites carnem, &c. ere deprehenduntur.

ypoth. 2. *Vermes, ubicunque degunt, ibi nu- entum quærunt, & res solidas exedunt.* Hoc n experientiæ jam jam allatæ, extra contro- am ponunt.

itur quoniam ova in fistula intestinali (*Theor.* , & in omnibus universi corporis partibus *eor.* 8.) sunt; & ex ovis situm quietum na- *Theor.* 9.) vermes excluduntur (*Theor.* 10.): in istis partibus degunt. Idcirco quia vermes es, vel loco dentium machinulas quasdam in habent (*Hypoth.* 1.); & ubicunque degunt, utrimentum quærunt, & res solidas exedunt *poth.* 2.); ideo omnes universi corporis par- in quibus degunt, exedunt. Q. E. D.

(12.) *Theorema.* 13.

es universi corporis partes a vermibus exesæ abscessus & ulcera contrahunt.

pl. Sinus, in quo materia purulenta exitum s nullum reperitur, *abscessus* nominatur: & ca-

cavum materiam purulentam ferens, *ulcus*: quo rum *ille* intra partium superficiem; & *hoc* in e sedem fixit.

Demonstratio.

Hypoth. Ubicunque partes a vermibus exedun tur, vel sinus, vel cavum vel utrumque, sed di versis locis exoritur. Hoc chirurgos vera sensuur experientia docet (*Assumpt.* 1.)

Ergo, cum vermes universi corporis partes om nes exedant (*Theor.* 12.) ideo ibi sinus & cav fiunt *Hypoth.* Et quia vapores (interni) e san guine reliquisque succis per poros vasorum e continentium in sinus & cava emissi in materia purulentam condensantur (*Assumpt.* 10. 11. 12. ideo liquet, omnes universi corporis partes a ve mibus exesas abscessus & ulcera contrahere. Q.E.I

(13.) *Theorema* 14.

Ob partium exesionem, abscessus & ulcera in uni verso corpore dolor ingens est.

Demonstratio.

Hypoth. 1. *Dolor ab acuto acrive quodam pr ficiscitur.* Hoc vera experientia teste (*Assum* 1.) e causis dolorum patet, quæ semper acut acreve quoddam esse comperiuntur; & ex au liis quæ dolorem sanant, omnia acutum acre removentia, vel refringentia, vel involventia.

Hypoth. 2. *Hoc autem acutum acreve nervis n tum tensionis imprimit.* Nam acutum acreve u decunque in partes ob nervos sensibiles adactu his nervis motum tensionis inferre per se ma festum est (*Postul.* 1.) Hæc etiam symptom ex dolore creata, vera experientia (*Assumpt.* confirmant.

Hypoth. 3. *Hic motus tensionis fit cum eor dem nervorum ruptionis periculo.* Etenim huj modi tensionis motus nervis, quia exilissimi si

accidere nequit, quin ruptionis periculum incurrant, uti per se manifestum est (*Postul.* 1.); imo nonnunquam re ipsa rumpantur, ut e *stupore* dolorem vehementem sequente vera sensuum experientia (*Assumpt.* 1.) patet.

Hypoth. 4. *Hic motus per eosdem nervos in cerebri penetralia transfertur*. Hoc liquet ex eo quod nervi a succo nervoso eos perfluente in corpore vivo tensi, in cerebri penetralia protensi sunt, (*Assumpt.* 17.)

Hypoth. 5. *In partium exesione a vermibus facta: ut & abscessibus & ulceribus aliquod acutum acreve est.* Nam in exesione vermium dentes sunt (*Theor.* 12. *Hypoth.* 1.) quos acutos esse constat; & in abscessibus ulceribusque particulæ acres, ut ex erosione partium materiæ purulentæ contiguarum patet.

Igitur quia dolor ab acuto acrive quodam procifcitur (*Hypoth.* 1.), quod nervis motum tensionis imprimit. (*Hypoth.* 2.), qui cum eorundem ruptionis periculo factus (*Hypoth.* 3.) in cerebri penetralia transfertur (*Hypoth.* 4.), cui in mente a Deo adnexus est dolor (*Assumpt.* 20.): quia in partium exesione acutum, & abscessibus ulceribusque acre est (*Hypoth.* 5.): ideo ob partium exesionem, abscessus & ulcera dolor contingit. Qui ubi hi morbi ubique in universo corpore sunt, non ingens esse non potest (*Axiom.* .) Q. E. D.

(14) *Theorema* 15.

Ex Abscessuum ulcerumque materia purulenta, doloreque ingente febris magna nascitur.

Explic. Sanguis perturbate mixtus est, quando particulæ acidæ ex alkalinorum poris egressæ, & cæraeque e ramosis extricatæ cum terreis ac globulis sanguineis itidem liberatis, confuse in aquo-

 sis

ſis & ramoſis liquorem conſtituentibus fluctuant atque moventur.

Demonſtratio.

Hypoth. 1. *Febris conſiſtit in perturbata ſanguinis mixtura.* Hoc ideo palam eſt, quoniam omnia febris phænomena ex hujusmodi mixtura omnium commodiſſime deduci poſſunt.

(*Hypoth.* 2.) *Ex*, id eſt, *ſub dolore ingente rapidus ſucci nervoſi affluxus excitatur.* Nam ub ſub dolore nervi ab acuto acrive quodam cun tenſione moventur, extendantur atque anguſten tur oportet, ut per ſe manifeſtum eſt (*Poſtul.*1.) unde ſuccus nervoſus à tergo jugiter affluens pe iſtorum nervorum parietes rapide propellatur ne ceſſe eſt, ſiquidem anguſtia loci celeritate motu compenſatur. (*Aſſumpt.* 5.) Hoc etiam ver ſenſuum experientia (*Aſſumpt.* 1.) conſtat: nan dum ubera mammæ vaccæ manibus detrahuntur canaliculi lactei è glandulis lacteis mammæ in ubera protenſi extenduntur ac anguſtantur, quo fit ut lac à tergo è glandulis affluens rapide expella tur.

Hypoth. 3. *Particulæ ſubtiliſſimæ materiæ pu rulentæ, ubi in ſanguinem venerint, eum pertur bate miſcent.* Etenim materia purulenta ſtagnan do eam mutationem ſubit, qua ejus particulæ ſub tiliſſimæ motum ſanguinis inteſtinum adeo mu tent, ut is perturbate miſceatur. Hoc febris e abſceſſibus & ulceribus internis nata, atque ade vera ſenſuum experientia (*Aſſumpt.* 1.) teſtatu

Hypoth. 4. *Succus nervoſus rapide in ſanguine veniens, tum etiam perturbate miſcet.* Quia nem pe ſanguinem adeo commovet, ut inde quoqu perturbate miſceatur. Hoc confirmatur febre c magnum dolorem contingente. (*Aſſumpt.* 1.)

Igitur quia febris conſiſtit in perturbata ſan

guin

uinis mixtura (*Hypoth.* 1.); particulæ ſubtiliſ-
mæ materiæ purulentæ ex abſceſſibus & ulceri-
ıs in ſanguinem veniunt (*Aſſumpt:* 13. 14.) is-
ıe bene mixtus (*Asſumpt.* 15.) per eas particu-
s perturbate miſcetur (*Hypoth.* 3.): ideo per-
icuum eſt, ex abſceſſuum & ulcerum materia
ırulenta febrem naſci. *Hoc erat unum* Q.E.D.
æterea, quoniam ex dolore ingente ſuccus ner-
ſus rapide affluit (*Hypoth.* 2.), & ex vaſorum
erſtitiis per vaſa lymphatica in ſanguinem (*As-
mpt.* 13. 14.) transvolat, eum etiam pertur-
te miſcens (*Hypoth.* 4.): ideo conſtat, e do-
e ingente quoque febrem naſci. Quæ magna
, quandoquidem abſceſſus & ulcera, adeoque
lor ex iis creatus in *univerſo* corpore exiſtunt:
n quo major cauſa eſt, eo major etiam effectus
neceſſe eſt, (*Axiom.* 1.) *Hoc erat alterum*,
E. D.

(15) *Theorema* 16.

A febre magna mors proficiſcitur.

Demonſtratio.

Hypoth. 1. *Sanguis per perturbatam ſui mixtu-
ra incraſſatur.* Nam quandoquidem acido cor-
pora ramoſa incraſſantur, ut ex multis experi-
mentis abunde patet (*Aſſumpt.* 1.); ideo ſanguis
per particulas acidas mixtione perturbata libertati
vindicatas (*Expl. Theor. præced.*), quia particu-
lis ramoſis abundat, incraſſari debet, ſimiliter ac
lac dulce, oborto fulmine, perturbate mixtus
aſcit, & craſſeſcere deprehenditur (*Aſſumpt.* 1.)
Hypoth. 2. *Per ſanguinis craſſitiem ſuccus ner-
vus deficit.* Siquidem quo ſanguis craſſior eſt,
e minus particularum ſubtiliſſimarum habet. Et
quia ſuccus nervoſus è ſubtiliſſimis particulis con-
ſtas è ſanguine per corticem cerebri glandulo-
ſam ſecernitur (*Aſſumpt.* 17.): ideo manifeſtum

 eſt,

eſt, per ſanguinis craſſitiem ſuccum nervoſu deficere.

Igitur, quoniam febris in perturbata ſanguin mixtione conſiſtit (*Hypoth.* 1. *Theor. præced.*) ſanguis per perturbatam ſui mixtionem incraſſ tur (*Hypoth.* 1.); per ſanguinis craſſitiem ſucc nervoſus deficit (*Hypoth.* 2.); defectu ſucci ne voſi cordis ventriculi non conſtringuntur, adeoq ſanguis circumire deſinit (*Aſſumpt.* 18.), & circuitu ſanguinis vita corporis noſtri conſiſ (*Aſſumpt.* 19.) ideo perſpicuum eſt, a febre m gna mortem proficiſci. Q. E. D.

(16) *Theorema* 17.

Morbus Herodis fuit vermicularis.

Demonſtratio.

Morbum autem Herodis fuiſſe *vermicularem* manifeſtum eſt e voce Σκωληκόβρωτος *a vermib exeſus*, a σκώληξ *vermis*, & βρωτὸς (quod a βρώσ comedo) *qui comedi poteſt vel aptus eſui eſt.* Qu enim vox σκώληξ *vermem*, *non pediculum* ſign cet, è Græcis ſcriptoribus (*Poſtul.* 3.) abun liquet. Sic *Hom.* ὥςε σκώληξ ἐπὶ γαίη κεῖτο τα *ita ut vermis ſuper terram extenſus jaceat.* *Ar* σκώληκες οἱ ἐκ τῶν δένδρων, *vermes qui ex arborib* Et *Dioſc.* conjungit σκώληκας καὶ ἀσκαρίδας *ven lumbricos & vermiculos ani.* Q. E. D.

Corollarium.

E quibus ſequitur, hunc morbum non fu *pedicularem*, ut nonnulli putant.

Scholion 1.

Hic autem error inde natus videtur, quod a hores φθεῖρας *pediculos*, & σκώληκας *vermes*, n uti convenit, ab invicem diſtinxerint: unde cem σκωληκόβρωτος apud Lucam per vocem φ ρόβρωτος expoſuerunt; & pro σκωλήκησι *morbo* *miculari* poſuerunt φθειρίασιν *morbum pedicular*

Scholion 2.

Heic animadvertendum eſt, vocem σκωληκό-ρωτος verti *a vermibus exeſus* per *metonymiam onſequentis pro antecedente*: nam id exeſum eſt, uod comedi potuit, ſiquidem niſi quid aptum uiſſet eſui, nunquam comedi potuiſſet.

(17) *Theorema* 18.

ngelus bonus hunc morbum in Herode produxit.

Demonſtratio.

In toto Novo Teſtamento ubicunque vox Ἄγ-ελος *angelus* nobis occurrit, intelligitur angelus el *bonus*, ut *Matth.* 4. 11. *Et ecce angeli ac-eſſerunt, eique miniſtrabant.* Vel *malus*, ut *latth.* 25. 41. *Abite a me in ignem æternum, ui paratus eſt diabolo, & angelis ejus.* Vel de-ique *homo*, qui Dei miniſter ſit, ut *Matth.* 11. 0. *Ecce, mitto angelum meum ante faciem tuam.* t ex his in textu noſtro non niſi bonum ange-um eſſe intelligendum patet eo, quod ubicunque ngelus Κυρίου *Domini* habetur, ut *Matth.* 1 20. *cce angelus Domini in ſomnio ei apparuit*, ſem-er bonus intelligatur. Idcirco angelus bonus hunc orbum in Herode produxit. Q. E. D.

Corollarium.

Ergo hoc loco *Chriſtum* intelligi non oportet, cet in Vetere Teſtamento *Gen.* 16. 7. מַלְאַךְ יְהוָה *ngelus Domini* vocetur: quo nomine & jam an-elus bonus *Num.* 22: 22. venit. Nec *doctorum liquem*, qui & *Angelus Jehovæ* nominatur *Mal.* : 7. Ac conſequenter etiam non *angelum ma-um.*

(18) *Theorema* 19.

erbum πατάσσω *hic non proprie, ſed metaphorice accipiendum eſt.*

Demonſtratio.

Angelus Domini vel bonus angelus ἐπάταξεν

 per-

percussit eum, nempe Herodem. Πατάσσω notat proprie *percutio ut sonitus vel strepitus audiatur*, ut (*Postul.* 3.) apud *Dem. in Mid.* πατάσσειν ἐπὶ κόρρης *infligere colaphum.* Apud *Theocr.* πατάσσειν τὰν γᾶν *pulsare terram.* Et apud *Aristoph.* πατάσσειν τὴν θύραν *pulsare januam* Ergo hoc verbum *proprie* locum habet, ubi corpus à corpore percutitur. Sed quando de rebus incorporeis usurpatur, denotat *metaphorice vehementer afficere* ut apud *Arist.* πόθος τὴν καρδίαν ἐπάταξε *desiderium cor percussit.* Et quia in textu nostro res incorporea, scilicet, *Angelus Domini* rem corpoream veluti *corpus Herodis* percussisse dicitur; & contradictionem implicat, rem incorpoream per se agere in corpoream, ideo palam est, verbum πατάσσειν hoc loco etiam *metaphorice* esse sumendum. Q. E. D.

Theorema 20.

Verbum πατάσσειν *hic metaphorice significat gravissimo morbo afficere.*

Demonstratio.

Verbum πατάσσειν heic metaphorice *gravissimo morbo afficere* notat: nam quemadmodum corpus ab altero sic percussum ut sonitus vel strepitus audiatur, vehementem ictum accipit (*Assumpt.* 1.); ita homo Herodes ab angelo Domini percussus tantum talemque morbum accepit ut gravissimo talique morbo ab eodem affectus fuerit, qui fama buccinante universum terrarum orbem personarit in eoque perstrepuerit. Q. E. D.

(19.) *Theorema* 21.

Angelus bonus per voluntatem hunc morbum produxit.

Demonstratio.

Quia voluntati proprium est agere (*Assump.* 4.); & angelus bonus hunc morbum agendo produxi[t]

luxit, uti per se manifestum est) *Postul.* 1. ideo iquet, angelum bonum per voluntatem hunc mor-um produxisse. Q. E. D.

Theorema 22.

Vel potius Deus per voluntatem angeli boni hunc morbum produxit.

Demonstratio.

Quoniam vero hujus morbi productio miracu-osa est, ut paulo post demonstrabimus; miracu-a fiunt per Deum (18. *Theor. Diss. n. de Mirac.*) z res creatæ miracula efficere non possunt (22. *heor. Diss. ejusdem*) : ideo perspicuum est, Deum otius per voluntatem angeli boni hunc morbum roduxisse. Q. E. D.

Scholion.

Sed quomodo hæc actio miraculosa angelo tri-ui queat, 2. *Schol.* 23. *Theor. diss. n. de Mirac.* idere licet.

(20) *Theorema* 22.

lle angelus vermes in Herode produxit ova maxi-o numero e muscis movendo per os in fistulam inte-inalem; nec non per galaxiam & poros vasorum sanguiferorum pulmonalium in sangui-nem.

Demonstratio.

Quia morbus Herodis fuit vermicularis(*Theor.* 7.), & is gravissimus (*Theor.* 20.) ideo ver-ium numerus fuit maximus. Et quoniam hæc nta vermium productio in Herodis corpore fie-ex ovis (*Theor.* 1.) non potuit, nisi ova nu-iero maximo è muscis ubicunque volantibus in l moverentur, ideo ex iis in idem mota fuerunt, quidem per os Herodis in ejus ventriculum, & x hoc in fistulam pulmonalem (*Theor.* 5.); nec on per galaxiam (*Theor.* 6.) & per poros vaso-

 rum

rum ſanguiferorum pulmonalium in ſanguinem (*Theor.* 7.) Q. E. D.

(21) *Theorema* 23.

Vermes in univerſo ejus corpore produxit.

Demonſtratio.

Quandoquidem angelus Domini graviſſimo morbo vermiculari Herodem affecit (*Theor.* 20. coll. cum *Theor.* 17.), eoque muſcarum ova maximo numero in eum tranſtulit (*Theor.* 22.): idcirco rationi conſentaneum eſt (*Aſſumpt.* 2.), angelum vermes in unverſo ejus corpore, id eſt, non tantum in partibus interioribus, ut inteſtinis, hepate, liene, renibus, pulmonibus, &c. verum etiam in exterioribus, uti naribus, ore, cute &c. produxiſſe. Q. E. D.

Scholion.

Heic animadverti convenit, obſervationes Medicorum docuiſſe, vix ullam corporis noſtri partem a vermibus immunem eſſe, quippe in omnibus ſupradictis partibus, modo his, modo illis, a medicis ſunt reperti.

(22) *Theorema* 24.

Vermes in eo produxit calorem ovis excludendis proportionatum faciendo.

Demonſtratio.

Ex *Theor.* 9. patet, vermes ex ovis excludi calore iis excludendis proportionato : ideo liquet, angelum in corpore Herodis produxiſſe calorem ovis excludendis proportionatum. Q E. D.

Scholion.

Igitur, ſi calor proportionato major fuerit, ejus partem ſuperfluam in alia corpora transtulit; ſin minor, deficientem caloris partem ex aliis corporibus accerſivit : Nam hic ſolummodo contingit caloris vel motus determinatio, non novi creatio,

tio, aut creati annihilatio, quippe cum immutabilitati divinæ repugnet.

(23.) *Theorema* 25.

Vermes universum Herodis corpus exedendo mortem attulerunt.

Demonstratio.

Quoniam vermes in universo Herodis corpore producti sunt (*Theor.* 23.); producti omnes universi corporis partes exedunt (*Theor.* 12.): ex hac exesione abscessus & ulcera contrahuntur (*Theor.* 13.); ex his abscessibus & ulceribus dolor ingens excitatur (*Theor.* 14.); ex abscessuum plerumque materia purulenta, & ex dolore ingente febris nascitur (*Theor.* 15.); & a febre mors proficiscitur (*Theor.* 16.): ideo manifestum est, vermes universum Herodis corpus exedendo mortem attulisse. Q. E. D.

(24.) *Theorema* 26.

Deus per angelum suum percutiendo Herodem, sic ut vermibus exesus animam efflaret, miraculum, & id quidem quintuplex gessit.

Demonstratio.

Angelus vermes in Herodis corpore producturus ova e muscis movit per os in fistulam intestinalem; nec non, per galaxiam, & poros vasorum sanguiferorum pulmonalium in sanguinem (*Theor.* 22.); ut &, calorem ovis excludendis proportionatum fecit. (*Theor.* 44.) Heic quintuplex nobis miraculum a Deo per angelum suum gestum) *Theor.* 22.) occurrit.

Nam primum miraculum factum est præter primam legem universalem 6. *Theor. Diss. n. de Mirac.* & pertinet ad primam classem, in cujusmodi miraculis *quies* transit in *motum*. Vide 1. *Argumentum: exempla secundæ classis*, 30. *Theor.* nam

ova in una cellula repofitorii mufcarum femel rum, antequam in corpus Herodis movebantu fita quiefcebant, (*Hypoth.* 1. *Theor.* 1.)

Secundum miraculum fuit *præter fecundam* *gem univerfalem* 8. *Theor. Diff. n. de Mirac.* quidem ova dum è mufcis ad Herodis corpus f rebantur, a corporibus interpofitis a linea fui m tus recta ad curvam deflexa funt. Vide *Argume tum:* 30. *Theor.*

Tertium miraculum geftum eft *præter tertia legem univerfalem.* 9. *Theor. Diff. n. de Mirac.* et nim ova in motu è mufcis in Herodis corpus a minus forti occurrentia nihil de fuo motu amif runt. Vide 4. *Argumentum.* 30. *Theor.*

Quartum miraculum editum eft, *præter pr mam legem particularum*, 11. *Theor. Diff. n. Mirac.* quatenus ova minima volantia & leviano furfum, fed deorfum è mufcis in fublimi vola tibus in corpus Herodis delata funt. Vide f. *A gumentum primum.* 30. *Theor. Quintum* mir culum factum eft *præter primam legem univerf lem*, 6. *Theor. Diff. n. de Mirac.* & fpectat tertiam claffem. In hujusmodi miraculis *mot* tranfit in *motum.* Vide 1. *Argumentum: exem pla tertiæ claffis*, 30. *Theor.* nam calor, qui motu confiftit vel major, vel minor exiftens proportionem ovis excludendis convenientem r dactus eft.

E fupra demonftratis igitur liquet, dum De per angelum fuum Herodem percuteret, fic vermibus exefus animam efflaret, miraculu quintuplex effe geftum. Q. E. D.

(25) *Theorema* 27.

Quicquid clare percipimus e caufis naturalibus pr duci, id ex iis producitur.

Demonftratio.

H

Hoc patet ideo, quia clara intellectus percep- tio est criterium veritatis (*Assumpt.* 3.) Q. E. D.

Theorema 28.

Quod e causis naturalibus producitur, id non ad miraculum est ferendum.

Demonstratio.

Quia, si id, quod e causis naturalibus produ- citur, ad miraculum referamus, vel judicemus immediate aut sine causis naturalibus, ab om- nipotente Dei voluntate fieri, nos a vero aberra- mus. Q. E. D.

(3) *Corollarium* 1.

Hinc sequitur, vermes, quibus corpus Hero- dis fuit erosum, ex ovis tanquam causis naturali- bus ortos esse, & non à Deo miraculose è nihilo aut aliis corporibus esse formatos.

Corollarium 2.

Etiam hinc sequitur, non confugiendum esse ad miraculum, nisi cum clare percipimus, effe- ctum aliquod non è causis naturalibus produci pos- se; sed omnipotentia divina, qua efficiatur im- mediate opus esse.

Scholion.

Ut autem sciatur, quod è causis naturalibus produci queat, & ad quod efficiendum omnipo- tentia divina immediata actione opus sit, totam philosophiam, omnesque leges naturæ corporeæ & humanæ (V. 14. *Theor. Diss. n. de Mi- rac.*) cognitas habere oporteet.

II.

Joachimi Christiani Jehring, (a)

Observatio de

Locis quibusdam *Pentateuchi* &
libri *Estheræ*,

In quibus Judæi nomen tetragrammaton e literis initialibus atque finalibus eruerunt.

Συνόψις.

Judæorum, circa nomen יהוה superstitio. §. 1 Illa inducti eas notarunt voces, in quarum liter aut initialibus aut finalibus nomen illud continetur Loca illa ex Pentateucho & libro Estheræ exhiben tur §. 2. Quid circa illas observent Judaei? §. Idem in aliis observatur nominibus divinis. Exh bentur preces Judæorum, ex ejusmodi vocibus s cundum arborem cabbalisticam compositæ, §. 4

§. 1.

Ex quo Judæi legem illam divinam de non a sumendo nomine Dei in vanum acceperun summo studio eo allaborarunt, ut, quamvis c interno veroque nominis divini cultu atque sa ctificatione parum pro more suo unquam fueri solliciti, aliasque ipso facto per Cabbalam pr sertim practicam horrendum in modum illo ab tantur; externe tamen crimen læsi nominis dev tarent; adeo ut, sicuti in ceteris, ita & circa h præceptum in maximam prolapsi sint supers tionem, atque non longe imo fere nihil absi quin cura illa superstitiosa nomen illud divin o

(a) Vide Cl. V. fasc. II.

mnimode assumserint in vanum. Quemadmo-
um enim plerumque nudæ inhærent litteræ, in-
ue ejus observatione omnem legis collocant im-
letionem: sic non tantum per lusum cabbalisti-
um varias excogitarunt voces, nihil quidem sig-
ificantes, quibus nomen illud gloriosum, יהוה
uta, exprimerent, easque in hujus locum sub-
ituerent, ne scriptione illius, quoad ipsas literas se
ssumtionis in vanum obstringerent, quorsum per-
nent voces כוזו, vid. *Buxtorff. tr. de Abbreviatu-*
's Hebraicis pag. 119; item מצפץ, vid. *Buxtorff.*
c. p. 145. similesque: sed in ipsius nominis
tragrammati scriptione multum quoque sibi fa-
essunt negotii, dum mox abbreviate, per ה׳,
,,׳, &c. mox depravate, & quidem ita יהוד
יהו aut יהוה scribunt, conf. *Buxtorffii Differt.*
Philol. Theol. diss. V. pag. 255. n. 22. item *Calo-*
ii Theol. Natur. & revel. pag. 219. Eodem
x fonte porro fluit, quod etiam in scriptione
liarum vocum a concursu literarum ה & י, quæ
artem aliquam divini constituunt nominis, sibi
aveant, ne ignominiose tractari illud possit. Un-
e quoque in numeris pro יה 15 scribunt ט״ו 15,
pro יו 16 usurpant ז״ט 16. Sic nec ex nimia au-
ent superstitione literas nominis יהוה corrigere
ut delere, si forte per errorem sunt scriptæ, uti
x illorum scriptis tradit *Schickhardus in Jure re-*
io Ebræorum Cap. II. Theor. II. §. XI. ibique
'oh. Bened. Carpzovius in not. r. pag. 119. Imo
efas esse sibi persuadent delere literas, quæ no-
ninibus divinis in fine adhærent, velut affixum
: in אלהיך, eo quod a nomine sanctificentur,
um in resectæ finalis literæ locum succedunt,
rout refert laudatus *Schickhardus in diss. sub tit.*
Alphabetum Davidicum Psal. XXV. expressum,

4to

4to Tubingæ 1622. edit. pag. 4. & 5. Et ſi literas nominis divini pene adorant.

§. 2. Maxime vero hac in re curioſum, & notatu fortaſſis dignum eſt, judæos eo eſſe progreſſos, ut in toto Pentateucho aliisque libris biblicis, quos in Synagoga ſua publice prælegunt ſtupendo labore ductu ſpeciei Cabbalæ (b) Raſche teboth & Sophe teboth dictæ (de qua ceterisque ſpeciebus inter alios vide *Menaſſe ben Iſrael in Conciliatore* pag. 170.) eas notaverint voces ex quarum literis vel initialibus vel finalibus nomen יהוה reſultat. Cumque loca illa ex Pentateucho & Eſtheræ libro a Judæo quodam collecta certa nactus fuerim occaſione ; non ingratum lectoribus fore puto, ſi ea cum illis communicarem. Sunt ergo ſequentia:

In Pentateucho.

Geneſ. I. 31. & II. 1. יום הששי: ויכלו השמים
Gen. XI. 9. הארץ ימשם הפיצם יהוה
Gen. XII. 15. שרי פרעה ויהללו אתה
Gen. XIX. 13. פני יהוה וישלחנו יהוה
Gen. XIX. 25. יושבי הערים וצמח האדמה
Gen. XXIX. 24. 25. ללאה בתו שפחה: ויתי
Gen. XXXVIII. 7. בעיני יהוה וימתהו יהוה
Gen. XXXVIII. 24. 25. יהודה הוצאוה ותשרף:
Gen. XLIII. 10. כי עתה שבנו זה
Gen. XLIV. 3. 4. המה וחמריהם: הם יצאו
Exod. III. 13. לי מה שמו מה

Exod

(b) Pertinet haec ad eam Cabbalam, quam Ebraei vocant ונרה *y ſpeculativam*, eamque *artificialem* ſeu *Symbolicam*. Vocatur *Notaricon*, נוט יקון, voc Latina derivanda a Notariis, teſte R. Nathane in Aruch, & Elia Levita in Tisbi. Diſtinguenda eſt a duabus aliis Cabbalae ſpeciebus נימטריאה & תמורה T. d. H.

Eod. IV. 3. ארצה וישלכהו ארצה ויהי
Eod. IV. 14. ידבר הוא וגם הנה
Eod. IV. 16. העם והיה הוא יהיה
Eod. XII. 15. 16. יום השבעי: וביום הראשון
Eod. XVI. 7. יהוה ונחנו מה כי
Eod. XVI. 22. נשיאי העדה ויגידו למשה
Eod. XXV. 23. ואמה רחבו אמה וחצי
Eod. XXVI. 21. 22. האחד: ולירכתי המשכן ימה
Eod. XXXVI. 26. 27. האחד : ול דכתי המשכן ימה
Eod. XXXVII. 10. ואמה רחבו ואמה וחצי
Lv. IV. 17. 18. הפרכת: ומן הדם יתן
Lv. V. 9. 10. הוא: ואת השני יעפד
Lvit. VIII. 15. המזבח אהה ואת הדם יצק
Lvit. IX. 9. המזבח ואצ הדם יתק
Lvit. IX. 9. 10. יסד המתבח: ואז החלב
Lvit. XIV. 25. 26. הימנית: ומן השמן יצק
Lvit. XXI. 22. הקדשים ומן הקדשים יאכל
Nm. I. 51. הלוים ובחנות המשכן יקימו
Nm. I. 51. הלוית והזר הקרב ימות
Nm. V. 11. כי תשטה אשתו ומעלה
Nm. V. 18. הוא וביד הכהן יהיו
Nm. XIII. 30. נעלה וירשנו אתה כי
Nm. XIII. 32. יושביה הוא וכל העם.
Nm. XIX. 12. השלישי וביום השביעי יטהר
Nm. XXIV. 13. טובה או רעה מלבי
Dit. IX. 19. 20. ההוא: ובאהרן התאנף יהיה
Dit. X. 7. הנדגדה ומן הנדנדה יטבתה
Dit. XI. 2. ידו החזקה וזרעו הנטויה
Dit. XXIV. 5. נקי יהיה וביתו שנה
Dit. XXX. 12. מי יעלה לנו השמימה
Dit. XXXII. 38. 39. סתרה: ראו עתה בי

Ex libro Estheræ.

Eh. I. 20. היא וכל הנשים יתנו
Eh. V. 4. יבוא המלך והמן היום

Esth.

Esth. V. 13. זה איננו שוה לי

Esth. VII. 7. כי כלתה אליו הרעה

§. 3. Circa hæc loca observari adhuc poter quod in Synagogis Judæorum a prælectore aut tius præcentore, si talia in lectione occurrant blica, voce intensiori atque altiori legantur, qu reliqua, ubi quandoque simul surgunt, stan que ea recitant, ad indicandam suam reverenti erga nomen hocce, uti monetur in libro illor rituali, מנהגים dicto, pag. 7. Et si hæc lo Scripturæ S. in aliis Judæorum allegantur libr vel punctis seu circellis designantur literæ illæ nales seu initiales, quæ nomen יהוה efficiunt, majori quoque exprimuntur figura, uti vide e in סדר תפלות Libro precum Judaicarum, A stelodami anno תסה (465) i. e. anno Chr 1705, in 4to edito, fol. כו, 26. col. 1. item loco ex Minhagim mox citando. Imo eo stu tiæ procedunt, ut putent, voces illas a se in cem non debere separari, si citandæ aut legen sunt, licet quoad sensum nullam habeant co nexionem. Hinc cum in Minhagim loc. cit. Veneris, & quidem vesperi, initium capitis cundi Geneseos v. 1. seqq. de institutione S bathi legendum præscribitur, ita ibi differit

„ Man hebet an יום הששי ויכלו השמים M

„ sagt darum יום הששי darzu / darum / d

„ der שם von ארבע אותיות (i. e. nomen te grammaton) von itlicher ersten Letter (Bu stabe) von die vier Worter ist. Und darum

„ het man auff / wenn man sagt die vier Wor

Porro quoque exinde varias quandoque elici explicationes, secundum consuetum illorum Sc turas interpretandi modum abstrusiorem; sic allegatus Men. ben Israel libro cit. pag. 172 voces istas, ex Deuter. XXX. 12, §. præcec

„ te jam productas, hunc in modum scribit: Qua-
„ tuor literæ principes (initiales) horum verbo-
„ rum faciunt מילה Mila, circumcisio; quatuor
„ extremæ formant venerabile Dei nomen Te-
„ tragrammaton יהוה ita ut eadem verba & quæ-
„ stionem & responsum contineant; quæstio est,
„ quis nos evehet in coelum? respondetur; Do-
„ minus per circumcisionem. Et interjectis pau-
cis addit: Hac regula multum hodierni aucto-
res utuntur, per quam ex variis S. S. locis non
sine causa, ineffabile Dei nomen elicitur. Sic
ישמחו השמים ותגל הארץ (Ps. 26. 11.) sunt יהוה
Dominus. Alias idem nomen inverso ordi-
ne scriptum reperitur, ut vox ab ultima ejus
litera incipiat: quod rigoris signum esse sta-
tuunt Cabbalistæ. Licet autem Judæi in ejus-
modi vocum conjunctione maxime sint curiosi,
que sub ea mysteria quædam latitare sibi imagi-
ntur; in genere tamen, si dicendum quod res
, secundum meam quidem opinionem, eam
intentione Spiritus sancti ad insinuandum sen-
m aliquem abstrusiorem sic esse enatam, asseri
n poterit. Unde quoque *Aug. Pfeifferus in
hesauro hermeneutico*, & quidem in Program-
te, quod appendicis loco editioni anni 1704.
jectum est, pag. 614. de loco Estheræ V. 4.
ubi talis vocum occurrit compositio, scribit:
Non facile dictu est, num talis literarum ini-
tialium positus casu seu per accidens contige-
rit: an ad insinuandum tacite nomen divinum
ab Esthera certo consilio sit delectus atque ad-
bitus.

§. 4. Denique fortassis circa hanc notare lice-
materiam, Judæos etiam ejusmodi quid in
s observare nominibus divinis. Sic in libro
quo precum Judaico, Francofurti ad Oderam

anno חסג 463. (ſecundum æram Chriſtianam anno 1703.) in 4to ſub titulo סדר תפלה, דרך ישרה edito fol. לה 35. col. 3. inveniuntur preces (תחנה), ex ejusmodi vocibus compoſitæ, in quarum literis initialibus nomina illa divina comprehenduntur, quæ & prout in arbore Sephirotharum cabbaliſtica (cujus ſchema aliquod videatur inter alios apud Joh. Ben. Carpzovium in diſſ 2da de Vacca rufa Cap. 2. §. 7. pag. 56. ibique citatos autores) alias exhibentur. Ut autem luſum illum Judæorum in nominibus divinis cognoſcere quilibet poſſit, adjiciam ex libro citato preces illas cabbaliſticas, quas tamen Cabbalæ imperitis precari interdicunt. Sic ergo ſonant

אתה הוא יהוה האלהים לבדך (כתר) יחיד המיוחד
(חכמה) יושב המרומם ומשגיח התחתונים (הויה
בנקודות אלהים הוא בינה) אל לכל נמצא (חסד)
אלהי האלהים (גבורה) יחיד המרחם ואוהב השבים
לפניך בתשובה (הויה בנקודת אדני הוא תפארת) שליש
צבאות עליונים ותחתונים (נצח והוד שומר דלים יחידיו
יסוד) אדון כל המעשים הבוחר , בתפלת עבדיו (מלכות).

i. e. Tu es ille Dominus Deus ſolus (*Corona* Sephira prima) Unicus & proprius (*Sapientia*, Sephira ſecunda) Sedens excelſus & proſpiciens in inferiores (Exiſtentia ejus in punctis אלהים, & hoc eſt *Intelligentia*, Sephira tertia) Deus fortis omnium, quæ reperiuntur (*Clementia*, Sephira quarta, quæ ab aliis גדולה *Magnificentia* dicitur) Deus Deorum (*Fortitudo* Sephira quinta) unicus amans & diligens eos, qui revertuntur ad eum in pœnitentia (Exiſtentia ejus in punctis אדני, ſed prolatum per אדני & hoc eſt *pulchritudo*. Sephira ſexta) Dominator exercituum ſuperiorum & inferiorum (*Æternitas* & *Gloria*, Sephira ſeptima & octava) Cuſtodiens pauperes, illorum unicus (*Fundamentum* Sephira nona) Dominus omnium

un

..a operum, eligens preces servorum suorum ..*egnum* Sephira decima.)

III.

..*heodori Jansſonii Almelovenii*
ad Cl. Virum
Johannem D'OUTREINIUM
de loco Cant. VIII. 5.
Epiſtola.

SUMMARIUM.

..rbor ſcientiæ boni & mali non *malus*, ſed *ficus* ... Unde opinio de pomo profluxerit. Ex Cant. ..5. elici non poſſe oſtenditur. I. Quia falſo ſup..itur Evam in Paradiſo peperiſſe. 2. Quia ni..im libere malus Salomonis transfertur in Para..im. 3. Errant qui hunc Salomonis hortum con..dunt cum paradiſo. 4. Quod fruſtra nuptiæ Sa..onis comparantur cum expulſione parentum ex ..adiſo. Illuſtratur locus Salomonis ex more vete..n mulierum pariendi ſub arboribus & exponen..iberos ſub iisdem. Imo ſub iisdem maritos cum ..ribus aut amaſiis ludere ſolitos. Jeſ. I: 29. Ez. .. 31.

..Ucundiſſimæ noſtræ conſuetudinis ac ingenuæ ..familiaritatis abſit ut officia aut jura vel ex ..parte violentur aut frigeſcant, cum, ſi non ..pore, licet equidem non longe ab invicem ..iti, queamus eſſe præſentes, ſaltem lingua ..ta, id eſt, epiſtoliis animi ſenſa poſſumus ex..nere. Evocaſti me tuis haud indoctis literis, ..bus quod nihil expoſuerim in hunc usque diem, ..n eſt, quod tibi, teſti oculato, pluribus expo..n. Cum itaque lætiora promittere videatur

 Deus,

Deus, nam ex longiore tempore jam stetit f
bris quamvis non prorsus resedit dolor, anii
relaxandi, tuisque ut jucundis, ita utilibus qu
sitis satisfaciendi ergo calamum arripui, peric
lum facturus numquid iis valeam in literis, qu
tu me scire mediocriter, nescio quo perduct
ferventi si non cœco in me amore, persuades
bi nimium facile. Morem itaque gerens, ut
conscius meæ in hisce imperitiæ statuo tecum
teneo fere firmissime non *malum*, sed *ficum* fui
arborem Protoparentibus a Deo sub pœna m
tis interdictam, quod ante decennium in specin
ne Antiquitatum è sacris profanarum pluri
scriptorum locis asseverare sum annixus, quæ
a me ad confirmationem adducta argumenta l
pidi velis adhibere Lydio, rigideque examinar
an sint valida, magnam profecto apud me init
gratiam, imo etiam, si vel levia ac infirma a
probandum ea conviceris. Unde vero vana h
Pontificiorum non modo, sed omnium prop
modum hominum opinio profluxerit *serpente*
aut potius diabolum Evam seduxisse malo, jux
vulgarem versiculum:

Adam primus homo damnavit secula pomo,
non ita facile investigatu est. Hanc saltem
Geneseos Capite III. elici posse omnino non v
deo, cum hic locus, uti probabiliter valde statu
ficum potius indicare videtur. Ex mancis, ru
bus, imperfectis illimatisque antiquorum h
velle petere versionibus, aut ex Concilio Tr
dentino deducere, videtur mihi plane extra ole
Qui ex allegato, quem dignissime perobscuru
vocas, Salomonis in Canticorum Cantico pe
vulgato loco suam confirmare allaborant sente
tiam prorsus a veritate aberrare videntur, idq
ob mox in medium proferendas rationes, quand
q

dem necesse non est latius explicare, quod si- prisci habuerint in deliciis, quum in Bene- tus Curtius in Hortorum libris, & præcipue nenæus in suis amœnissimis eruditorum con- iis abunde satis fecerint. *Prima* itaque, qua ndam hanc atque vanam impugno opinionem, o est, nimium audacter illos abuti sacra scrip- a qui statuunt Evam in Paradiso peperisse, d nullus unquam sanæ mentis concesserit, niam è contrario expressis verbis Moses dicat s expulsos ab Angelis è Paradiso primos pa- es fuisse, quam Adamus cum uxore consue- t. Quid si concedamus in Paradiso enixam em Evam sub tegmine arboris, quare non a istius arboris, illiusve fœtus mentio? quare nus post expulsionem adeo distincte notatus complexus? certe non aliam ob causam n ut constaret Adamum in Edene seu ciarum horto matrimonii blanditias sane non post casum gustasse. *Secundo* nimium libere um ex horto Salomonis transferunt in Para- m, quum solummodo Moses duarum vide- meminisse arborum *scientiæ* nempe *boni ac ma- li* & *vitæ*, quarum an altera fuerit *malus*, ulgus credit imperitum, & non ficus, nunc nicimus, altera an *vitis*, quod mihi quidem et, alias investigabimus. Verum hæ duæ mque in omnibus sacris bibliis, sive de po- p osperitate, sive de eversione sermo est, ar- compinguntur, uti 2 Reg. 18: 31. Hos. 11. *Tertio* valde errant, qui hunc Salomo- ortum confundunt cum Paradiso, imo quar- uod primarium est, quod hasce nuptias com- nt cum expulsione primorum parentum ex o Dei, quandoquidem in hisce nuptiis mala uam amoris symbolum (nisi malis ex more nuni, quo solebant malis finire cœnam; un-

 de

de proverbium illud, *ab ovo usque ad mala*,)
& in conviviis ſemper apponebantur idque cœl
tiſſimis, teſte Salomone, ex auro confectis in p
tinis, unde mihi perſuadeo, juxta inde exortu
ritum in coronis nuptialibus, quas apud ruſtic
etiamnum hodie videre licet, inter alia orname
ta, mala præ ceteris fuiſſe adhibita, ſed probal
lius longe erit aſſeverare hanc metaphoricam
cendi formulam deſumtam eſſe ex antiquiſſin
ritu, quo conſtat *ante domos factas aut in ca*
arboribus, aut ſpeluncis homines manſiſſe, aut p
tus excluſiſſe, auctore Servio ad *Virg.* Ae
VIII. v. 315. vel ex more expoſitionis, quo i
fantes ſub cavis arborum exponebant, uti ex S
tio probat La Cerda ad Virgilium, qui eodem l
co, apprime ad rem noſtram quod facit, doc
ſub arboribus antiquitus feminas parere ſolit
Loca, quod tibi forte ad manum non erit d
ctiſſimus commentator & ipſe exſcribam. Pr
eſt de expoſitione nobilis atque Regii infantis
Statii lib. 2. Theb.

Non tibi digna puer generis cunabula tanti,
Gramineos dedit herba toros e vimine querno.
Texta domus, clauſa arbutei ſub cortice libri
Membra tepent

Alter vero de partu ex eodem deſumtus
Auctore Theb. L. IV. v. 275.

Arcades hinc veteres aſtris Lunaque priores,
Agmina fida datis, nemorum vos ſtirpe rigen
Fama ſatos, cum prima pedum veſtigia tellu
Admirata tulit, nondum arva domusque nec ur
Connubiisque modus. Quercus Laurique fereb
Cruda puerperia, ac populos umbroſa creavit
Fraxinus, & fœta viridis puer excidit orno.

Huic præmiſit longe elegantiorem ex Hon
interprete, quem ſilentio præterire nullus poſſu

ta ait ille γυναῖκες τίκτουσαι ἐν τοῖς ὄρεσιν ὑπὸ τὰ κοιλώματα τῶν πετρῶν, καὶ δρυῶν ἀνέστρεφον εὑρίσκοντες δὲ τίνες ἐνόμιζον ἐκεῖθεν γεγενῆσθαι. *Parentes fœminae versabantur in montibus, sub cavis rupium & quercuum, qui vero invenerant, putabant inde genitam sobolem* (a) verum interea dum de feminis sub rupium cavis liberos dantibus describam loca, incidit mihi in mentem, etiam, licet ad eum, quem intendimus, non faciat scopum, simile quid de Hebraeis mulieribus apud Othonem (*Lexic. Rabbin. Philolog. pag.* 60.) legisse, cujus verba, ne quid desit, hisce subjungam. *Erant*, inquit, *deinde Hierosolymis quaedam atria, aedificata super petram, sub quibus erat* חלול *excavatio, ne ibi possent sepulchra fieri; in illa atria ducebant quasdam mulieres ut ibi parerent & infantes educarent, ut cum ibi securum*

(a) Eleganter eam phrasin explicat Statii interpretes Luctatius vel Lactantius ad eum locum: *Non quod de arboribus vere nati sint, sed quia adhuc non erat usus casarum, & in morem pecorum vagabantur. Filios autem suos, ait, arborum caveis aut concavis secubus contegebant, quos transeuntes arborum filios aestimabant*, Ita & Virgilius loquitur Aen. VIII. v. 315.

Gensque virum truncis, & duro robore nata.

Et Juven. Sat. VI. vs. 11, 12, 13.

Quippe aliter tunc orbe novo, cœloque recenti
Vivebant homines, qui RUPTO ROBORE NATI
Compositique luto, nullos habuere parentes.

Sed alia phrasis est, qua homines crudeles atque immites dicuntur ex quercu aut robore nati. Uti Aeneas loquitur Didoni apud Ovid. Her. ex VII. v. 37

Te laps & montes, innataque rupibus altis
Robora, te saevae progenuere ferae.

De qua phrasi vide ibi interpretes & *Erasmum* in Adagiis p. m. 556. T. D. H.

rum sit a contactu sepulchri mundi pueri, & proinde apti essent ad aspergendum pollutos a morticinio aqua purificationis &c. Ast hæc per parenthesin. Ex hactenus itaque dictis constat ethnicorum feminas sub arboribus fœtus profundere olim consuevisse. Addam nunc etiam sub iis maritos cum uxoribus aut meretricibus ludere solitos. De Luna cum Endimione refert Calaber,

ἧς ἔτι νῦνπερ
Ἐυνῆς σῆμα τέτυκται ὑπὸ δρυσίν.

hujus etiamnum
Tori monumentum exstat sub quercubus.

Quod an Hebræis non in usu quis ausit negare. Saltem perquam verisimiliter hæc eliciuntur ex Esaiæ (*I*: 29) verbis, quibus docet illos ad scortandum *hortos* elegisse. Imo Jeremias dicit id sub omnibus arboribus factitatum; fortassis quod ex earum inflexis colligatisque ramis seu flagellis casas confecerint, quales singulis in plantis, ut & viarum capitibus construxisse iis exprobrat Ezechiel. *XVI.* 31. sumpto a gentilibus more qui Priapo in hortis sacella ædificabant, uti nos docet Tibullus & *Sciopp. in Collectan. in Priapea.* Huic valde apta erat malus, utpote maxime patula atque densa, ut nihil de gratissimo cum florum tum fructuum odore flagranti dicam, quo ex amore decumbens jam sponsa desiderat refocillari. Hac itaque umbrosa sub malo, qua admodum delectabatur sponsus, potuit fieri, ut gurgustium habuerit sponsæ mater, in quo illam conceperat, atque ediderat, tamquam in loco remotiori ac securo, (muris enim veterum horti erant circumsepti) ubi licet virginibus maritatisque paullo liberius agere, nec aliter fere, ac si in cubiculo forent, sese gerere, id namque obtinuisse videor mihi posse demonstrare ex lotione

Bat-

thsebæ, ut & Susannæ, quæ in horto se plane nudavit ac de admisso sub arbore adulterio fuit accusata. Ex lusu, nam quod ea vox significet in re venerea dudum didicisti ex lusu Isaaci cum uxore Rebecca, quod vel in horto vel saltem loco regi Abimelech conspicuo accidit. Quibus omnibus accurate perspectis examinatisque non video, quî quis hæc vel verisimili aliqua specie possit ad historiam Evæ referre, cum è contrario ex dictis jam constet, hanc Salomonis loquendi formulam plane nuptialem, ideoque paullo liberiorem, illas nuptias, aut saltem temporis illius haud obscurum morem ritumve respicere. Concidit itaque instar domus non bene positis superstructæ fundamentis inveterata hæc vana non minus, quam ridenda explodendaque Pontificia, (nam ex eo fonte, uti plurimæ aliæ fabulæ atque superstitiones profluxisse nullus dubito,) opinio, Adamum Evamque pomo i. e. malo fuisse primùm illuctos. Pluribus ac stylo fortassis paululum cultiori hanc jucundam fuissem prosecutus materiem, verum corporis summa debilitas animi vigorem non tantum ex parte exstinxit, sed ne residuas quidem scintillas nisi ægre admodum permittit residere. Hoc itaque Catone esto contentus, donec Deus & dies nobis meliora. Dabam Gaudæ in Batavis a. d. IX. Kal. Novemb. cIↄIↄcxcv.

IV.

GEORGII SCHAUBII

Dissertatio

DE

Muliere *Samaritana*, sexto Vi

copulata,

in Joh. IV: 18. sqq.

Πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες. Καὶ νῦν ὃν ἔχεις οὐκ ἔστι σου ἀνήρ.

SUMMARIUM.

§. 1. Dissertationis ratio traditur. §. 2. Proponit Grotii explicatio, quæ §. 3. 4. 5. 6. & 7. exan natur & infirmatur. §. 8. In sententiam Hue inquiritur, quæ §. 9. ventilatur & rejicitur. 10. Nostra tandem §. 11. subnectitur interp tatio, in fœminam absolutoria. Dum §. 12. 1 ejus probitas commendatur. §. 14. Dubia solvu tur. §. 15. Crimen in maritum cadere ostendit & §. 16. demonstratur, ejusmodi flagitiosos oli tituli aut nominis dispendio fuisse punitos.

§. 1.

IN his verbis Servatorem nostrum figurate l qui, cuivis statim ad oculum patebit, consid ranti, Christum statim negare, quod modo co cenerat, non quidem in totum, sed in quantu quo dicendi genere, pio & attento lectori plu meditanda, aut etiam verum sensum scrutandu & ex circumstantiis colligendum relinquit. Ali qui

quippe insignem contradictionem implicare videntur. Id ipsum autem, quod lectori libertas sentiendi & facultas hariolandi super his verbis concessa sit, effecit, ut varii varia commenti sint, pro suo lubitu. Quamobrem expediet, historiæ & colloquii circumstantias exacte trutinare, ac proinde de vero, saltim probabiliore sensu verborum pronuntiare. Quod, ut bene cedat, juvabit sub examen revocasse quorundam opiniones, & dein nostram subnectere, quæ hæc est: Hanc elocutionem incidere in figuram Græcis συνοικειώσιν, Latio vero Communicationem adpellatam, qua aliquid concessum, statim certo sensu rursus negamus, ut verbi causa Græci dicunt, γάμος, ἄγαμος, δῶρα, ἄδωρα.

§. 2. Prima sententia nititur authoritate illustris Grotii, ad h. l. ita scribentis: *Quinque viros habuisti* (inquit Ch.) *& nunc quem habes, non est tuus vir. Quinque habes, a quibus te divortio contra legem Mosis liberasti. Nam ea lex permittebat marito uxorem dimittere, non autem uxori discedere a marito, quod tamen posteriorum temporum mos introduxerat, ut apud Josephum videre est, qui notat exemplum primum, unde is mos cœperat. Quem nunc habes non est vir tuus, nimirum ut ego accipio, quia alii viro obligata adhuc tenebatur, non accepto libello dimissionis.* Hæc Grotius. Differit vero hac de re Joh. Seldenus *in Ux.* Hebr. l. III. c. XIX. p. 317. sqq. Num vero expositio Grotiana omnium ferat calculum, non sine causa dubitamus. Saltem Josephi relatio, si accurate illam pensites, hanc sententiam vix reddit probabilem. Hæc enim Josephi verba, ni totus fallor, respexit. *Hunc (Costabarum) Herodes, quamprimum regnum adeptus est, Idumeæ ac Gazæ præposuit, data in matrimonium Salome, sua*

so-

forore, cujus maritum Josephum ipse interfecerat, ut jam dictum est. Ea felicitate præter spem oblata, inflatus ille paulatim ad tantam insolentiam progressus est, ut Regis imperata detrectaret, indignum ratus, Idumæos servire hominibus, quorum sacra & religionem acceperant. - - - Orto deinde inter Conjuges dissidio, Salome illi mittit libellum repudii & matrimonium dissolvit, non secundum leges Judaicas. Marito scilicet apud nos hoc licet facere; Neutiquam vero uxori, quæ sponte abierit nubere, nisi prius a marito dimittatur. Verum illa magis ex propria licentia, quam communi jure fecit divortium, & ad fratrem se conferens, ait se prætulisse fraternam benevolentiam conjugali fœderi.

§. 3. Jam supra negavimus, verba hæc Josephi sententiam Grotii vix reddere probabiliorem Nam uxoris regiæ factum vi patratum, inferioris sortis mulieres fuisse secutas, quis sibi persuadeat? Unicuique historiarum perito facile sedebit animus, Salomen ob sublimem conditionem, dominium præripuisse marito. Eundem fere in modum, quo inter Muselmannos hodiedum agitur. Horum enim Monarchæ, quo sceptrum firment, pro ratione status, summos Ministros regnique primates præsertim adfinitate satagunt devincire, sibique jungere. Itaque ipsis sororem, filiam aut cognatam copulant, qua benevolentia honoreve favorem illorum & fidem captant, simulque prospiciunt, ne hi deterius quid in se moliantur. Quia mulieres plerunque cum nostra Salome fraternam charitatem amori conjugali præferre solent, & virorum consilia deferre. Hunc etiam Herodi sedisse animum, suspicio est non injusta. Istiusmodi vero matrimonio semper hoc indivulse adhæret onus, ut scilicet mariti his mulieribus relin-

linquant dominium, & perpetuis eas pascant blanditiis, ne Dominum vel verbulo irritantes, Regis inclementiam, in sui capitis periculum, incurrant. Mirum ergo non est, ejusmodi conditionis mulierem hanc potestatem non jure sed vi affectasse, quæ sperabat, sub fratris umbra tutam vivere vitam. Ast vilioris conditionis uxores illam imitatas esse, nec plura exempla docent, nec sanior ratio suadet. Opinemur, maritos nequaquam satis habuisse, si mulieres in facti justificationem allegare voluissent, sibi favere exemplum Salomes. Quis credat, eos fuisse passos, ut uxores sibi hanc dominii evidentissimam tesseram è manibus extorquerent, cum cæteroquin constet, Orientales populos uxores vel servilem in modum habuisse.

§. 4. Erant videlicet mariti ipsis in בעל Dominum, ἡγεμόνα, Ducem, præfectum, qui omnibus vitæ earum actionibus ponerent terminum, morosum plane in modum. Acceperant dominium non quidem adeo ex Jure naturæ, quo de bene disputavit Arnold. Pagenstecherus, sed ex statuto divino Eph. V. 22. *Fæmina, quia nescivit bene imperare, discat bene regi*, monet Chrysost. *hom.* XVI. Nunc hæc mulierum vox est, cum Didone apud Virgil. Æneid. 4.

- - *Liceat Phrygio servire marito.*

Novimus quippe, ut Euripides in Andromache docet

- - Τὴν ἡγεμονίαν τῶν ὅλων τὸν ἄνδρ' ἔχειν,

- - *Penes virum esse omne imperium.*

Quapropter etiam vir apud Hebræos non minus ac Gentes κατ' ἐξοχὴν *Dominus* adpellitabatur. conf. Cel. Lampii *Comment. in Ps.* 45. p. 406. seq. Solis ergo Viris jusque fasque erat uxores levi de causa repudiare: parum læsi aut irritati è domo pelle-

lebant. Teſtatur ipſe Dominus Matth. IX. 8. Moſen, ob σκληροκαρδίαν tantum Hebræorum, non quidem adeo in Deum, quod quoque inficiari nolimus, ſed maxime in uxores, uti quidam recte ſentiunt, iis conjuges dimittendi licentiam conceſſiſſe. Nam Gens illa indomita in libidinem quovis modo ruebat, conjugesque peſſime habebat, quando male in eas erat animata. Sed, quæ turbarum abyſſus, quis rixarum finis, quis tandem diffidentiæ terminus fuiſſet, quando mulier, non minus ac maritus jure repudii fuiſſet uſa?

§. 5. Concedamus etiam apud Gentes obtinuiſſe reciprocum repudium, quod innuere videtur quibusdam Ovid. C. II. de Amor p. 296. hisce:

Lite fugent nuptæque viros, nuptasque mariti,
Inque vicem credunt rem ſibi ſemper agi.

Quæ ſolemnis divortii eſt formula: Res tibi tuas agito aut habeto: Ab horum tamen uſu ad Palæſtinæ incolas argumentari vix licet: Quod ſi mulier noſtra pro jure & licentia recepta maritum dimiſiſſet, utique jure & legitime alteri copulari potuiſſet. Rurſus, ſufficere potuiſſet ut mulier libellum ſibi denegatum, ipſi marito mitteret. Verum enim vero, credamus potius Judæis ac Samaritanis idem, quod Avicennæ, Arabum Philoſopho famigeratiſſimo, placuit, cum ita ſcribit; *tract.* 10. *Metaphyſ.* c. 4. *Conſuetudo non fit niſi diutina familiaritate; Hæc autem firmior dicitur eſſe ex parte mulieris, ne habeat poteſtatem cedendi a Viro, quando voluerit. Ipſe enim eſt facilis ad iraſcendum & ad concupiſcendum. Unde oportet ut liceat Viro aliquando dimittere uxorem. Alioquin multa damna provenient. Poterunt enim talis naturæ eſſe conjuges, ut quo magis cogantur ſimul manere, magis oderint ſe, & proveniat inde maximum malum.* &c. §. 6

§. 6. Nonnihil roboris huic ſententiæ etiam ac-
dit ex illo Rabbinorum commento dicam , an
ra hiſtoria? Videlicet in libro Zoh r dicto , tes-
i Seldeno loc. cit. non ſemel legitur , velut ex
ajorum traditionibus acceptum morem fuiſſe
raelitis, דע אלו לקרבה לא עאל חד מניהון עד דאפטר
בגט לאנתת *Quotquot in militiam profecturi
ant, non ante proficiſci, quam libello uxores di-
rſerant.* Sane celeberrimi Rabbini Salomon Jar-
ius atque David Kimchius diſerte annotant ad
riæ hiſtoriam 2. Sam. XII. iſtum morem fuiſſe
Majoribus agnitum , *quemlibet in militiam
ofecturum , ſolere libellum divortii ſcribere uxori
e , non aliter tamen vim ſortiturum quam ſi in
llo periret.* Inde vero etiam vim habiturum למפרע
e retro, à tempore, quo traditus eſt, ut nempe
luti matrimonii commoda , qualicunque ab eo
mpore uxori ſic dimiſſæ jam cederent. Certe
obabilitatis ſpeciem non fugit iſta traditio, nam
edibile eſt, Judæos in favorem liberorum hunc
orem uſurpaſſe, ne ſcilicet labe materni viola-
aut contaminati matrimonii affricarentur inſon-
: Nec hiſtoriam Davidis his adverſari, loquun-
r circumſtantiæ, nam niſi Bathſeba libello fuiſ-
donata , ad exemplum Salomeh à marito po-
iſſet divertere, idque jure prætenſo. Adeoque
uſa vix fuiſſet, cur David Uriam curaret inter-
iendum, ſi modo uxori perſuaſiſſet maritum ſo-
ni libello dimittere. Porro ſi libellus redeun-
marito vanus & incaſſus fuit, evidenter con-
re mihi videor, mulieres omni jure virum re-
diandi fuiſſe privatas; Itaque Rabbinis adſtipu-
i nullus dubito, dicentibus, Davidem eam ob
uſam Uriam voluiſſe necari, *ut ita pro dimiſſa
eretur retro à tempore libelli dati, adeoque adul-
ii reus non foret.* Cogitandum enim, quod vi
Bath-

Bathſebam potuiſſet retinere, ni adulterii ſuſpicione atque labe ſeſe optaſſet abſtergere.

§. 7. Novi quidem aliud fere obtinuiſſe temporibus N. T. poſt Chriſti præſertim aſcenſum glorioſum. Notiſſima eſt hiſtoriola S. Theclæ Ap. Pauli diſcipulæ, Ethnici viri ſponſalibus renuntiantis, item alius uxoris Chriſtianæ, quæ etiam pietatis cauſa marito tum infideli tum flagitioſiſſimo, qui abſceſſerat, τὸ λεγόμενον πάρ' ὑμῖν ῥεπούδιον δοῦσα, ἐχωρίσθη dedit *id, quod apud vos repudium nuncupatur*, *adeoque divortium fecit*. Hæ fœminæ dubio procul uſæ ſunt regula D. Pauli 1. Cor. VII: 12. qua omnino conſtare videtur uxorem non minus ac maritum poteſtate alterum repudiandi polluiſſe. Aſt principio obſervemus, hunc morem eo tempore non obtinuiſſe, quo Chriſtus mulierculæ loquebatur, deinde ea tum Chriſtianæ fidei nondum erat addicta, tertio Apoſtoli ſermo eſt de his, qui jam contraxerant matrimonium ante converſionem, unde his libertas videtur præciſa, qui poſtea conſulto Ethnicam in thorum recipiunt, nam & hoc quodammodo jam improbatum eſt, dehortatione Apoſtoli, etſi enim hujusmodi conjugium licitum, non tamen honeſtum eſt. (vid. D. Wagner. *Diſp. de Jur. Liciti ſed non honeſti*, *ſub præſ. Cl Stryk* p. 28. p. 37.) periculum enim eſt, ne fidelis ab infideli à vera via abducatur, ſpes converſionis incerta, alter alium in adverſis ſolari aut in pietate excitare nequit. Quomodo autem tale conjugium erit imago communionis Chriſti cum ſua Eccleſia? Porro hodienum experientia teſtatur, mulieribus eſſe licitum, pacta conjugalia cum viris diſſolvere, ſed non niſi graves & ſonticas ob cauſas, nempe ob deſertionem, impotentiam hæreſin apud Pontificios, & adulterium, quia iſtud hodie non amplius ubique eſt capitale, id-

que

que legitimo modo, videlicet ut Judicium Ecclesiasticum de casu judicet & sententiam ferat. Credibile ergo est, jam sub incunabulis Christianismi mulieres huic nimium indulsisse licentiæ, cui obicem ponere voluit Imperator Constantinus, ut est in Cod. Theodos. l. 3. tit. 16. ad Ablavium: *Placet mulieri non licere propter suas pravas cupiditates marito repudium mittere exquisita causa, velut ebrioso, aut aleatori aut mulierculario. Nec vero maritis, per quascunque causas uxores suas dimittere. Sed in repudio mittendo, hæc sola crimina inquiri, si homicidam, vel medicamentarium, vel sepulchrorum dissolutorem maritum suum esse probaverit, ut ita demum laudata omnem suam dotem accipiat. Nam si præter hæc tria crimina repudium marito suo miserit, oportet eam usque ad aciculam capitis in domo mariti deponere, & pro tam magna sua confidentia in insulam deportari &c.*

§. 8. Secundam aut alteram sententiam, Grotianæ haud absimilem sibi vendicat Huetius, qui de nostra ita judicat in *Demonstr. Evang.* prop. X. c. 147. §. 4. p. 977. *edit. Amstel. Tacitas Judæorum cogitationes perspectas habuisse Jesum, non semel affirmant Evangelistæ: Hoc ipsum de se jactat Apollonius. Secretos Samaritanæ mulieris concubitus vi divina cognoscit Christus Jesus, & redarguit apud Johannem, eamque ad meliorem frugem convertit: Apollonius incesti a divite quodam Cilice cum privigna admissi nullo monente notitiam habuit.* Circa hanc sententiam multa sunt in animum revocanda; Videlicet, cum Christus hominem istum, maritum reapse fuisse non plane negavit, sententia Huetii eousque procedere non potuit, ut mulierem nostram scortum publicum, stipis mercenariæ causa se prostituens, statuminaret,

ret, ſed quavis ratione tantummodo fuiſſe conjugii aliquam ſpeciem, oportet. Quare neceſſe eſt, ſtatuerit ille, vel fuiſſe conjugium eorum, matrimonium conſcientiæ, Gallis *Mariage de conſcience* vocatam; (Nam Chriſtus diſſimulare & crimina tegere haud edoctus, alias adulterii publice eam egiſſet ream, ſi mœcha fuiſſet.) Eſt autem illud matrimonium occultum, quod illuſtris (*plerumque*) perſona cum fœmina vilioris conditionis contrahit, ea conditione, ut neuter alterius ſe conjugem dicat, ſed hoc omnimodo celetur, cum forte ob rationes quasdam politicas & arcanas id publicare non expediat. Ejusmodi itidem matrimonium pro juſto & vero haberi poſſe, ajunt quidam ICti, individuam ſaltem vitæ conſuetudinem poſtulantes, confer Chriſt. Beneman Diſp. *de Nat. matr.* ſub præſid. Cl. Sam. Stryk. §. 54. Aut hoc matrimonii genere ſepoſito, neceſſe eſt, fuerit concubinatus Orientalibus populis perquam conſuetus, qui tamen iſtis non clandeſtinus nefariæ conſuetudinis uſus ſed publicus convictus eſt. Erat quippe concubina aut pellex non ſcortum, ſed uxor ſecundaria, ancillarum ſæpe vicem ſuſtinens, & corporis curandi gratia adſumta. Conditionem ſimul & differentiam pellicem inter & legitimam uxorem ita tradit Paulus leg. 144. de Verb. ſignif. *Libro memorialium Maſſurius ſcribit, pellicem apud antiquos, eam habitam, quæ cum uxor non eſſet, cum aliquo tamen vivebat: Quam nunc vero nomine amicam, paulo honeſtiore concubinam appellari. Granius Flaccus in libro de Jure Papiriano ſcribit, pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui uxor ſit, corpus miſceat. Quosdam eam, quæ uxoris loco ſine nuptiis in domo ſit, quam παλλακὴν Græci vocant.* Ὡς ἐν παρόδῳ, heic notaſſe juvabit, amicam ut ſexcenties apud Ovid. oc-

occurrit, ſic & in Romanorum ſcriptis, præſertim vero in Codice Juſtinianeo, pro meretrice & ſcorto venire. Ergo differentia uxorem inter & pellicem adeo magna non fuit, atque inter amicam. Nam & illæ interdum in legitimarum numerum a maritis adſcitæ ſunt, ut canit Ovid. Ep. IX. p. 56.

Forſitan expulſa Ætolide Deianeira,
Nomine depoſito pellicis uxor erit.

Ultimam deſcriptionem probat etiam Hebræus & hujus moribus haud abludens Samaritanus. Didiciſſe hæc licuit ex Gemara §. VIII. inter Excerpta Cocceji c. II. f. 50. מאי נשים ומאי פילגשים אמר רב יהודה אמר רב נשים בכתובה ובקדושין פילנשים בלא כתובה *Quid uxores, quid concubinæ? Ait Raf. Uxores dotali inſtrumento & dotalibus. Concubinæ ſine his.*

§. 9. Quæres tandem, an priore matrimonii genere, nempe occulto ſeu conſcientiario fuerit ipſa mulier Samaritana? Quod minus probabile eſſe, cauſæ ſunt, cur pronunciemus. Ad noſtras leges civiles, Chriſtianismum habentes pro fundamento, illiusque diſciplinam, ſi metiamur hoc matrimonium, legitimum iſtud appellaſſe, nefas erit, ſiquidem præter copulam carnalem, neceſſario ſacerdotalem prærequirunt. Aſt jure Romano utique legitimum & juſtum judicari debet, iſtud enim hanc matrimonii deſcriptionem ponit abſolutiſſimam §. 1. Inſtit. tit. IX. de patr. poteſt. *Nuptiæ autem ſive matrimonium eſt viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens.* Conjunctio dicitur, ut ita conſtet, conſenſu iniri & conjunctione conſummari, ad vitæ conſuetudinem, quæ, quia ex animo & corpore conſtat, requiritur etiam conjunctio animorum & corporum, non quidem ad certum

 tem-

tempus, ſed perpetua & individua. Quamvis autem Cl. Strykius aſſerat, hoc conjugii genus patribus Orientalibus eſſe uſitatum, idoneis teſtibus ſuffultam cuperemus ejus ſententiam. Nos penitus id effugit. Nec credibile eſt, quia minus neceſſarium. Lex enim Hebræis & reliquis Orientalibus tunc temporis ſatis abunde velificata eſt, polygamiæ permiſſione; Non quidem illa lege divina fuit conceſſa, ſed Deus μακροθυμῶ eorum tulit σκληροκαρδίαν, & meliore jure Spencerus hanc inter ea privilegia referre poſſet, quibus Deus Iſraelem durum ſibi jungere volebat Hanc autem conſuetudinem tractu temporis ir legem quaſi converterunt, Deo ita ferente. Quare cum polygamia ipſis amplius non fuerit pro broſa, non videmus cui uſui matrimonium clan deſtinum quiſpiam inierit, dum id publice liceret. Quid impediet, eam publice in torum aſſumere & in thalamum introducere, quam clan ſumptuoſis ſtipendiis alere, cujusque favoren emercari debes? Noſtram vero, ut illuc redeamus Illuſtris aut divitis libidini inſerviiſſe, non crede cui acetum eſt in pectore. Mulierculam quipp quinque jam viris conſuetam, rugis annisqu forte obſitam, quis magno mercabitur? Taler etiam diſſolutiſſimæ ſit libidinis oportet, Vene furtivæ ſenem adhuc operam dantem. Quæ viti noſtræ adhæſiſſe, ex colloquio cum Jeſu conji cere, non nobis licet.

§. 10. Supereſt igitur, juxta Huetii ſenter tiam, pellicis vicem ſuſtinuiſſe noſtram. Aſt ne hæc firmis ſtat talis ſententia. Siquidem concu binatus pro legitimo & licito habebatur conjugic Non turpe erat uxori uxorem ſuperinducere, ne proles pellicum ſpuria cenſebatur, ſed legitim Hebræi procul dubio ejusdem cum Ægypti

fuerui

ierunt animi, de quibus Diod. Sic. L. I. p. 2. narrat: *Solum patrem generationis auctorem esse, matremque alimenta tantum & locum infan- præbere arbitrantur. Arbores etiam qui fructum ferunt, mares, sed quæ non ferunt, fœminas appellarunt.* Et quamvis pellices solenniter in thalamum haud introducerentur, nam carebant nuptiis & dotali instrumento, publice tamen cum maritis consueverunt, & viros vel Dominos maritorum nomiue compellabant. Hoc si ita est, nec mulier maritum *non suum*, nec ipse Christus dicere potuisset. Nam pellex more patrio maritum pro legitimo habebat, nec hujusmodi matrimonii se pigere testabatur. Cogites forsan, Christum hisce verbis pellicatum voluisse reprobare, iniquum censere & declarare, sed scias etiam, quod Christus hoc apertis verbis fecisset, cujus rei ne minimum quidem apparet indicium. Et posito, non concesso, Jesum id intendisse, tum demum constat, mulierem ex composito maritum non vocitasse *non suum*, ob pellicatum, cum hic ipsi peccatum non erat, nec confiteri solebat extraneo. Porro observemus, fœminam eo, quod Jesus loquendi suum modum approbavit, motam, ut ipsum crediderit prophetam v. 9. non quidem eo sensu, quod, ut fert præcipue munus propheticum, futura prædiceret, aut veritatem doceret, sed quod occulta ejus fata, aut item homini peregrino minus nota, indicaret, nempe illam quinque jam Viris fuisse copulatam, sed nunc male à viro improbo haberi. Tertia denique sententia est D. Deusingii in Parab. *de Div. & Laz. quæ adnexa est Comment. in Decal.* p. 306. si thesin comparationis spectes, nobis etiam contrariatur, sed ex dictis facile dijudicari potest, brevitatis studio eam omittimus.

§. 11. Hisce pensiculatis, nostram tandem sententiam subnectere tempus est. Justificare improbum & calumniari insontem, nobis esto piaculum. Veruntamen, cum nihil in hac reperiatur historia, quod clare & manifesto mulierem, & quidem præcise solam culpæ arguat; plura dicam, cum evidentissima offendantur indicia, quæ fœminæ probitatem loquuntur; Non abs ratione proclives sumus, illam impacta calumnia & culpa liberare, maritum vero ut improbum flagitiosumque incusare, cui indigno justis ex causis mariti titulus denegatus est. Nam alteruter horum conjugum in culpa sit, necesse est, cum vero mulier sit insons, ejusque innocentia manifeste patet ex eo, quod insimulatum crimen vix potuerit admittere, crimen in solum virum cadere oportet. Hanc sententiam ita probatum ibimus, ut 1. ostendamus, complura signa uxorculæ probitatem spondere. 2. Solvendo aliquot objectiones aut dubia. 3. Inquirendo, quo scelere titulum amiserit maritus. 4. Exemplis probando, hujusmodi pœnam nec apud profanos nec sacros Scriptores fuisse inusitatam.

§. 12. Principio examinare juvabit signa, quæ mulieris nostræ probitatem ac pietatem prodere videntur: Ubi præsertim illud haud spernendum existimamus, quod talem nostra foverit conceptum de futuro Messia, qui vero Judæo erat dignissimus. Sperabat illum prophetam, qui populum suum ducturus sit in omnem veritatem, qui imo qui omnem externæ religionis defectum abrogaturus sit, cultum carnalem in mere spiritualem convertendo, quod pervicax Judæus vix ac ne vix concedere sustinet. Dein suam probitatem non parum eo commendavit, quod civibus suis, vicinis & notis narraverit ea, quæ Chri-

sti

lus sibi locutus erat, at quando illam adulterii, scortationis &c. ream egisset, credibile neutiquam esset, mulierem eo dementiæ aut stoliditatis processisse, ut propriam turpitudinem retexerit. Porro nostra, etsi à vera, id est, Hebræorum religione, longiuscule erat abalienata, fidem tamen penitus amisisse, ne credamus. Possemus potius cum D. Hommelio, Inspect. Semin. Isenac. eam annumerare fidelibus extra Ecclesiam Judaicam dispersis. Hoc quidem inficiari nequimus, illam patriis ritibus & cultui paulo pertinacius adhæsisse, at quid mirum? cum plurimi fideles ex Judæis conversi id quoque fecerint. Sed attendamus potius ad ejus de rebus spiritualibus notitiam, observemus ejus, salutis æternæ cupiditatem. Christi sapientem & spiritualem sermonem demirans, ita fere secum ratiocinabatur. Nobis quidem persuasum, Samaritanis veram concreditam esse religionem, ast heic videre datur, hominem ex Israel scire occulta, prædicere futura, quæ a Deo esse, quis non fateretur? oportet igitur, ut illis solum data sit facultas Deum bene cognoscendi; In stuporem itaque dejecta quærit: *Patres nostri in hoc monte* (Garizim) *adoraverunt, & vos dicitis, quod Hierosolymis locus sit, ubi adorare oportet.* Cui quæstioni bene satisfacit Doctor veritatis, Duxque salutis v. 21-24. Ast ecce facilitatem mulieris, qua annunciatam veritatem excepit, ecce fidem qua Salvatorem amplexari anhelavit! *Dicit ei mulier, scio, quod Messias venturus sit, qui dicitur Christus, cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Jesus, Ego sum, qui loquor tecum.* Vix hæc verba protulerat filius Dei, cum *reliquit mulier hydriam, & abiit in civitatem & dicit illis hominibus: Venite & videte hominem, qui dixit*

mihi omnia, quæcunque feci, nunquid ipse est Christus? Ast, quis tanta à scorto, ab adultera, prostibulo lascivo, quorum criminum nostram insimulare fuerunt ausi, sperare velit? Certe non est ulla communio Christo cum Belial, luci cum tenebris. Hypocrisin forsan nuncupes nostra confessionem, & vanus eris; nam extraordinari ejus & singularis exultatio super Messia invento quando urceo relicto vicinosadierit, ejusgloriam deprædicans, aliud plane suadet, & meliora d ea sentire jubet. Quin imo hujusmodi hypocri sis ejus interitum aut saltim multa incommod accersere potuisset, quando vicini in eam animad vertere voluissent, eo, quod alienigenæ, alia sibi execrato, adhæsisset. Quamobrem potius ad miremur ejus in admittenda veritate proclivitatem & quod tam prona aure Domini jussa hauserit juxta Messiæ postulatum, Ps. 45. 11.

§. 13. A vero non aberravero, existimans nostram mulierem non solum conscientiæ fuisse tenerrimæ, sed & temperamenti mollioris, atque ad pietatem flexibilioris. De nihilo non est quod Ecclesia N. T. tot toties que sub fœmina aut filiæ schemate adumbretur. Certe Deus in spirituale suum conjugium, nonnisi animos humiles, pauperes, contritos atque depressos accipit, superbos autem, elatos, suoque Spiritui reluctantes contemnit, rejicit, conterit. Muliebre vero genus esse pleruнque animi demissioris & humilioris, testatur experientia. Harum enim scientia præ Virorum est magis determinata, cum Viri plerumque sint prurientis ingenii, adeo u vix lubentes admittant, quod vulgo creditum est eam potissimum ob causam, quo sapientiæ gloriam adipiscantur, aut aliis ingenio præcellere videantur. Dein viri quoque difficilius adiguntur

ut

it Christo ceu Domino & marito sese subjiciant, cum ipsi Dominos se esse norunt. Mulier autem nihil magis natura sua cupit & quærit, quam dependere (a) a marito & Domino. Adeat lector de temperamentorum usu, pientissimum & in casibus theologicis valde exercitatum Virum Theod. *Untereyck*, in *Stulto Atheo*. P. I. c. XV. p. 279-321. Hoc saltim irrefragabile est, non eadem Deum uti ratione in conversione hominis, Petrus ad nutum sequebatur Christum. Verbulum *descende* Zachæum quibat commovere, at Paulus tunc Saulus, non nisi fulgure perculsus, Christo victas dare volebat manus, postremo in auxilium vocemus ICtorum regulam æquissimam, charitatique christianæ convenientissimam. *Tamdiu quisque præsumitur bonus, donec probetur contrarium.* Cum igitur nostra impacti criminis convinci nullatenus potest, optime succurrit illud Pauli l. 4. ad Edictum. §. 4. *Mulieribus tunc succurrendum est, cum defendantur, non ut facilius calumnientur.*

§. 14. Duo sunt quæ nostram labefactare posse videntur sententiam; 1. ipsa mulieris confessio v. 29. & 39. *Quia dixit mihi omnia QUAECUNQUE FECI:* Ast regerimus, non esse credibile, quod Christus præter hæc verba, nihil amplius cum fœmina collocutus sit, quæ mulier hac confessione respicere potuit, sed posito, illum verbum amplius non dixisse, hæc nihilominus ad supradicta debent decidi & dijudicari, quod scilicet impacta crimina patrandi vix fuerit nostræ facultas. Quare postremo verus sensus seipsum prodit, nempe uxorculam his nihil aliud velle, quam quod Christus ipsi narraverit ejus fata, vel omnia quæ sibi unquam contigerant. Certe, ma-

 tri-

(a) Credat Judæus Apella: Non ego --

trimonium non erat omne illud quod tota v fecerat, & nimium inepta fuisset nostra, si scel ra & flagitia absque ulla necessitate urgente pr didisset; Similis locutio est Flavii Josephi, q postquam omnia fata, quæ sibi contigeran enarraverat, omnia, inquam, a se gesta & aliis, si modo personam suam quocunque mo spectabant, vitæ descriptionem ita finit: *Domi porro Cæsaris uxor nunquam mihi benefacere a stitit. Hæc sunt, quæ per omnem vitam A M GESTA SUNT, ex quibus qui volet, de morib meis judicet.* 2. Quod sententiam nostram infi mare possit, est, quod nostram mulierem sex vice repetitum conjugium lasciviæ aut libidin abunde arguat, aut id ipsum etiam indicet, n stram mariti mortem antevertisse, & alteri nup sisse. Sed omnino bene egit uxor, quod matri monium juxta monitum Pauli inierit, cum scir se carere dono continentiæ, dein vero non inau ditum est, mulierem sæpiuscule nupsisse. Uxo in Evang. Marc. XII. 22. septimo, Sara fil Raguelis octavo copulata est viro. Tob. VI. VIII. Nostro ævo contigit quoque non mod mulieribus, sed & viris & quidem doctis quin quies aut sexies nubere. Th. Beza tertiam, Jo Winkelmannus, Franciscus Junius, & Janu Gruterus quartam, Balth. Gockelius quintar & denique Calovius sextam uxorem in toru adscivit. vid. Bernhard *Hist. Erud.* p. 306.

§. 15. Hæc cum ita sint, omne quod opin crimen in maritum recidit. Instituti ratio nun quidem postularet, illius crimina denominare ast tacente historia, nec nos quisquam jubeat cu pam & vitia ejus strictim determinare. Satis es ex omnibus circumstantiis clarescere maritu fuisse in culpa, & in genere eum sceleratum h

be

re licebit. In ſpecie credibile eſt, illum debitum maritale neglexiſſe, quod quidem varium memoratur. Nam decet maritum uxori præſtare alimenta, veſtimenta, domum, utenſilia, ipſam ieri, amare, mutua officia præſtare, & omni odo ejus ſalutem procurare, non vero absque avi cauſa lædere, cædere, probris afficere aut ane deſerere. Nam uxor non minus ac maritus ipſam fruitur quadam poteſtate. Etſi enim eſt ſi in בעל, iſtud tamen dominium non eſt monrchicum, ſed quodammodo Ariſtocraticum, tor marito non data eſt in mancipium, ſed in ciam adjutricem, interim tamen virum lubenr caput agnoſcens. Notatu digna ſunt hanc in m, verba Hebræorum contractui nuptiali inſeri lita: *Sis mihi in uxorem & ego colam, & honobo & alam te.* Certe maritus erat ejus אלוף ux, rector, præfectus & quaſi tutor, qui ombus ejus actionibus poneret terminum. Vid. rov. II. 17. Sed hæc ipſa ſubjectio mulieribus ud cedebat ignominiæ. Si tamen conjecturis iquid dandum, crederem, maritum fuiſſe moſum & magna cordis duritie in conjugem afctum, nam, cum mulier vicinos quosque adiens ocabat ad Jeſum, de marito nihil audimus, em ſc. adire metus vetuit. Cum hac conjectura ia etiam ſtare poteſt, nempe fuiſſe eum aleatom aut commeſſatorem, qui ſua luxuria paupeem acciverat, qua uxor ad ſervile opus, uti eſt portatio aquæ, adacta eſt, ſiquidem paulo hoeſtioribus fœminis limen domus egredi dedecus at. Viro autem ante omnia incumbit alere familiam, omnibusque viribus depellere pauperta-m. Alias recte mariti titulus luxurioſo ut progæ uxori matris nomen denegatur, ab Ulpiano ad l. 59. ad Edictum ſcribente: *Matremfamilias*

lias accipere debemus eam , quae non inhoneſte vixit. Matrem enim familias a caeteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant. Proinde nihil intererit, nupta ſit an vidua, ingenua ſit an libertina, nam neque nuptiæ, neque natales faciunt Matremfamilias, ſed boni mores. Ita & Vir nomini Mariti aut Domini indignus cenſendus, niſi maritali officio ſtrenue defungatur.

§. 16. Ad punctum itaque tendentes, demonſtrabimus, & in profanis & in ſacris teſtimonia reperiri complura, quod nefarii animi hominibus vitæque flagitioſæ ſæpius nomen & character proprius ſit denegatus, ſicut contra honeſtis probisque Viris titulus aliquis honoris aut officii, quo reapſe non defuncti ſunt, conceſſus eſt. Sic Joſeph audit Pater Pharaonis, non natura, ſed affectu & cura Gen. 41 : 43. & 45 : 8. Matth. 1 : 16. Joſephum adpellat τὸν ἄνδρα μαρίας, ſolummodo, quod Maria ejus beneficio tuto vivere poſſet, viri enim eſt tueri uxorem. Proin virum debita officia negligentem, quin imo uxorem ultro injuria afficientem aut malitioſe deſerentem, omnino titulo mariti privare poſſumus, æquitate jubente. Non poſſum quin heic apponam initium carminis, quod caſta, licet injurioſe deſerta Hyppolita Taurella, Mantuana, ſcripſit ad maritum perfidum Balthaſarem Caſtilionæum, qui Romam ſeceſſerat, quemque exinde revocare ſtudet pudica uxor:

Hyppolita ἐυπράττειν jam dicit Caſtilioni
Addideram imprudens, heu mihi! pene
SUO.

Confer Colomeſii, noſtri ævi Gellii *Opp.* p. 308 edit. Fabric. His affinis eſt querela Hypſipylæ in ſponſum falſatorem apud Ovid. ep. VI.

Mobilis Æſonidae, vernaque incertior aura,

Cur

Cur tua pollicito pondere verba carent?
Vir meus hinc ieras, cur non meus inde rediſti;
Sim reducis conjux, ſicut euntis eram.

omini quoque ob manifeſtam impietatem hono- titulum munerisque detrahere licet, quemad- odum Paulus impio Pontifici nomen ſacerdota- denegavit, Act. 23: 5. Ἔφη τε ὁ Παῦλος, οὐκ ᾔδειν, ὅτι ἐστιν ἀρχιερεύς, per μυκτηρισμὸν ita locutum iſſe credibile eſt, nam præter Jeſum Pontificem illum, nequaquam vero nequiſſimum Ananiam noſcere volebat. Sic Jaſon propter ſumma & fanda ſua crimina, quippe qui malis artibus pon- iciam dignitatem invaſerat, eoque iſtius nomi- s indignus erat, οὐκ ἀρχιερεὺς dicitur 2. Maccab. . 13. *Atque hoc modo invalescebat Hellenismus progreſſus morum alienigenarum* διὰ τὴν τοῦ ἀσεβοῦς ὶ οὐκ ἀρχιερέως. Ἰάσωνος ὑπερβάλλουσαν ἀναγνείαν t recte, ſi quidem hoc Domini voluntati reſpon- t apud Jeſ. 32: 5. *Non vocabitur ultro is, qui ſipiens eſt, Princeps. Neque fraudulentus appel- bitur* Σίγα *major.* Nec hoc ſolum fuit moris, ut bitum denegarint titulum impiis, ſed etiam aliis liofis & minus decentibus nominibus affecerint. a enim ipſe Deus Hiskiam affatur Jeſ. 37. 6. *Ne neas a verbis, quæ audiiſti, quibus blasphema- nt me pueri* i. e. legati Sancheribi. Imo nefa- os Principes populi vaccis comparat Amos IV. Sed quare non tauris, quia effœminati animi a eſt exprobratio, bene monente Coccejo. Ad- Jeſ. 32: 10. 11. ubi ſecuros increpans filias t puellas ſecuras appellat. Nam apud Homer. . 7. Iliad. Menelaus Græcos fugientes veluti rum viros ſic interpellat,

Ὤ μοι ἀπειλητῆρες Ἀχαΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.
Heu minaces Achivæ, neque amplius Achivi.

t hunc Virg. imitans l. 9. Æneid. v. 617. ita nit.

O

O vere Phrygiæ, neque enim Phryges! Ite per alt
Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum

Nam Phrygiæ homines mollissimi, teste Lactantio L. 1. D. Instit. c. 21. in sacris matris Cybeles, huic Deæ vel Bellonæ virilibus litabant secando.

Ad Phrygios vilia membra modos.

Tibul. l. I. Eleg. IV. v. 61. conf. Carol. Ruæun ad Virg. loc. cit. Hinc & privatim legimus, veteres solitos fuisse, cum aliquem tanquam mollem & effœminatum carperent, foemineo eum vocabulo irrisionis causa appellare, quod Aristophanes in Nab. Amyniam mordens hoc schemate ostendit. Inducit enim Socratem & Strephiadem ita colloquentes, quod brevitatis ergo latine apponam.

Socr. *Quomodo vocabis obvians Amyniæ?*
Strè. *Quomodo? Sic, veni huc Amynia.*
Socr. *Vides? Mulierem Amyniam vocas.*
Stre. *Igitur juste quicunque non militat.*

Bunduica Britanniæ Regina, cum in concione Neronem solo nomine virum appellasset, tandem inquit: ἡ Νερωνὶς ἡ Δομιτία nobis in reliquum tempus imperet, apud Xiphil. epit. I. 6. p. 173. Ve sexcenta hac de re testimonia coacervavit Andreas Tiraquellus, quem Rosinus omniscium nominare non erubuit, *in 1. Leg. Connub. gloss.* 1. P *I.* 88. *seq.* Quod cum ita sit non mirum est, ICtum Cel. Petr. *Ludewig* in *Comment. ad Aur Bul. P. I. proœm. p.* 17. irridere eos, qui hodienum muliebre nomen adsciscere amant. Contra vero itidem novimus, mulieres, si quæ animo virili in viros evasissent, etiam masculis decoratas fuisse nominibus. Ita enim D. Lutheru suam conjugem compellare consuevit, *uxor meus* lieber Herr Keth. Melania item dicta fuit Mela-

nius

ius, Albina Albinus, ut notat Rosv. ed. ad ep. 4. S. Paulini. Et Livia avia nuncupabatur Caliulæ Ulyffes ftolatus, conf. Cl. Danzii *Synopf. nterp. Ebr. - Chald.* c. 1. §. 2. in not. p. 5. & . Sed e diverticulo redeamus in viam, inquirens hujusmodi locutiones in facris pandectis, ubi atim fe nobis offert locus illuftris Hof. II. 4. eus Ifraelem quafi in conjugium fpirituale adiverat, foverat, amaverat, beaverat, at poftuam Dominium juventutis fuæ deferuerat, ait eus per prophetam: *Judicate matrem veftram, dicate; Quoniam ipfa non uxor mea, & ego non ir ejus.* Perpende quoque fi lubet præcedentia, i Ifraelem defcifcentem *Lo Ammi* nominat, oftea vero filium rurfum adfcifcit. Confonans s eft locus Rom. II. 28. *Non enim qui in mafefto, Judæus eft: Neque quæ in manifefto, in rne, eft circumcifio. Sed qui in abfcondito, Juus eft: Et circumcifio cordis in Spiritu non lite*. Utique quisque natione Judæus erat, fed non oribus, quibus non minus ac ortu a Gentibus int diftinguendi. Quemadmodum nofter etiam pacto maritus erat, fed non moribus & probie. Eodem etiam fenfu inquit Paulus Rom. IX. 7. *Non enim omnes, qui funt ex Ifrael, funt aelitæ, neque qui femen funt Abrahæ, funt filii* :. Nimirum non fufficit fecundum carnem ab ael natum effe, fed fecundum fpiritum, ut fiis veri Ifraelitæ, i. e. recti coram Deo, cum o ambulantes. Hæc pro Samaritana uxoris defenfione difputata, tuo B. L. judicio lubentes permittimus.

V.

V.

MEMOIRE presentée dans laDiéte de l'Empire à Ratisbonne, où l'on montre clairement, que les *Lutheriens* n'ont poir de Droit aux Biens Ecclesiastiques des *Reformez* du Palatinat.

QUOD TIBI FIERI NON VIS, ALTER NE FECERIS,

I. *Que la Religion* Reformée *s'est introduite, éta blie & conservée dans le* Bas Palatinat *depuis l commencement de la* Reformation *jusqu'aux trou bles de* Boheme, *excepté pendant 7. ans que du ra le Régne de l'Electeur* Louïs, *& que le Biens Ecclesiastiques ont toujours été destinez & employez à l'usage de cette Religion.*

1.

C'Est un fait constant par l'Histoire, que l Reformation des Eglises de l'Electorat Pa latin a commencé tant à la Campagne, qu'à *Hei delberg*, sous les deux Electeurs *Louis le Pacif que* & *Frederic II.* par les offices d'*Oecolampade* de *Bucer*, de *Paul Fage*, dont les 2. derniers fu rent appellez en *Angleterre* pour le même sujet & d'autres Theologiens Reformez conform ment à la Confession appellée du *Haut Phin*: c qui a duré jusques à *l'Interim* introduit du ten de l'Empereur *Charles Quint.*

2. Aprés la mort de *Frederic* II. l'Electeur *O ton Henri* commença à retablir la Religion Pro testante par un Edit Public, dans toutes les Egl ses de ses Etats. Mais il suivit, selon la Decl ration qui s'en trouve dans son Testament tou chant la *Sainte Cene*, l'Opinion defenduë p

Philip

Philippe Melanchthon, (a) & qui s'accorde avec la Doctrine des *Reformez*, de l'aveu des Theologiens Lutheriens même.

3. *Frederic III.* son Successeur, aussi *Reformé*, comme il l'a fait voir par la Publication & par la Defense Publique du *Catechisme de Heidelberg*, faite à *Augsbourg*, réduisit premiérement tous les Biens des Chapitres & des Monasteres & les appliqua aux Eglises & Ecoles Reformées, aiant même établi pour cet effet un Corps de Conseillers *Réformez* pour administrer ces biens & pour en faire un bon usage. Il ordonna ensuite par son Testament de conserver la Religion Reformée dans les Eglises de l'Electorat.

4. Malgré tout cela, *Louïs* son fils aîné ne fut pas plutôt parvenu au Gouvernement, qu'il chassa l'an 1576. tous les Professeurs, Ministres & Maîtres d'Ecole *Reformez* au mépris du Testament de son Pere, & de toutes les remontrances, que lui put faire *Jean Casimir* son frere.

5. Mais comme il ne régna que 7. ans, le même *Jean Casimir*, en qualité d'Administrateur de l'Electorat, en laquelle il fut reconnu de l'Empereur & de l'Empire, & de ceux même que *Louis* son pere avoit constituez pour l'administrer avec lui, résolut de mettre ordre, à ce changement entrepris contre le Testament de son pere, & rendit aux *Reformez* les possessions des Eglises & des Biens Ecclesiastiques en les ôtant aux Lutheriens, conformement à la volonté Paternelle, & au pouvoir qu'il en avoit.

6. *Frederic IV.* son Successeur, non seulement maintint les *Reformez* dans la possession de toutes les Eglises & Biens Ecclesiastiques, en vertu du Droit qu'il avoit de reformer, aussi bien, que *Louis*, par la Paix de Religion; mais encore, selon

(a) Loc. Commun. Edit. Noviss.

lon l'usage établi alors dans tout l'Empire, il de fendit aux *Lutheriens* de s' aller établir ailleurs dans la pensée que leurs sentimens étant peu dif ferens des *Reformez*, & étant en plus petit nom bre, ils pourroient se joindre à l'Eglise *Reformé*

7. Les choses demeurerent dans le même ét sous *Fréderic V.* en sorte que les seuls *Reforme* possedoient alors TOUTES les Eglises & les Bien Ecclesiastiques, avant les troubles de Boheme, même en 1618. qui fut l'Année de crise, com me il paroît incontestablement par les Paotocol & Regîtres de cette année & des precedente D'où il s'ensuit que la Possession n'en a jama été disputée aux *Reformez* jusqu'a ce tems là que le Droit Primitif leur en apartient, en ver de la volonté du premier acquerant, & de sa di position Testamentaire: en sorte, que quoiqu' en aient été privez pendant quelque peu de ter sous le Régne de *Louis*, on n'en peut rien conclu contre eux, puisque la chose s'est faite contre to Droit & justice. Que si l'on vouloit allegue que *Louis* en eut le pouvoir, en vertu du Dr établi par la Paix de Religion, il est clair que Droit apartenoit egalement à ses Successeurs, le quels étant administrateurs de l'Electorat, comm *Casimir*, & même Electeurs, comme *Frede IV.* & *V.* ont pu derechef introduire, rétablir conserver la Religion Reformé dans leurs Eta aiant même eu plus de droit de le faire, & de servir de ces biens, en vertu du Testament *Frederic III.* qui étoit *Reformé*, que non pas *Lou* qui avoit agi directement contre ce Testame De là vient que les *Lutheriens* ne peuvent a guer le moindre titre pour y former aucune p tension, lors que leur Prince changea de R gion, & qu'ils ne peuvent disputer aux Réform

ur Droit recouvré par un Souverain *Reformé*, uand même on voudroit leur conteſter la Socié- de la Confeſſion d'*Augsbourg*, & les exclurre : la Paix de Religion.

. *Que les* Réformez *ſont rétablis dans la poſſeſſion des Biens Eccleſiaſtiques par la Paix de* Weſt-phalie, *en ayant joui jusqu'après la Paix de* Rys-wick *ſans y être troublez par les* Lutheriens.

8. Durant la guerre de 30. ans, pendant la-elle les Puiſſances *Catholiques* eurent du deſſous ns le Palatinat, l'exercice public de la Reli-on *Lutherienne* fut établi à *Creutzenach* & à *penheim*, par la recommandation du Landgra- de *Darmſtadt* & d'autres Princes, ſans qu'ils ent pourtant formé alors aucune pretenſion ſur autres Egliſes, ni ſur aucuns biens Eccleſiaſti-es. Nous croyons même que *Guſtave Adolphe*, oi de *Suede*, ne reſerva rien autre choſe aux *Lu-riens* par la Capitulation faite à *Heilbron* avec *Palatinat*, que le libre Exercice de la Reli-on *Lutherienne*. *Qu'il ſoit permis à ceux qui feſſent la même Religion que le Roi, non ſeule-nt de pouvoir l'exercer librement, mais d'avoir Miniſtre de cette Religion qu'ils entretiennent eur ſervice.*

9. La Paix de *Weſtphalie* a clairement & di-ɩctement determiné l'état des *Réformez* & des *theriens*. Par raport aux premiers, qui ont refois poſſedé les biens Eccleſiaſtiques. On lit Art IV. „ que le *Palatinat*, c'eſt à dire „ l'Electeur & tous ſes Sujets seront pleinement „ retablis dans l'état où ils étoient avant les „ troubles de *Boheme* (c'eſt à dire en l'année „ 1618. qui étoit le tems des Griefs) dans tous „ les biens ſoit Eccleſiaſtiques ſoit Seculiers". Et ns l'Art. III. il eſt dit „ que ſur le fonde-

 „ ment

„ ment de cette Amnistie generale & illimitée,
„ tous & un chacun les Electeurs, Princes,
„ Etats du S. Empire Romain, & leurs Vas-
„ saux, Sujets & Habitans, qui, à l'occasion
„ des troubles de *Boheme* ou d'*Allemagne* auroient
„ souffert quelque préjudice ou perte, seront
„ pleinement rétablis soit pour le sacré, soit
„ pour le profane dans le même état où ils étoient
„ ou avoient pu être avant leur destitution.
Voyez aussi l'Art. IV. §. 5. 6. 13.

10. Quant à l'Etat des *Lutheriens*, qui ne pos-
sedoient point alors de biens Ecclesiastiques, i
est réglé conformément à celui de l'an 1624
ainsi que le demanda le Seigneur de *Gemmingen*
qui avoit soin de leurs affaires; & on leur accor
da l'exercice public de leur Religion, s'ils le de
siroient. Voici la teneur du §. qui les regarde
„ Quant à ceux de la Confession d'*Augsbourg*
„ qui avoient été en possession des Temples, &
„ en particulier les Bourgeois & Habitans d'*Op*
„ *penheim*, qu'ils soient maintenus dans l'éta
„ où ils étoient l'an 1624. Et qu'il soit libre
„ tous les autres, qui le desireront, d'exercer l
„ Religion de la Confession d'*Augsbourg* soi
„ publiquement dans les Temples aux heure
„ marquées, soit en particulier dans leurs pro
„ pres Maisons ou autres destinées à cet usage
„ & d'avoir pour cela des Ministres de la Parol
„ de Dieu. Et d'autant que cet Etat a été plu
avantageux pour les *Lutheriens*, que celui de l'a
1618. etant une exception faite en leur faveur
la Regle, prescrite aux *Reformez*, non seulemen
cette Regle a été confirmée pour les uns & pou
les autres, dans les choses qui ne souffrent pa
d'exception; mais l'etat de ces deux Commu
nions a aussi été reglé; en sorte que s'il y avo

e

a quelque diſpute, elle ſeroit maintenant entié-
ement levée.

11. Il paroît clairement par les propres termes
u Traité, qu'on n'a nullement pretendu enten-
re par là les Egliſes ni les Biens Eccleſiaſtiques,
on plus que par le Reſcript d'execution fait à
atisbonne peu après, où il eſt dit: *Excepté ce
ui a été adjugé aux Lutheriens en l'etat de l'an-
ée* 1624. Auſſi l'Electeur *Charles Louis* ne ſe
ontenta t'il pas d'établir des Miniſtres *Reformez*
ulement dans les Villes, mais auſſi dans les
illages & autres petits lieux, dont la plûpart
voient des Habitans *Lutheriens*, comme à *Gros-
immern*, *Erpelsheim*, *Rubes*, *Budesheim* &c.
rce qu'il y avoit eu par tout là des Miniſtres
eformez en 1618. comme les anciens Regîtres
es Miniſtres le témoignent.

12. Il fut donc permis aux *Lutheriens* par l'ar-
cle ci deſſus, de batir des Egliſes: ce qui fut
ſſi accorde par la Paix de *Weſtphalie* à ceux
Oppenheim, de *Creutzenach*, de *Lonsheim*,
ornheim, *Darmbach*, *Sachſenflur* &c. Alors ils
e demanderent plus rien, & ſe contenterent de
moigner publiquement leur joye de ce qu'il
ur etoit permis d'avoir des Temples & des Mi-
ſtres à leurs dépens. Leurs affaires Eccleſiaſti-
ues étoient à la vérité dirigées par le Conſiſtoire
eformé, par ordre de l'Electeur; mais de telle
aniere qu'on ne prejudicia en rien ni à leur Re-
ion, ni à leurs Ceremonies, non plus qu'aux
ffices des Miniſtres & Anciens de leur Egliſe.

13. Suivant ce Reglement de l'An 1618 les
eformez ont tout retenu (excepté ce qui eſt
jugé aux *Lutheriens* ſur le pié de l'an 1624)
n ſeulement ſous l'Electeur *Charles*, d'heu-
uſe mémoire; mais encore l'état de la Reli-

 gion,

gion, tel qu'il étoit avant les troubles de *Boh*
me, fut ſtipulé, aſſuré & confirmé aux Suje
Reformez par les Ambaſſadeurs de l'Electeur *P*
latin, dont l'un étoit *Lutherien*, & cela p
le Reſcript de *Hall* en *Souabe*, ſans la moind
contradiction de la part des *Lutheriens*. De m
me *Philippe-Guillaume*, Succeſſeur de *Charle*
aiant laiſſé aux *Reformez* leurs Egliſes & leu
biens pendant ſa vie, conformément au Trai
de *Weſtphalie* & au Reſcript de *Hall*, les *Luth*
riens n'ont formé aucunes pretenſions ſur c
Egliſes ni ſur leurs revenus. Le Conſiſtoire R
formé, de ſon côté, n'a jamais manqué à pre
dre ſoin des affaires Eccleſiaſtiques des *Luth*
riens, comme il s'y étoit engagé; à quoi il fa
ajouter, que l'Electeur n'aiant confirmé aux *Lu*
heriens, dans l'Edit de Religion qu'il fit publi
au commencement de ſon Regne le 13. Oct
bre 1685. que l'Exercice de leur Religion da
les Egliſes qu'ils poſſedoient alors, cet Edit f
tellement étendu par le même Electeur le 1
Septembre de l'Année ſuivante, ſur les Remo
trances du Conſiſtoire Reformé, qu'il fut pe
mis aux *Lutheriens* de bâtir des Egliſes à leu
dépens, par tout où ils voudroient. De mêm
lorsque leurs Egliſes furent occupées & leu
Miniſtres chaſſez par les *Catholiques*, de *Ma*
dach, *Hesloch*, *Haar* & *Labach*, le Conſiſto
Reformé en donna incontinent avis à la Regen
Palatine, la priant d'y remedier & de proteg
les *Lutheriens*.

III. *Que quelques* Lutheriens *aiant tâché, ſ*
le Gouvernement Catholique *d'entrer par fo*
en participation des Egliſes Reformées, *en ſ*
à la vérité venus à bout: mais qu'ils ont

extrêmement desaprouvez par les Etats Evangeliques.

14. Il eſt vrai que ſous les Electeurs Catholi-ues, il y eut quelques *Lutheriens* qui tâcherent e cauſer de la diviſion entre les deux Commu-ions, y ayant été portez ſous main par quel-ues Miniſtres d'Etat, lesquels, s'étant faits *'atholiques*, voulurent exciter des brouilleries ɔus prétexte de défendre les interêts des *Luthe-'ens*. Mais ce feu fut étoufé avec ſoin par le ;onſiſtoire *Reformé*. M. *Petri*, qui en étoit le remier Miniſtre, fit tous ſes efforts pendant ſa ie pour empêcher M. *Schloſſer*, ſon Collegue, e brouiller; mais celuici prit d'autres meſures; ſe ſépara des *Reformez*, & ſe joignit aux au-es pour les attaquer.

15. Après ſa mort, M. *Schloſſer* s'aſſocia avec *A*. *Debus*, Miniſtre *Lutherien* de *Creutzenach*, :quel étant entré en 1695. avec D. *Seidenben-:r*, qui étoit alors Syndic de *Worms*, dans l'Ad-iniſtration des autres Egliſes *Lutheriennes* du *'alatinat*, pour examiner leurs beſoins, de con-ert avec le Conſiſtoire, & pour prendre des me-ıres dans la triſte conjoncture de la guerre qui eſoloit le pays: les Conferences commencerent ı-deſſus entre le Conſiſtoire Réformé & ces lenipotentiaires, du conſentement de la Cour e l'Electeur *Palatin*. Les deux Conſeillers Fri-ez & de la Régence MM. *Maximilien*, Baron e *Degenfeld* & *Schelm* Baron de *Bergen*, furent ommez pour revoir cette affaire. Mais quoique *A*. de *Degenfeld* fût mort avant que d'en voir la n, elle ne laiſſa pas de ſe terminer au conſen-:ment des deux Parties, par l'Accord qui fut ıit l'an 1697. par lequel les *Reformez* promi-ent de continuer aux *Lutheriens* les apointe-

 mens

mens qu'ils leur avoient donnez jusqu'à ce tems là ; comme auſſi de faire tous leurs efforts pour procurer de la ſubſiſtance à ceux qui n'avoient point de gages fixes. Cet accord ſe voit imprimé dans *la Lettre Circulaire* de l'an 1700. & dans les Remarques ſur les *Lettres des Plaintes des Lutheriens* touchant la *Déclaration* publiée en 1705.

16. Lorſqu'il fut queſtion de faire ratifier cet Accord à l'Electeur : les deux Parties le lui firent préſenter par M. *Schelm* de *Bergen*, à qui le Conſiſtoire renvoya auſſi en 1698. les Plenipotentiaires *Lutheriens*, lorſqu'ils demanderent pareillement la Ratification de l'Accord. Comme ils le firent avec quelque chaleur, ce Seigneur les exhorta à la patience, prévoyant le grand changement qui alloit arriver dans les affaires des *Reformez*, & afin que les *Lutheriens* ne paruſſent pas concourir à leur ruïne. La deſſus MM. *Schloſſer* & *Debus* s'addreſſerent à M. *Quod*, connu par ſon Changement de la Religion *Reformée* à la *Catholique*, qui les avertit de la diſpoſition où étoit l'Electeur de leur accorder beaucoup plus qu'ils ne demandoient, s'ils vouloient ſe ſeparer des *Réformez*. Ils préſenterent pour cela une Requête à l'Electeur qui leur permit en 1698. à la recommandation de M. *Quod*, d'avoir leur propre Conſiſtoire Reformé de ne plus ſe mêler des affaires des *Lutheriens*. MM. *Schloſſer* & *Debus* furent faits Conſeillers de ce Conſiſtoire ; & eux, auſſi bien que tous les Miniſtres & Maîtres d'Ecole *Lutheriens*, qui n'avoient point eu de gages fixes depuis l'Année 1624. commencerent à les recevoir des Biens Eccleſiaſtiques des Réformez, ſans aucune diſtinction. Ces Conſeillers du Conſiſtoire établirent

rent des Miniſtres & des Maîtres d'Ecole tant qu'ils voulurent, pour agrandir ce Corps, leurs apointemens étant tous aſſignez & payez ſur les biens des Réformez, par le dit Sieur *Quod* qui en étoit devenu Directeur. Ils furent ſi bien ſoutenus dans toutes leurs pratiques, qu'elles donnerent lieu aux *Catholiques-Romains* de s'emparer des biens Eccleſiaſtiques des *Reformez*: ce qu'ils avoient tâché de faire depuis long-tems. Car lorsque l'on introduiſit la communauté des Egliſes pour les *Catholiques* auſſi bien que pour les *Reformez*, tous les Paſteurs tant anciens que nouveaux tirerent leurs gages des Biens Eccleſiaſtiques des *Reformez*, de même que les *Lutheriens*. On fit auſſi ſervir ces Biens à l'acquiſition de divers Paremens à l'uſage de la Communion *Romaine*. Mais ces biens Eccleſiaſtiques ne ſuffiſant pas à entretenir les trois Religions, le Sieur *Quod* trouva l'expedient de retrancher pluſieurs Miniſtres & Maîtres d'Ecole *Reformez*, & de diminuer les gages des autres; les *Catholiques* diſpoſoient ainſi des Egliſes Reformées & de leurs biens, comme ils auroient pu faire de leurs biens propres.

17. Ce procedé des *Lutheriens* envers les *Reformez* fut extrêmement deſaprouvé de tous ceux qui en eurent connoiſſance, & principalement du Corps *Evangelique*. Ce qui obligea les nouveaux Conſeillers du Conſiſtoire de publier pour leur défenſe un petit Livre ſous le titre de *la Verité, l'innocence & l'honneur maintenus &c.* Mais M. *Wiſſenbach*, alors Conſeiller des Egliſes de l'Electorat *Palatin*, le refuta l'an 1699. dans un Ecrit en forme de Lettre. Le premier partoit de la plume des Miniſtres *Schloſſer* & *Debus*. Comme les Conſeillers du Conſiſtoire *Lutherien* s'y at-

attribuoient un Droit qui ne leur apartenoit pas, & qu'ils l'établissoient sur des principes dont ils ne se sont que trop prévalus dans la suite, ce Livre fut denoncé par Acte de la Conference Evangelique à la Diéte de *Ratisbonne* du 23. Decembre 1700. & il y fut qualifié de *Livre Scandaleux*, *rempli de Maximes pernicieuses*, *capables de causer funestes divisions entre les* Protestans: *Livre qui donnoit atteinte à la Paix de* Westphalie *& qui*, *par consequent*, *sappoit les plus fermes fondemens des affaires de Religion.* Ce qui obligea le Corps Evangelique de temoigner publiquement le deplaisir qu'il en avoit, & d'avertir un chacun de se defier des dangereuses Maximes de ce Livre. Aussi, lorsque les deux Conseillers du Consistoire remirent en particulier sur ce sujet une Lettre aux Ambassadeurs *Lutheriens*, cette Lettre, qui étoit du 27. Fevrier 1700. fut separée de tous les autres Actes du Corps Evangelique, du consentement unanime de l'Assemblée, avec une Censure du 24. Avril, par laquelle on leur reprochoit en termes très-forts, qu'ils s'étoient attribuez temerairement l'interpretation de la Paix de *Westphalie*, & le jugement des autres Actes publics.

18. Et lorsque tant le Corps *Evangelique*, en l'an 1699. & 1700. prit connoissance de l'oppression des Eglises Reformées du *Palatinat*, & qu'il fit fortement representer par ses Ambassadeurs à la Cour de l'Electorat *Palatin* le changement arrivé dans la Religion, par la communauté des Eglises, & par l'abus qui s'y étoit introduit de payer les Gages de tout le Clergé des trois Religions des Biens Ecclesiastiques des Reformez, les Ambassadeurs non seulement defendirent & maintinrent au nom de tout le Corps Evangelique,

l'état

l'état des *Reformez* ſur le pié de l'année 1618. Mais ils deſaprouverent publiquement les gages aſſignez aux *Lutheriens*, par la communauté établie contre ce qui ſe pratiquoit en l'année 1624. & cela par une Deduction exacte des faits: étant certain par le contenu en la page 71. de l'Acte qui en fut préſenté à l'Electeur *Palatin* à *Weinheim*, le 31. Octobre: que l'Electeur *Charles Louis* avoit inviolablement laiſſé les affaires des *Lutheriens* ſur le pié de la Paix de *Weſtphalie*. Et à la page 74. on lit: que les Electeurs, Princes, Etats Evangeliques, & tous les Membres du même Corps, n'avoient pu voir ſans un extréme deplaiſir, que quelques particuliers du Clergé *Proteſtant* applaudiſſent aux Nouveautez introduites: que tous les bien intentionnez penetroient aſſez le motif d'un tel procedé: qu'il étoit injuſte & ſcandaleux de gratifier les *Catholiques* & les *Lutheriens* des biens Eccleſiaſtiques des *Reformez*, dont la conduite ne pouvoit cauſer aucun préjudice à perſonne. Que ce ſeroit plûtôt à des Princes & Electeurs *Proteſtans* à ſecourir de leurs propres biens ceux de la même Religion qui en auroient beſoin; & que s'ils le laiſſoient, la choſe ne pourroit être que très agréable à tout le Corps *Evangelique*. Puis dans la Réponſe des Electeurs, Princes & Etats de la Confeſſion d'*Augsbourg*, ſur la Réſolution de l'Electeur *Palatin*, du 18. Mars 1700. on lit pag. 109. que tout ce §. (contenant les plaintes des Miniſtres *Lutheriens* contre les *Réformez*, & les nouvelles Ordonnances de l'Electeur Palatin, en faveur des *Lutheriens* ne tend qu'à une ſeparation: que la choſe parle de ſoi-même: qu'on ne voit que trop le motif qui eſt caché là-deſſous; Mais

„ que

„ que le Corps des *Proteſtans* a deja pris & prendra toujours les précautions néceſſaires pour le prévenir. Avec cette ſeule difference (eſt-il dit pag. 120.) que les Réformez de la Confeſſion d'*Augsbourg* ſe réglent en partie ſur l'état où étoient les choſes avant les troubles de *Boheme* , & que les autres Membres de la dite Confeſſion ont pour rêgle ce qui étoit établi en 1624. Et peu après, pag. 121. Au reſte l'Electeur *Charles Louïs* n'a jamais exercé le Droit de réforme d'une autre maniere que ſelon l'état des années 1618. & 1624. Et pag. 128. L'Ecrit Apologetique dont il eſt parle ici, qui ne contient que des Eloges affectez, n'a fait aucune impreſſion ſur le Corps des *Proteſtans* , comme il paroit par l'Acte dreſſé à ce ſujet. D'ailleurs , on y a deja répondu par un Ecrit public; on a montré en quoi conſiſte la verité & la juſtice de la Cauſe dont il s'agit. C'eſt pourquoi ſi les *Proteſtans* ſe recrient contre l'ouvrage de ces deux hommes , ce n'eſt nullement par défiance du fonds de la choſe , mais parce qu'on s'aperçoit de la dangereuſe intention qui eſt cachée la-deſſous , & parce qu'on ne ſauroit aprouver que d'autres ſoient gratifiez des Biens des *Reformez*, qui leur apartiennent en vertu de la Paix de *Weſtphalie*. Il eſt vrai que les biens Eccleſiaſtiques du *Palatinat* ont été reſtituez à l'Electeur *Charles Louïs*; mais par là ils ne ſont pas devenus ſes Biens propres , de telle ſorte qu'il en ait pu diſpoſer à ſon gré ; au contraire , il a dû les laiſſer à l'uſage pour lequel ils étoient deſtinez, conformément à l'état où ſe trouvoient les choſes avant les troubles de *Boheme*". Comme cette Remontrance contre la communauté introdui-

te,

te, & contre l'Ordonnance qui permet aux Lutheriens de participer aux Biens Ecclesiastiques des *Reformez*, est faite au nom & par ordre de tout le Corps *Protestant*; elle est aussi aprouvée & confirmée par les Lettres de remerciement du 22. Mai 1700. par lesquelles on reconnoît qu'elle a été produite du consentement unanime de ce même Corps. M. de *Mullern*, Ambassadeur de *Suede* auprès de l'Electeur *Palatin*, dans la proposition faite à l'Electeur le 16. Juillet 1699. par ordre du Roi son maître, l'a même prié avec instances de reflechir sur les principes que poseroit l'Ambassadeur du Corps *Protestant*, pour travailler à redresser au plutôt les Griefs dont on se plaignoit, & pour rétablir toutes choses dans le premier état suivant les Constitutions de l'Empire, & le Rescrit de *Hall* en *Souabe*.

19. Ces Principes sont: que les Puissances *Protestantes* tant de dedans que de dehors l'Empire, reconnoissent à la verité, qu'il y a entre les deux Communions qui composent le Corps *Protestant* (jusqu'a ce qu'elles se soient accordées sur leurs Controverses de Religion) aussi bien qu'entre elles & les *Catholiques*, de certaines regles & limites de leur Etat Ecclesiastique déterminées & fixées par la Paix de *Westphalie*; que par consequent la participation des Biens des *Réformez* accordée aux *Lutheriens* par l'Electeur *Palatin* contre l'Etat fixé dans le Traité de *Westphalie*, donne lieu à un état purement arbitraire: ce qui a d'abord paru par l'introduction de la Communauté. Que lors que les Conseillers du Consistoire *Lutherien* firent mention dans leur *Lettre de plaintes* de l'an 1705. que l'Electeur quelques années auparavant, lors que la Communauté fut introduite, leur avoit fait entendre dans une Audien-

ce

„ ce qu'il leur avoit accordée, que de ſa part il
„ étoit très-diſpoſé à leur faire la grace qu'ils lui
„ demandoient, ſi les Etats *Proteſtans* ne s'y opo-
„ ſoient pas ſi vivement: on avoit répondu avec
„ ſolidité à cette Lettre, ſavoir comme il eſt dit
„ pag. 14. Que les Etats Proteſtans de l'Empi-
„ re enviſageoient le fonds de l'affaire, ſcachant
„ bien le but du payement des revenus des *Ré-*
„ *formez* aux *Lutheriens*, & que ceux ci ne pour-
„ roient plus les demander, quand même un Elec-
„ teur *Lutherien* auroit ſuccedé au *Palatinat*,
„ d'autant que ſes privileges ſe trouvent claire-
„ ment réglez par la Paix de *Weſtphalie*, ſpeci-
„ alement dans l'article VII. où il eſt dit: *Qu'il*
„ *n'aura point droit de changer l'exercice public*
„ *de la Religion, les Loix ou les Conſtitutions y*
„ *acceptées & aprouvées jusqu'à preſent; ni d'ôter*
„ *aux Reformez aucunes Egliſes, Ecoles ou Ho-*
„ *pitaux; ni d'employer les revenus, benefices,*
„ *penſions &c. à l'entretien du Clergé de ſa Re-*
„ *ligion; ni de forcer les Sujets, ſoit par le Droit*
„ *du Territoire, de l'Epiſcopat ou du Patronage, de*
„ *prendre des Miniſtres d'une autre Confeſſion; ni*
„ *de cauſer, ſous quelque pretexte que ce ſoit aucun*
„ *empêchement ou prejudice, ſoit directement ou*
„ *indirectement à la Religion d'autrui &c.* Qu'ain-
„ ſi on ne pouvoit attribuer avec raiſon à des
„ Sujets, qui ſont ſeuls, ce qu'un Souverain
„ *Lutherien* même ne pourroit faire en vertu de
„ cet Article.

IV. *Que les Griefs des* Proteſtans *de part & d'au-
tre ont été redreſſez en quelque façon par le Traité
fait en* 1705. *entre le Roi de* Pruſſe *& l'Ele-
cteur* Palatin, *tant que la Communauté, qui
étoit la ſource du mal, avoit été ôtée, & la Li-
berté de Conſcience rétablie. Que neanmoins les*

ſeuls

seuls Réformez *y ont souffert, aiant été obligez d'acheter en quelque maniere cet Accommodement en cedant les 2. Septiémes des Eglises & des Biens Ecclesiastiques. Que les* Lutheriens, *au contraire non seulement y ont retenu leur état entier, determiné par la Paix de* Westphalie, *sur le pié de l'année* 1624. *mais que leur condition en est encore devenuë meilleure, tant par raport à l'exercice & au Gouvernement Ecclesiastique, qu'à divers autres points; & qu'ils n'y ont perdu que ce dont ils avoient jouï pendant 5. ou 6. ans que dura la Communauté, laquelle avoit été blâmée & improuvée de tous les Etats* Protestans. *Que néanmoins ils se sont recriez contre ce Traité avec beaucoup d'animosité & d'injustice, en aiant fait les plaintes les plus ameres, & suivant toujours les mêmes principes qu'auparavant quoique condamnez par le* Corps Protestant. *Qu'ils ont persecuté les* Reformez, *qu'ils ont accablez des plus noires calomnies, & qu'ils ont même tâche d'indisposer contre eux diverses Puissances* Protestantes.

20. Mais comme ces representations, faites au nom de toutes les Puissances & Etats *Protestans*, pour abolir la communauté introduite, & rétablir les deux Parties dans leur premier état n'eurent pas alors l'effet desiré: Comme au contraire le Clergé *Catholique-Romain*, pour s'agrandir, continua d'opprimer les *Protestans*, soit *Lutheriens*, soit *Reformez*: les premiers aiant aussi été privez de la Liberté de Conscience & la Communauté aiant été introduite dans leurs Eglises, comme il paroît par la Deduction presentée à *Weinheim* le 31. Octobre 1699. à l'Electeur *Palatin*, Comme outre cela les François porterent la guerre dans le Pays, & que bien loin de pouvoir espe-

ter un meilleur ſort, on ne pouvoit au contraire s'attendre qu'à une ruine entiére des deux Communions *Proteſtantes*, ſi l'on differoit de regler cette affaire: on reſolut de profiter de la premiere occaſion, qui s'offrit pour repreſenter à l'Electeur *Palatin*, que la bonne harmonie neceſſaire entre les deux Communions pourroit être retablie par l'accommodement qui ſe pourroit faire dans le *Bas Palatinat*: a que l'Electeur *Palatin* aiant paru diſpoſé, le Roi de *Pruſſe* employa ſes bons offices pour faire rétablir les choſes ſur le pié de la Paix de *Weſtphalie* & du Reſcript de *Hall* en *Souabe*. Mais n'aiant pu y réuſſir, il ſe relâcha à demander que la choſe fut renvoyée à la Diete de *Ratisbonne*, & qu'en attendant, la Communauté fut abolie, & le libre exercice de la Religion rétabli avec la Liberté de Conſcience. Mais pour en venir à cet accommodement les *Reformez* furent obligez de ceder aux *Catholiques* les 2. Septiemes de leurs Egliſes & des revenus qui leur apartenoient par la Paix de *Weſtphalie*, auſſi bien que les Chapitres, Prelatures & Abbayes du Bailliage de *Germersheim*, avec leurs Egliſes & revenus qui étoient alors poſſedez par les *Catholiques*. Les *Lutheriens*, au contraire, ne perdirent rien de ce qui leur apartenoit legitimement: on leur accorda même plus que ce qu'ils avoient obtenu par l'Art. IV. §. 19. de la Paix de *Weſtphalie*. Et afin qu'ils euſſent d'autant moins de raiſon de ſe plaindre, le Roi de *Pruſſe* leur fit compoſer un Article particulier, qu'il envoya à ſon Ambaſſadeur à Ratisbonne au Mois de Juin 1705. dès le commencement de ſa Negociation: afin de le communiquer aux Ambaſſadeurs *Lutheriens*, qui n'eurent rien à y opoſer: ſans doute par la raiſon que leur état de l'an 1624. determiné

miné par la Paix de *Westphalie*, non seulement y étoit confirmé à leur profit, mais même qu'on y ajoutoit encore quelque avantage.

21. Mais quoi que les *Lutheriens* dussent être content de la conservation & melioration de leur état Ecclesiastique, qui n'étoit devenu tel que par cet *Interim*, & par la Déclaration faite en consequence le 21. Novembre de la même année; quoi que les *Reformez* eussent presque acheté l'un & l'autre par la cession de la moitié de leurs Eglises & Revenus, tels qu'ils les possedoient l'an 1618. Néanmoins parce qu'on ôta aux *Lutheriens* la Communauté tant desaprouvée par les Etats *Protestans*, avec les gages que M. de *Quod* leur avoit procurez contre le Reglement de la Paix de *Westphalie*, & dont ils n'avoient joui que peu d'années, savoir tant que dura la communauté des Revenus Ecclesiastiques des *Reformez*; ils s'éleverent avec autant de chaleur & d'emportement contre ce Traité, que si on leur avoit fait le plus grand tort du monde & l'injustice la plus criante, en leur ôtant les gages qu'ils avoient obtenus de l'Electeur *Palatin* contre la Paix de *Westphalie* & ce qui avoit été réglé touchant l'état de chaque Communion, lorsqu'on introduisit la communauté Ecclesiastique & qu'on en fit un état arbitraire. Ils commencerent en 1705. à publier un Mémoire de plaintes contre cet Accord & la Declaration qui s'en étoit ensuivie, dans lequel ils relevent extrêmement la grace que leur avoit faite l'Electeur, en leur donnant, avec la Communauté des Eglises la participation des revenus du Clergé *Reformé*. Ils y regardent au contraire comme une injustice inouïe & incroyable, qu'ils aient été privez par ce Traité, des gages qu'ils avoient obtenus de l'Electeur *Pa-*

latin par son Ordonnance de l'an 1698. de même que de la Communauté des Eglises, & qu'on ne leur ait laissé que ce qu'ils possedoient en 1624. avec le libre Exercice de leur Religion & l'indépendance du Consistoire. Ils avouent bien que les *Reformez* avoient possedé toutes leurs Eglises & Revenus depuis l'an 1585. jusqu'en 1648. & qu'ils en ont obtenu la confirmation par la Paix de *Westphalie*; mais ils y forment une prétension en vertu de la Paix de *Passaw*, sous pretexte que les premiers Reformateurs étoient *Lutheriens*, & que les *Reformez*, comme tels, n'etant pas compris dans la Paix de *Passaw*, étoient des Possesseurs illégitimes de ces Biens; d'où ils inferent que leurs pretensions leur ont été reservées par la Paix de *Westphalie*. Enfin ils disputent le Réglement definitif de l'an 1618. & aprouvent que les Revenus Ecclesiastiques du *Palatinat* soient partagez entre les trois Religions reçuës dans l'Empire Romain, en demandant entre autres choses qu'on leur cede les revenus des $\frac{5}{7}$ de la portion des *Reformez* dans les Aumônes, les Academies &c. pour en payer les apointemens du Consistoire, de 50. Ministres, & de 50. Maîtres d'Ecole; & qu'on leur permette de les administrer eux-mêmes, si mieux on n'aime ajouter au Corps des Administrateurs Ecclesiastiques un Conseiller & un Secretaire *Lutherien*.

22. Ce Mémoire de plaintes fut aussi-tôt imprimé & refuté par des Notes marginales; le fonds de l'affaire y fut deduit clairement, avec des Remarques sur l'exposé des Complaignans, où l'on fit voir 1. que l'état des *Lutheriens* stipulé dans la dite Declaration, est beaucoup meilleur que celui qui leur avoit été assigné par la Paix de *Westphalie*, Art. IV. §. 19. puis qu'ils n'y

n'y perdoient que ce qu'ils avoient obtenu en 1698. par une Ordonnance unanimement desaprouvée des Ambaſſadeurs *Lutheriens*. 2. Que la Paix de *Paſſaw* n'attribuë point de Droit ſur les biens Eccleſiaſtiques aux Sujets dont la Religion eſt differente de celle du Souverain. 3. Que Frederic III. avoit bien établi la Reformation & reduit les biens Eccleſiaſtiques à l'entretien des Egliſes & Ecoles Réformées; mais que profeſſant comme il eſt notoire, la Religion Reformée, tant s'en faut qu'il ait été exclus lui & ſes Succeſſeurs *Réformez*, de la Paix de Religion, qu'eux mêmes avoient eu la Direction de ceux qui ſuivoient la Confeſſion d'Augsbourg. 4. Que le changement fait par Louis V. dans ſes Provinces, (car il ne poſſedoit pas tout le Palatinat) contre le Teſtament de ſon Pere, ne donne aucun Droit aux *Lutheriens*, parce que ce changement avoit été aboli long tems avant l'année qui régle l'état d'un chacun. 5. Qu'au contraire il n'y a aucune Loi publique de l'Empire qui empêche le legitime adminiſtrateur de l'Electorat, ſuivant la ſucceſſion établie par la Bulle d'Or, de rappeler les Theologiens congediez par ſon Frere, & de rétablir la Religion Réformée ſuivant le Teſtament de ſon Pere. 6. Qu'ainſi les Electeurs *Frederic IV.* & *V.* n'ont fait que conſerver inviolablement cet état jusqu'aux troubles de *Boheme*; lequel a enſuite été confirmé par la Paix de *Weſtphalie*. 7. Qu'à la vérité on a permis aux *Lutheriens* l'état de l'an 1618. par l'entremiſe du Roi de *Suede*: les *Lutheriens* du *Palatinat* le demandant comme plus avantageux pour eux. 8. Mais que ſuivant les principes de ces Conſeillers ou Conſiſtoire, les *Catholiques* pourroient auſſi s'approprier le Droit de tous les biens

Ecclesiastiques. 9. Que sur ce pié-là le reste du fonds des *Réformez* ne suffiroient pas pour payer les Ministres & les Maîtres d'Ecole actuellement au service, bien loin qu'il pût suffire pour l'entretien de ceux qu'on auroit besoin d'appeller pour remplir les places vacantes; bien moins encore pour réparer les Eglises, les Maisons des Ministres, les Ecoles, Colleges &c. & pour acquirer les Decrets. 10. Que les *Lutheriens* exaggerent non seulement le nombre de leurs Communians, mais encore celui des Ministres pour lesquels ils demandent des gages le faisant monter avec le Consistoire, à 50. Ministres & autant de Maîtres d'Ecole, quoi qu'auparavant ils n'en eussent jamais eu que 12. ou 15. de leur propre aveu, & que lors même que ce nombre augmenta durant la communauté des Eglises, il n'eût pourtant jamais été plus haut que 30. parmi lesquels il y en avoit plusieurs qui ne jouïssoient que des gages anciens. 11. Que si on leur accordoit leur prétention d'etre payez des Biens Ecclesiastiques des *Reformez*, & d'avoir la Communauté de leurs Eglises, il faudroit donc que les *Réformez* obtinssent la même chose chez les *Lutheriens*, même sous des Souverains *Réformez*: auquel cas les *Réformez* ne perdroient rien, puisque les Etats *Réformez* de l'Empire avoient dix fois plus de Sujets & de Revenus *Lutheriens*, que les Etats *Lutheriens* n'avoient de *Reformez*. Mais que, comme le Corps des *Protestans* n'aprouveroit pas qu'un Souverain *Reformé* assignât à ses Sujets *Reformez* aucune partie des biens Ecclesiastiques des *Lutheriens*, aussi seroit-il beaucoup moins convenable que des Concitoyens *Lutheriens* prétendissent jouir des Revenus Ecclesiastiques des *Reformez* ou la communauté de leurs

leurs Eglises; sur quoi l'on demande ce que di-roient les *Lutheriens*, si cette prétension avoit lieu dans les Provinces de l'Empire & dans les Villes Imperiales où ils sont en plus grand nombre.

23. Malgré toutes ces considerations, les *Lutheriens* du *Palatinat* ne laisserent pas de continuer à émouvoir le Public par leurs Plaintes mal fondées. Et pour ne rien dire ici des Memoires picquans & autres Ecrits qu'ils affecterent de répandre, il suffit de raporter que le 23. d'Avril 1708. ils produisirent à *Ratisbonne* une Piece intitulée, *le Miroir de la Verité*, avec une Requête, aux quelles les *Reformez* répondirent. Ainsi ces deux Piéces n'aiant pas produit l'effet qu'ils en attendoient, ils y ajouterent en 1711. un *Miroir de la Verité purifie*, par lequel ils demandoient, les apointemens qu'ils prétendoient leur être dûs, c'est à dire, ce qui leur avoit été ajugé par la Communauté si desaprouvée de toutes les Puissances *Protestantes* de l'Empire. Mais plus les *Lutheriens* insisterent sur leurs principes; plus ils tâchoient de les colorer par des raisonnemens specieux, continuant cependant d'établir çà & là de nouveaux Ministres pour en augmenter le nombre, & grossir par ce moyen le nombre de leurs Complaignans; plus ils leur promettoient de leur faire payer leurs Salaires du reste des Biens des *Reformez*, affectant de les demander des *Reformez*, & non de ceux que s'étoient appropriez les *Catholiques* : Et plus les *Reformez* s'attachérent à réfuter leurs principes, qui rouloient particulié-
„ rement sur ces deux points : 1. Que les Biens
„ Ecclesiastiques leur apartenoient legitimement
„ depuis la Paix de *Westphalie*, par la raison, que
„ les Réformateurs avoient été *Lutheriens*, & les

 „ *Ré-*

„ *Réformez* des possesseurs Illégitimes, qui en „ avoient été exclus par la Paix de Religion. 2. Que le Droit en avoit été réservé aux *Lutheriens* par la Paix de *Westphalie.* „ C'est ce que les Reformez refuterent en 1714. aiant montré le contraire dans une ample Deduction precedée d'un Avertissement Préliminaire.

V. *Qu'il est impossible & impraticable de ceder aux* Lutheriens, *selon leur Demande, une partie du reste des Biens Ecclesiastiques des* Reformez.

24. Il paroit évidemment par tout ce qui vient d'etre dit, qu'il s'en faut bien que les besoins des *Lutheriens* soient aussi grands qu'ils les font; puisqu'un grand nombre de Ministres & de Maîtres d'Ecole *Reformez* sont beaucoup plus mal, & que les premiers bâtissent tous les jours des Maisons beaucoup plus belles & plus commodes. En effet, plusieurs d'entre eux ont leurs gages fixes, ou provenant d'anciennes fondations, ou d'un fonds qui a été fait des Collectes; & les autres tirent leur subsistance d'un Casuel assuré, c'est à dire ou de leurs fonctions mêmes, ce que les *Reformez* n'ont pas, ou des Collectes annuelles. D'ailleurs, ils ont établi des Ministres en plusieurs endroits où il n'y avoit qu'un petit nombre de *Lutheriens* qui exerçoient leur Religion chez les *Reformez* avec toute la liberté possible, aiant même de leurs propres Ministres dans le voisinage, dont ils pouvoient se servir, mais qui ne songeoient qu'à exciter une plus grande division entre les deux Communions *Protestantes.* Malgré tout cela, les *Reformez* ont toujours souhaité de les aider, autant qu'ils l'ont pu, pour conserver entre eux une bonne harmonie; Et pour faire cesser leurs plaintes, ils ont cherché tous les moyens possibles, pour procurer la subsistance à ceux qui n'a-

n'avoient point encore de gages assûrez. Mais de prétendre que cela se fit par l'abandon d'une certaine partie du reste des biens Ecclesiastiques des *Réformez*, c'est ce qui est impraticable, 1. à cause du peu qu'ils en ont; 2. à cause des consequences, en égard à la situation presente des affaires: d'où il s'ensuit qu'il n'est pas au pouvoir des *Réformez* de consentir à ce qu'on voudroit exiger d'eux.

25. Qu'il soit impossible de ceder aux *Lutheriens* une partie de ce qui reste encore aux *Reformez*, sans detruire l'état présent de cette derniere Religion, c'est ce qui n'est que trop certain par les raisons que nous allons deduire. 1. Il manque encore des Ministres *Réformez* en plusieurs endroits où ont été les Eglises Matrices, parce qu'il a falu ceder aux *Catholiques* les $\frac{5}{7}$. de ces Eglises: ce qui fait qu'un seul Ministre en a souvent 3. & 4. à desservir. Il manque aussi en plusieurs endroits des Maîtres d'Ecole pour la jeunesse, laquelle est obligée, ou d'aller s'instruire ailleurs, ou de demeurer sans instruction. 2. Plusieurs Ministres & Maîtres d'Ecole ont si peu de Salaires, qu'ils ne peuvent subsister; les premiers n'aiant que 100. Risdales ou 200 florins, & les autres n'aiant que 20. florins de gages. 3. Encore la plûpart n'ont-ils point de gages fixes, les Ministres étant entretenus ou des Collectes ou aux depens des pauvres Communautés, & les Maîtres d'Ecole étant obligez de travailler de leurs mains: ce qu'on pourroit aisement vérifier par les Comptes des Eglises & par les Collectes annuelles. 4. Ce qui fait qu'on ne peut ni entretenir le *College de la Sapience*, ni établir des Maîtres d'Ecole Latine en plusieurs endroits, c'est, qu'on manque de fonds. 5. On en a si peu,

que la plûpart des Maiſons des Miniſtres & Maîtres d'Ecole tombent en ruïne, faute des réparations néceſſaires ; & que lorsqu'il faut bâtir une Grange, pour y faire le ſervice Divin, aux endroits où l'on a perdu les Egliſes, ou qu'il faut faire quelque autre reparation conſiderable, on eſt obligé de chercher du ſecours, en mettant des Boëtes devant la porte des Egliſes, ou en faiſant des collectes extraordinaires. 6. On n'eſt en état de payer ni les Dettes, dont le Capital eſt de plus de cent mille Florins, ni les interêts depuis pluſieurs années. 7. On ne peut plus donner de penſions ni aux Veuves de Miniſtres, ni à leurs Enfans Orphelins, comme on le faiſoit par le paſſé. 8. On ne ſauroit payer ni les arrérages des gages, ni les gages courans en entier. 9. On ne peut plus tirer de la maſſe de quoi payer les Meſſagers & autres petites Depenſes.

La raiſon de tout cela eſt l'inſuffiſance des revenus qui reſtent aux *Réformez*, même dans les meilleures années. On en a fait un Etat, par ordre de l'Electeur, en prenant les années les plus fertiles, par lequel, en mettant les choſes au plus haut, il paroît clairement, que, deduction faite de toutes charges, il ne reſte aux Réformez pour $\frac{5}{7}$ parts, que 7457. Florins en argent, 171. Charretées de vin, 14044. Muids de blé, 1218, muids d'Orge, 7000. muids d'Epeautre, & 6042. muids d'Avoine. Cependant, quoique les Miniſtres & les Maîtres d'Ecole, qui doivent tirer leurs ſalaires entiers de l'Adminiſtration de ces $\frac{5}{7}$ parts, ſoient au nombre de plus de 600. perſonnes, (quelques autres aiant aſſez de Caſuel de leurs Paroiſſes, pour ſubſiſter) Ce Capital a tellement diminué & par conſequent les Salaires, y en ayant même d'entiérement exclus, faute de fonds, qu'on ne peut aſſigner aux gages courans, ſe-

ſelon le Réglement d'à preſent, que 30094. fl. d'argent, 217. Charretées de Vin, 5431. muids de blé, 170. muids d'Orge, 960. muids d'Epeautre, & 167. muids d'avoine: en ſorte quil faut ſupléer à ce qui manque d'argent & de vin par le reſte des autres fruits, évaluez, ſavoir le ble à 12. fl. l'Orge à 1. ½ l'Epeautre & l'avoine à 1. fl., ſuivant la taxe de la Chambre, D'où il s'enſuit evidemment, 1. Qu'une ſi petite ſomme deſtinée aux Salaires de tant de perſonnes, ne ſuffit pas pour leur aſſigner à chacun des gages ſuffiſans. 2. Qu'en comptant néanmoins tout pour plein, ſuivant la Taxe de la Chambre, il ne reſtera des Salaires fixez à ſi bas prix, qu'environ 5. mille & quelques cent Florins. 3. que comme il faudroit pourtant beaucoup plus pour l'entretien des bâtimens: 4. & pour payer les interêts des Dettes; 5. Que comme il arrive ſouvent des cas fortuits qui obligent de remettre aux Fermiers autant & plus que le montant de ce reſte, ce qui fait que l'on reçoit moins de Dîmes; 6. Que comme on ne peut pas toujours vendre les fruits ſur le pié de la taxe, dans les années où il y a peu de debit, & que ſouvent il les faut donner à un tiers meilleur marché; 7. Que ſi le vin d'une récolte ne ſuffit pas pour remplir les Salaires, & qu'il faille y ſuppléer, dans des années abondantes, par d'autres fruits, il peut facilement arriver qu'on reçoive encore moins dans les tems de ſterilité, & qu'on doive y ſupléer en achetant des denrées à plus haut prix. D'où il s'enſuit, que l'état de l'Egliſe Reformée eſt ſi foible par la diminution de ſes fonds, qu'il n'auroit été aſſiſté tous les ans par de grandes Collectes, tant de ceux de la même Communion, que des autres pays. Ce qui prouve que les *Ré-*

formez empireroient leur état, & s'exposeroient à une destruction entiere, s'ils étoient obligez de ceder encore une partie de leurs revenus, & de se reduire à moins que ce qu'ils possedoient avant l'an 1705. durant que la Communauté subsistoit; puisqu'ils étoient jugez si dignes de compassion dès ce tems-là même.

26. Cela etant ainsi, il n'y a personne qui n'avouë que suivant l'etat present des Eglises du *Palatinat*, il est impossible de ceder encore une partie de leurs biens aux *Lutheriens*, sans les ruïner entiérement, & sans renverser de fond en comble les Constitutions de l'Empire. Car 1. il n'est pas au pouvoir des *Reformez* de disposer de Revenus, 2. Si l'on donne une telle atteinte à la Paix de *Westphalie*, avant qu'on ait fait droit sur ce qui regarde les *Catholiques*, on affoiblira tous les argumens dont on s'est servi jusqu'ici contre eux. 3. On leur donnera droit, par ce moyen, de prétendre le même accord: 4. D'autant plus que l'Electeur *Palatin* veut s'attribuer le Droit de réformer & de disposer des biens Ecclesiastiques: ce qu'il prétend faire régler definitivement par une Résolution de l'Empire. 5. Il pourroit en prendre pretexte d'alleguer, qu'il seroit plus juste que les Reformez transigeassent avec leur Souverain & les Sujets de sa Religion, que non pas avec leurs Concitoyens & ceux de leur propre Religion: ce qui seroit tout à fait contraire aux Traitez de *Westphalie*. 6. Si les *Lutheriens* même s'eloignoient de la simple possession dont ils jouïssoient en l'année du Réglement, & s'ils suivoient d'autres principes, tels que ceux des Conseillers du Consistoire; les *Catholiques* s'en prévaudroient pour avoir seuls toute la domination, & pour confisquer à leur profit tous les biens Ecclesiastiques: 7. ce qui pourroit

roit auſſi cauſer un grand prejudice aux *Lutheriens* des autres endroits de l'Empire. Si l'on oppoſe que les *Catholiques* ne pourroient pas s'en prévaloir, parce que les *Reformez* & les *Lutheriens* ne font enſemble qu'un Parti contre les Catholiques: On répond. 8. que ceuxci aiant le pouvoir en main, n'auroient guere d'egard pour cette exception; puiſqu'ils en ont ſi peu pour la Paix de *Weſtphalie*, qui a poſé Art. VII. de ſi juſtes Limites ſur les affaires de Religion, & particulierement Art. IX. §. 19. ſur celles du *Palatinat*; quoi que ces Limites n'aient encore été ébranlées ni du commun conſentement des Parties, ni en aucun endroit de l'Empire. 9. Quoi que la réunion des deux Parties *Proteſtans* ſoit extrêmement à ſouhaiter, elle n'eſt pourtant pas encore faite, & l'on ne peut encore regarder les uns & les autres comme ne faiſant qu'un ſeul Corps malgré l'aparence qu'il y a en quelques endroits où l'Exercice public eſt permis de part & d'autre. 10. Comme neanmoins une telle union eſt plus heureuſement commencée, & paroit devoir être plus durable ſous des Souverains *Proteſtans*, ſans qu'il ſemble qu'on n'en doive aprehender aucune dangereuſe conſequence, & qu'au contraire elle ſemble promettre une Réunion generale: 11. Il s'enſuit de là que la ceſſion pretenduë d'une partie de ce qui reſte encore des biens aux *Reformez* bien loin de favoriſer cette Réunion, ne ſerviroit qu'à l'empêcher; puiſqu'elle ne ſeroit propre qu'à augmenter où à entretenir du moins la diviſion, en confirmant les Peuples dans la penſée que les deux Religions ſont tout à fait differentes. 12. La raiſon eſt, que ſi les deux Religions ne ſont qu'un ſeul corps, dont une partie eſt deja fondée, il n'eſt

pas

pas néceſſaire qu'on établiſſe des Miniſtres ſuperflus à l'autre partie ni qu'on les entretienne inutilement; mais qu'il ſuffit de ſe reunir en un Exercice commun, ſavoir, les *Lutheriens* aux *Réformez* la où ceuxci ont été les premiers établis, & les *Réformez* aux *Lutheriens*, là où la fondation des *Lutheriens* eſt plus ancienne. Par ce moyen, non ſeulement la Réunion ſe feroit d'une maniere plus efficace ; mais on épargneroit auſſi beaucoup de fraix pour l'entretien de pluſieurs Eccleſiaſtiques, & pour quantité d'autres choſes concernant l'Exercice de la Religion, qui demandent aujourd'hui double dépenſe.

V.

Excerpta ex libro Belgico de eodem argumento.

POſtquam has memorias, quas legiſti, typographo, ut eas formis exſcriberet, tradidiſſem, commodum accidit, ut illarum exemplum Amſtaelodami Belgice ac Germanice impreſſum, ad me ablegaretur, cui præfatio praemiſſa eſt Viri mihi quidem ignoti, cordati tamen, ſi ex hoc ungue leonem dignoſcere liceat, & pacis inter Evangelicos amantis. Dabo tibi ex illa excerpta, Latinè reddita, ut ex iis cognoſcas, cur hoc ſcriptum divulgandum fuerit, & ſimul intelligas, nondum Chriſtianam charitatem in Reformatorum cordibus exſtinctam penitus, qui, licet tot injuriis laceſſiti, parati tamen ſunt commoda, A. J. C. ſociorum, quantum in ſe eſt, promovere. Si modo id fieri poſſit ſine proprio ſuorum excidio, & ſalvis publicae pacis, quibus utriusque partis ſalus nititur, decretis. Sed ad rem. Poſtquam decretum

cretum illustris collegii, quod ad curandas res Evangelicorum Ratisbonam nomine Procerum Germaniæ ablegatum est, ad d. XI. Kal. Sept. superioris anni factum, esset enarratum, ita pergunt.

„ Quamprimum de hoc decreto sumus facti
„ certiores, non parum perturbationis tristitiae-
„ que, & in nostris & in illorum omnium, qui-
„ bus Palatinarum ecclesiarum status cognitus
„ quodammodo erat, excitatum fuit. Statim enim
„ prævidebamus, si illi decreto non parituri es-
„ sent Palatini, facile posse contingere, ut lau-
„ dabilis ille ardor, quo Palatinæ ecclesiæ suc-
„ currere, atque eam oppressionibus suis eripere
„ conati sunt Optimates, defervescat paulatim,
„ & extinguatur. Sed ab altera parte persuasi era-
„ mus, Senatui Ecclesiastico, cui illius statuti
„ exsecutio demandanda erat, non id fore fas
„ aut integrum, cum bonorum ecclesiasticorum
„ non Domini, sed Administratores tantum sint.
„ Immo, cum universa clade atque excidio Pa-
„ latinarum ecclesiarum, eam non posse non es-
„ se conjunctam, quod eæ post insignem illam
„ jacturam redituum suorum, quam a 1705,
„ passi sunt, in eum statum se viderunt redactas,
„ ut sustentandis suis Doctoribus, ecclesiarum-
„ que ministris jam diu non amplius fuerint pa-
„ res; sed liberalitate aliarum ecclesiarum, præ-
„ sertim Helveticarum & Belgicarum, debuerint
„ adjuvari.

„ Cum nihilo tamen minus decretum illud san-
„ citum esset, à tot sapientiæ & prudentiæ laude
„ præstantibus tot serenissimorum utriusque con-
„ fessionis Principum Legatis, inde colligebamus,
„ illud, quod dubio procul bona cum intentio-
„ ne, (quæ in ipsius conclusi verbis etiam diser-
„ te adducitur,) factum erat, certis debere niti
„ fun-

fundamentis, quæ vix alia possint esse, quam
„ hæc; VEL, quod nimirum Lutheranis jus ali-
„ quod competat in illa ecclesiastica bona, VEL,
„ quod judicaretur Reformatos facile illo, quod
„ cedendum esset Lutheranis, posse carere, VEL
„ quod æquum esset, ut illi, qui reapse ejusdem
„ fidei essent consortes, se adjuvarent mutuo, ut
„ singulæ partes eo, quem optimum judicarent,
„ modo, sacris operarentur libere, mutuo fra-
„ terno auxilio invicem adjutae.

„ Et, quod magis est, animadvertimus etiam
„ alios passim talem cogitationum suarum fecisse
„ summam, & propter eas rationes responsio-
„ nem Senatus Ecclesiastici Archipalatini valde
„ tulisse aegre, huncque acerbis etiam probris &
„ convitiis multorum ea de causa fuisse exposi-
„ tum, quod recusaret, ea, quæ sui non arbitrii
„ vel juris sunt, concedere. Id itaque negotii
„ nobis datum esse existimavimus, ut, copiosam
„ atque accuratam de tota re, ejusque circumstan-
„ tiis relationem adipisceremur. Talem autem nos
„ nactos esse putamus illo scripto, quod hic ex-
„ hibitum est, in quo, si quid judicamus, Solis
„ radiis apertius ostensum est, & Lutheranis
„ NULLUM prorsus JUS competere in bona
„ ecclesiastica Palatinorum, Et, prorsus fieri
„ NON POSSE, ut aliquid eorum Lutheranis
„ impertiantur. Quod si itaque summe laudabilis
„ Evangelici corporis Ratisbonensis sententia il-
„ lis superstructa esset argumentis, vel, quod
„ Lutheranis in ea bona aliquod sit jus, vel,
„ quod illis subsidiis erogandis facile carere pos-
„ sint Reformati, id alia ex causa oriri non po-
„ tuit, quam quod (hoc autem salva debita
„ tantis Viris reverentia dictum esto) aliorum
„ infidelibus relationibus in errorem inductis, non

„ satis

„ ſatis accurate illud negotium perſpectum atque
„ exploratum fuerit.

„ Atque haec praecipua cauſa eſt, qua impulſi
„ fuimus, ut hoc ſcriptum publici faceremus ju-
„ ris, ut omnibus, & praecipue tot ſereniſſimis
„ atque illuſtribus perſonis de vero Palatinarum
„ eccleſiarum ſtatu, luculentum faceremus &
„ ſolidum indicium, eo fine, ut earumdem ec-
„ cleſiarum, quarum cauſam tam egregie tam-
„ que fortiter tuiti ſunt, miſererentur porro, earum-
„ que conſervationem in ſolamen tot millium
„ ſub perſecutione ingemiſcentium hominum, ſi-
„ bi curae ac cordi eſſe ſinerent. Sed & hoc in-
„ tendimus, ut deſinant Lutherani (a) ea poſtu-
„ lare, quae neque inſtitui, neque effici poſ-
„ ſunt, niſi cum certa noſtrarum in Palatinatu
„ eccleſiarum ruina; (b) ita tamen, ut neutri
„ par-

(a) Addo; & *calumniarum*, & maledictorum, quibus non pauci illorum, (Cave enim illud de omnibus judices) Senatores eccleſiaſticos Palatinos, immo omnes Reformatos, ob ipſam hanc cauſam ab aliquot retro annis crudelem in modum lacerarunt. T. d. H.

(b) Et hoc adjungo; *Cum ſummo diſcrimine reliquarum omnium Reformatarum per Germaniam eccleſiarum.* Quod ſi enim illa argumenta, quibus ſuis poſtulationibus colorem aliquem affricare audent, alicujus judicentur eſſe ponderis, atque in illis locis, ubi aliquando Lutherani vel aliquo, vel magno numero vixerunt, iis nunc cedenda ſint noſtrarum eccleſiarum bona, licet illa jam annis decretoriis a. 1618. & 1624. in noſtra habuerimus poteſtate, eorumque poſſeſſio pacis Weſtphalicae decretis nobis ſancita ac corroborata fuerit, aut multum fallor, aut cum omnibus noſtris coetubus
per

„ parti ea ratione ſatis conſultum ac proſpectum
„ foret.

„ Fatemur lubentes, æquum eſſe, ut ejusdem
„ fidei conſortes (c) ſibi mutuo ſuccurrant, ſed
„ id locum habet in illis locorum temporis-
„ que circumſtantiis, in quibus id fieri poteſt,
„ &, quando neceſſariis ad eam rem mediis in-
„ ſtructi ſumus. Sed aliter res ſe habet cum Re-
„ formatis in Palatinatu, qui neceſſariis ſubſidiis
„ indigent, quibusque cum perpetua eſuritione
„ atque ærumnis conflictandum foret, niſi extra-
„ neorum ope adjuventur aliquantum. Ex com-
„ mentario illo videre eſt, quam exigui nunc ſint
„ eccleſiarum in Palatinatu reditus, & quam par-
„ ce & duriter ex illis vivendum ſit DC ſacer-
„ dotum ac ludimagiſtrorum familiis, ne nunc
„ commemoremus, quot templa, miniſtrorum
„ aedes, & ſcholae ex iis inſtaurari ac conſerva-
„ ri debeant. Ita ut, etſi ſecundum declara-
„ tionem anni 1705. reſtituentur omnia, tamen
„ miſerandus eorum ac deplorandus omnino fu-
„ turus eſſet ſtatus, praecipue, ſi carendum ali-
„ quando foret illis ſubſidiis, quibus ex aliis lo-
„ cis, & ipſis tot annorum bellis paene exhauſtis
„ illorum egeſtas quodammodo imminuta fuit.

„ Sed, ais, quid conſilii ergo Lutheranis in
„ Pa-

per Germaniam actum ac conclamatum erit. Ite itaque Haſſi cum Naſſoviis, ite Anhaltini cum Hanovienſibus, & Vos ite, o Bremenſes mei, colligite vaſa, migrate veteres coloni, diſcedite aris ac templis veſtris, atque ea aliis, quorum inſignem erga vos humanitatem experti eſtis toties, & quotidie experimini, quamprimum aperite, cedite, relinquite! T. d. H.

(c) Tales autem Reformatos & Lutheranos eſſe, *hi* ſane haud facile conceſſerint.

„ Palatinatu? suspirandumne illis itaque sem-
„ per erit? Quod pace illorum fiat, auctores il-
„ lis sumus (1) Ut primo illi adhaereant statui,
„ in quo fuere ante introductionem simultanei,
„ de quo adducta memoria consuli potest.

„ II. Si illis aliquid deesset, ut eum in mo-
„ dum agerent, quem observant Reformati in
„ locis aliis, ubi Lutherani rerum potiuntur, v.
„ gr. Tychopoli, Cellis, atque alibi. Illi *non
statim summa imis miscent in publicis Imperii Co-
mitiis*, *non divina omnia atque humana jura tur-
bant*, *omnia flocci pendentes*, *fine modo dum poti-
antur suo*, *non illi aliis jam per se satis afflictis*, *ac
miseris addunt afflictionem molestiasque*, *non ean-
dem ludunt fabulam*, *quam olim Davidi enarrabat
Nathan* 2. *Sam. XII*; 1-5. *Non potentiorum te-
„ runt limina*, eosque orando obtundunt, ut il-
„ lis portio eorum bonorum, quæ a Lutheranis
„ legitime possidentur, concedatur; Sed ipsi sibi
„ ex *suis*, quoad ejus fieri potest, prospicere al-
„ laborant, & si propriae deficiunt vires, ad alios
„ in Belgicâ atque alibi viventes confugiunt,
„ eorum opem atque operam implorant, neque
„ sine omni successu, cum non contemnendas
„ inde argenti summas, quibus suarum eccle-
„ siarum ministros sustentant, quotannis impe-
„ trent. Quaerenda itaque illis subsidia sunt
„ apud SUOS. Quid enim? Anne tot Princi-
„ pibus, tam inclutis imperii urbibus, tanta re-
„ rum copia atque omnis generis deliciis affluen-
„ tibus, media deerunt, quae vel simul, vel sin-
„ gulis annis colligant alendis non exigui nume-
„ ri Pastoribus sufficientia?

„ III. Et; si nihilo minus adhuc deessent
„ quaedam, nondum omnem caritatem Chri-
„ stianam, quam alii ejurasse videntur, ex ani-

„ mis ſuis deleverunt Reformati. Multis docu-
„ mentis oſtenderunt, marſupia ſua tam Luthe-
„ ranis, quam Reformatis patere. In his Re-
„ gionibus (d) ejus rei teſtimoniis abundamus,
„ & facile nobis foret, non contemnendas ar-
„ genti ſummas adducere, ad Lutheranarum ec-
„ cleſiarum, quae in Germania ſunt, uſus im-
„ penſas. Neque hunc animum abjiceremus, ſi
„ modo mitiores quodammodo fore aliquando
„ Lutheranorum erga noſtros animos, ſperare
„ liceret. Ceterum vehementer optamus, ne hoc
„ negotium in novum convertatur inter Evange-
„ licos ἐριδος μηλον, ne communis illorum cauſa
„ inde aliquid patiatur detrimenti, ne utriusque
„ partis adverſarii inde gloriandi ac triumphandi
„ arripiant occaſionem, praecipue, ne concor-
„ diae eccleſiaſticae negotium, in quo nunc pro-
„ movendo verſantur, illa ratione impediatur,
„ & ſufflaminetur; Verum, ſi particulares ſen-
„ tentiae non poſſint inter ſe conflari, quod, ut
„ res hominum ſunt, optandum magis eſt, quam
„ ſperandum, eo tandem aliquando deveniatur,
„ ut utriusque partis Evangelici ob res, quae
„ fundamentum fidei non concernunt, fatenti-
„ bus non paucis ex Lutheranis viris cordatis,
„ qui a praejudicatis ſententiis, acerbitate atque
„ affectibus animum liberarunt, non amplius
„ mu-

(d) Foederatas provincias intelligunt. Quibus nos adjungimus Helveticas, noſtramque adjungeremus patriam, niſi recte geſtorum tacita frui conſcientia, quam ea publice praedicari, mallemus. Et, ſi quis dubitet, ille ex Bipontinis quaerat, quid ipſo hoc anno in ſubſidium eccleſiarum Lutheranarum, a quibus noſtri tot annis tot ibi gravia paſſi ſunt, Tiguri vicinisque in locis erogatum fuerit. T. d. H.

„ mutuis odiis, calumniis, litigationibusque
„ ac rixis se invicem adoriantur, sed amice, ut
„ Christianos ac Fratres decet, aetatem transi-
„ gant; Utinam imitarentur exemplum Belga-
„ rum nostrorum, inter quos Reformata reli-
„ gio dominatur, & Evangelico-Lutherani non
„ minus opinionibus suis tenaciter adhaerent
„ quam alibi, hi tamen publico ac libero reli-
„ gionis suae exercitio non modo fruuntur, sed
„ & amice ac comiter se invicem utuntur.

„ Dolendum itaque est, ita pergunt, cum Prin-
„ cipes Evangelici Romani Imperii concordiam saltim animorum promovere satagunt, & praeclari utriusque partis Theologi operam suam in eo negotio offerunt, tot alios esse, qui illam impedire, quantum in se est, conantur. Non rabiosum illum, ita inquiunt, E. memorabimus, neque *novum* illum (*O CURVAM in TERRAS animam & coelestium inanem !*) *Magistrum* magnopere curamus, qui postquam E. ori impositum est capistrum, instar Simei cujusdam Israelem Reformatum, tanquam γεννήματα ἐχιδνῶν, impiis proscindere conviciis, & in laudabile illud pacis ecclesiasticae opus, tanquam si illud nil miserantis orci esset fabrica, debacchari non erubuit. Adducemus tantum epistolam, quam Georgius *Debus*, illarum in Palatinatu turbarum fax, non ita pridem scripsit, ex qua, quo ille erga nostros, quos hostes ac Satanae *angelos* vocat, animo sit, pernoscas (quae ibi legi potest) &c.

Posterior hujus scripti pars impellit me, ut huc verbum addam; Illi quidem homines, qui hic notantur, (e) quando contra nos virus suum evo-

(e) Addendus his est alius, cujus nomini parco, qui

evomunt ſcriptis, in quibus pueriles ineptiæ, cum indomita mentiendi ac calumniandi libidine, quaſi de

qui ſub nomine DOCTORIS *cujusdam ac Paſtoris in incluta quadam Imperii urbe* haud ita pridem *judicium de ünione Proteſtantium* vulgavit, eique AlPHABETUM, facetum ac perlepidum, quod vocat, CALVINISTARUM adjunxit. Appellat illud *moderatum*;

Verum, ſi haec MODERATA ſcripta dices,
Nos ſummus moderationis auctor
A tali moderatione ſervet.

Sunt quidem in eo nonnulla, quibus fucus fieri imperitae multitudini primo intuitu poſſet, at, ſi conſiderentur penitius, ὀυκ ἄξια ſunt ψοφȣ δάκτυλων: Multa in eo narrantur aperte falſa; Multa, quae juſtiſſime facta eſſe, infitiabitur nemo. Nihil non redolet cramben cum nauſea toties totiesque recoctam. Ex impudentiſſimorum & capitalium hoſtium noſtrorum ſcriptis petita ſunt pleraque. Nihil autem occurrit, quod vel hilum ad rem faciat. Omnia enim iis facta ſunt temporibus, quibus jus ſacrorum publicae pacis decretis nulli parti Proteſtantium cum excluſione alterius, adhuc erat addictum, & eapropter utrique illorum libertatem ſibi prout res ferebat, vindicare erat integrum. Quod ſane ſine tumultu omni fieri non potuit. Atque ita peccatum fuit UTRINQUE. Fuerat in animo id oſtendere ſingulari ſcripto, illique Alphabeto opponere *Decada Alphabetorum* alius nominis. Sed mutavi *nunc* quidem conſilium; Cujus praecipua cauſa eſt, quod videam ab aliis, licet eidem ſectae addictis, ferociam hominis aliquantum eſſe contuſam. Vide ſodes, inter alia quae ſub titulo Unvorgreifflıches Bedencken/ ut & Unpartheyiſche Gedancken/ huic libello oppoſita ſcripta podiere. Hujus autor Vir ampliſſimus, quique non uno ſpecimine inſignem variamque eruditionem prodidit, latere voluit ſub nomi-

si de principatu contendunt, id vero concoquendum nobis est, persuasissimis, non hæc tam cum nostro, quam illorum aeterno dedecore conjuncta esse, qui isthoc indicio suo, quo animentur spiritu, tanquam sorices, produnt. At illud institutum ab integris Synedriis, in quibus adeo nemo unus fuerit, ὶυ συγκατατεθειμενος τῃ βȣλῃ καὶ τῃ πραξει ἀυτων, publice approbari, laudari, defendi, id vero omnem pæne fidem superat, & vix ferendum esse videtur. Num vero illud ἀνάθεμα, ῳ ἀναθεμάτισαν ἑαυτους, συνωμοσιαν πεποιηκοτες, aut exemplum, illius *Discordiæ formula*, qua tanquam libro suo symbolico gloriantur, tutos illos olim præstiturum sit, hoc ipsi viderint, quando in ipso mortis articulo, & æternitatis confinio positis coram tremendo mansuetissimi Jesu tribunali comparendum erit, rationes exacturi etiam περι παντων των ΣΚΛΗΡΩΝ, ΩΝ 'ΕΛΑΛΗΣΑΝ, ΚΑΙ Α 'ΕΓΡΑΨΑΝ. Interim, meus liber Symbolicus, qui & talis est omnibus γνησιως Christianis, me plane docet alia. Is me facit toto corpore, atque omnibus artubus contremiscere, quando in illo lego, ἐν ἡμερᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλυψεως δικαιοκρισιας τȣ Θεȣ fore Θυμον καὶ ὀργην καὶ θλιψιν καὶ ςενοχωριαν ΤΟΙΣ ἐξ ΕΡΙΘΕΙΑΣ, καὶ ἀπειθȣσι μεν τῃ ἀληθειᾳ, πειθομενοις δε τῃ ἀδικιᾳ. Rom. II: 8, 9. At cum porro lego τα ἐργα τῆς σαρκος esse 'ΕΧΘΡΑΣ, 'ΕΡΕΙΣ, ΖΗΛΟΥΣ, ΘΥΜΟΥΣ, ΕΡΙΘΕΙΑΣ, ΔΙΧΟΣΤΑΣΙΑΣ, & fore, ὁτι, οἱ τα ΤΟΙΟΥΤΑ πρασσοντες, βασιλειαν Θεȣ ὀυ κληρονομήσουσιν, cum e contrario καρπος τȣ πνευματος vocetur ἀγαπη, εἰρηνη, μακροθυμια, χρηςοτης, ἀγαθωσυνη, πραοτης, Gal. V: 19. sqq. hæc, inquam, cum

nomine *Christiani Irenophili*, J. U. D. Nos ingeminamus illud Lutheri *A DOCTORE glorioso, & PASTORE onentioso & inutilibus quaestionibus libe, et ecclesiam suam Dominus!*

considero attentius, non possum aliter, nisi vim mihi inferre velim, rationes conficere, quam aut Paulum non scripsisse vera, aut homines TALIA OPERA CARNIS facientes, non veros esse Christianos. Adderem paene, non eam religionem, quæ talibus fructibus abundat, POSSE esse Christianam, nisi scirem in illorum coetu quoque esse, qui illum ab omni Christianæ religionis institutis abhorrentem agendi modum improbent ac detestentur.

Interea neminem puto tam iniquum fore, ut hæc à me heic verbulo monita esse, ferat aegre? Quid enim? Dum ita alii contra innocentes omnium sanctissimæ ac castissimae religionis, (talem autem illam, quam profiteor, esse, SCIO,) socios & acerbissimis scriptis & *θορυβοποιοις κραυγασμασιν* invehuntur, dum in ejus perniciem horribili sacramento capita sua alligant, dum eos urbibus suis & moenibus, tanquam carcinomata & pestes humani generis, & *περικαθαρματα τȣ κοσμȣ*, quantum in se est, exclusos vellent. Dum omni sacrorum usu, quem Judæis infensissimis Christi hostibus concedunt, sine quo homini Christiano vita ipsa acerba est, susque deque habitis tot Regum Principumque intercessionibus, interdicunt, dum illos, qui ad audiendum verbum divinum in aliorum Potestatuum Legatorum aedibus confluunt, eodem modo, quo id fit Lutetiae Parisiorum, mulctis ac poenis coercendos statuunt. Dum Viros Dei, pietate, doctrina, meritis, moderationis studio illustres, cùm quibus illi ne comparandi quidem sunt, infernalibus flammis, tam ridiculo, quam protervo ausu adjudicant, tanquam si illis instar Rhadamanti alicujus, ad Minois datum esset

Arbitrium tetrae Stygis, ac pallentis Averni.

Dum

Dum denique, quod horrendum cogitatu narratuque eſt, mortuis ne ſepulturam quidem in templis ſuis ac coemeteriis, cum Chriſtiani nominis, immo humani generis opprobrio, permittunt, HAEC, inquam, & talia, cum patrant, moliuntur, defendunt, licitumne nobis tandem erit, ob haec mutire, ingemiſcere, & juſtiſſimo dolore provocatas querimonias coram hominibus effundere? Non pigebit adſcribere verba Apoſtoli, idque ea, qua ſcripta ſunt, lingua, ne emphaſi illorum verſione noſtra quid detrahatur, ſi forte pacis DEO ſeria illarum meditatione corda illorum mollire atque ad meliorem mentem voluntatemque convertere, adlubitum fuerit. Ita Jacobus cap. III: v. 13. Τις σοφος καὶ ἐπιϛημων ἐν ὑμιν, δειξατω ἐκ της καλης ἀναϛροφης τα ἐργα ἀυτȣ ἐν ΠΡΑΥΤΗΤΙ σοφιας.

14. Ει δε ΖΗΛΟΝ ΠΙΚΡΟΝ ἐχετε καὶ ἘΡΙΘΕΙΑΝ ἐν τῃ καρδιᾳ ὑμων, μη κατακαυχασθε, καὶ ψευδεσθε κατα της ἀληθειας,

15. Θυκ ἐϛιν ἀυτη ἡ σοφια ἀνωθεν κατερχομενη, ἀλλ' ΕΠΙΓΕΙΟΣ, (Notent hanc vocem TERRENI HOMINES.) ψυχικη, ΔΑΙΜΟΝΙΩΔΗΣ.

16. Ὁπου γαρ ΖΗΛΟΣ καὶ ΕΡΙΘΕΙΑ, ἐκει ἀκαταϛαϛια, καὶ παν φαυλον πραγμα.

17. Ἡ δε ἀνωθεν σοφια πρωτον μεν ἀγνη ἐϛιν ἐπειτα ἘΙΡΗΝΙΚΗ, ΕΠΙΕΙΚΗΣ, ἙΥΠΕΙΘΗΣ, ΜΕΣΤΗ ἘΛΕΟΥΣ καὶ καρπων ἀγαθων, ἀδιακριτος, καὶ ἀνυποκριτος.

18. Καρπος δε της δικαιοσυνης ἐν εἰρηνῃ σπειρεται ΤΟΙΣ ΠΟΙΟΥ ΣΙΝ ΕΙΡΗΝΗΝ.

QUI HABET AURES AD AUDIENDUM AUDIAT!

Ceterum, dum in eccleſiis Theologi nocere nobis, quantum poſſunt, conantur, in aulis principes afflictorum cauſam ſuſcipere, & eccleſiae ſuae nutritios vindicesque, quod grato animo agnoſcimus, excitare Deum, ex vernaculo ſermo-

mone in Gallicum, cujus nunc uſus paſſim obtinet, trans atae, ſequentes docebunt literae.

VII.

Potentiſſimi *Boruſſiae* Regis ad Senatum Hamburgenſem Epiſtola.

FREDERIC-GUILLAUME, par la grace de Dieu, Roi de *Pruſſe*, Marquis de *Brandebourg*, Archi-Chambellan & Electeur du *St. Empire Romain*, &c. Salut. Nous ne pouvons nous diſpenſer de vous donner à connoître, que Nous avons apris avec beaucoup de chagrin & une ſurpriſe extreme, que quelques uns des Paſteurs Evangeliques Lutheriens de vôtre Ville ſe ſont enhardis jusqu'au point d'attaquer ouvertement la Religion Evangelique Reformée, par des Calomnies abominables, non ſeulement en Chaire, mais encore dans des Ecrits répandus presque par tout l'Empire; & d'attribuer aux Réformez des penſées & des ſentimens ſi déteſtables, qu'on doit douter avec raiſon que l'on ait jamais vû ni entendu rien de plus ſcandaleux dans de pareilles affaires parmi des Chrétiens.

Mais ce qui Nous ſurprend le plus, c'eſt que l'un de ces Libelles, imprimé ſous les noms du fameux *Erdman Neumeiſter*, ainſi que cela paroît par le titre, ait été publié avec l'approbation & le conſentement d'un Corps qui ſe nomme *Miniſtere Chrétien*; & que vous puiſſiez ſouffrir & permettre que de pareils Ecrits ſoient imprimez dans vôtre Ville, & débitez impunement; comme auſſi que l'on oſe proferer publiquement de

de la Chaire, en vôtre préſence, toutes ſortes de Blaſphemes & de Calomnies. Par cette connivence & ce conſentement tacite, vous vous rendez participans des entrepriſes de ces Boutefeux, qui ſont Anti-Chrétiennes & directement oppoſées à la Juſtice, & particulierement défenduës très rigoureuſement par les Loix fondamentales de l'*Empire*; de ſorte que Nous ne pouvons rien entrevoir, qui puiſſe ſervir en cette occaſion à vôtre juſtification.

Vous comprendrez auſſi facilement & de vous mêmes, que la maniere violente dont on Nous a attaqué de même que les autres Puiſſances Evangeliques-Reformées, exige au moins que vous puniſſiez d'une maniere exemplaire les Auteurs des ſusdits Libelles diffamatoires, & ceux qui dans leurs Sermons ſe ſont oubliez d'une maniere ſi indécente; & que dans la ſuite, vous inſpiriez la Moderation Chrétienne à vos Paſteurs, & ne lâchiez plus tant la bride, à ces Perſonnes ſéditieuſes, qu'elles puiſſent jamais entreprendre de noircir les Réformez, ſoit dans leurs Ecrits,ſoit dans leurs Sermons,par des Menſonges ſi ſenſibles,& par des Calomnies ſi atroces.

Nous eſperons qu'à nôtre très-gracieuſe requiſition & exhortation, vous ferez & obſerverez à l'égard de ces deux choſes, ce à quoi chaque Souverain eſt obligé, & en quoi vous ſerez aſſiſtez en cas de beſoin, avec toute la ferveur poſſible.

Mais comme vos Paſteurs paroiſſent avoir outre cela un double but, par leur malice extreme, & par leur aigreur inconcevable; l'un, d'empêcher, autant qu'il eſt en eux, la Paix de l'Egliſe, & la reünion des deux Religions Evangeliques, deſirée jusqu'à préſent avec tant d'ardeur

par tous les véritables Evangeliques, & sur tout si necessaire dans ces tems dangereux, l'autre, d'animer leurs Auditeurs, & particulierement vous mêmes comme Magistrats, à extirper entierement le Service Divin des Evangeliques Réformez; ou au moins, d'y exciter la Populace, & d'exposer par là les Membres de l'Eglise Réformée de vôtre Ville au danger extrême de perdre leurs Vies & leurs Biens: Nous vous exhortons affectueusement d'être là-dessus sur vos gardes, & de châtier à tems & efficacement vos Pasteurs; car quoi que par rapport au premier article, on ne se mettroit guere en peine du consentement ou du desaveu du vos Pasteurs, si cet Ouvrage pouvoit être conduit à sa perfection par la bénediction & le secours de Dieu; cependant, le second article, savoir l'oppression de la susdite Eglise Evangelique Réformée, pourroit avoir des suites plus dangereuses pour vôtre Ville, que l'on ne se l'imagine peut-être, & que vous pouvez facilement prévoir & vous représenter, en y faisant quelque attention.

On ne peut non plus concevoir les raisons qui pourroient vous porter à priver les Réformez de l'exercice de leur Religion introduit dans vôtre Ville, ou à les inquieter à cette occasion; d'autant plus que l'Eglise Réformée n'a aucun Article de Foi ni Dogme qui puisse troubler le bien public de vôtre Ville, ni y causer le moindre danger ni préjudice. D'ailleurs, il Nous semble que vous avez de trés-grandes obligations aux Puissances Evangeliques-Reformées, des bonnes intentions qu'Elles vous ont témoignées, & dés secours réels qu'Elles vous ont accordez en toute occasion pour le maintien de vôtre Ville; & il peut encore arriver tant de cas & de conjonctures,

res,

res, où vous pourrez avoir besoin de leur appui & de leur assistance, que l'on ne doit pas attendre de vous, comme des Gens sages & sensez, que vous puissiez non seulement oublier de tels bien-faits, mais même offenser & irriter au suprême dégré les Puissances Evangeliques Reformées, en opprimant ceux de leur Communion, qui habitent dans vôtre Ville.

Dans l'esperance que Nous ne nous tromperons pas dans la bonne opinion que nous avons de vous à cet égard, Nous vous recommandons très-fortement par la Présente la susdite Eglise Réformée; & vous ne pouvez rien faire qui Nous soit plus agréable, que d'accorder à ceux de nôtre Communion l'effet de nôtre Recommendation en leur faveur, & de les laisser jouïr tranquillement du libre exercice de leur Religion, sur le même pié qu'ils l'ont eu jusqu'à présent. De nôtre côté Nous nous réjouïrons lors que Nous pourrons donner à vôtre bonne Ville des marques de nôtre gracieuse & Royale affection, que Nous avons envers elle d'une maniere inaltérable, & avec laquelle nous serons toûjours, &c. à *Berlin* le 20. Decembre 1721.

Signe, FREDERIC-GUILLAUME.

Et plus bas ILGEN.

B.

Praepotentium Belgii Ordinum ad Proceres Hamburgenses Epistola.

TRES NOBLES.

VOUS n'ignorez pas, non plus que personne, de combien de Griefs & d'Opressions ceux

ceux qui professent la Religion Evangelique, tant ceux de la Confession d'*Augsbourg*, que ceux de la Religion Réformée, ont été accablez depuis plusieurs années par leurs Antagonistes dans l'*Empire* d'*Allemagne* & autres endroits; & avec quelle loüable ardeur le Corps des Protestans de l'*Empire* s'est occupé depuis quelques années à procurer, d'une maniere convenable, le redressement des Griefs & des Attentats reïterez, qu'on a suscitez en tant d'endroits contre les Protestans de l'*Empire*, tant de la Confession d'*Augsbourg* que de la Religion Réformée; comme aussi jusqu'où les pensées de quelques-uns, même de la Confession d'*Augsbourg*, ont été poussées, par un loüable motif de paix & d'union, pour reünir, s'il est possible, ceux qui professent les deux Religions, & qui ont pris la Parole de Dieu pour unique Regle de leur Foi, quoi qu'ils different d'opinion par rapport à l'explication de quelques Points de Doctrine: Ouvrage qu'on a plûtôt lieu d'esperer, que d'attendre, à cause des Préjugez qui ont jetté de trop profondes Racines.

Dans cette situation, Nous n'avons pû apprendre qu'avec surprise & contre toute attente, aussi bien que les autres Puissances qui professent comme Nous la Religion Chretienne Reformée, que quelques Ecclesiastiques de vôtre Ville, entr'autres le nommé *Erdman Neumeister*, Ennemis déclarez, à ce qu'il paroît, de toute Tolerance & Paix, semblent s'être proposez de traverser de toutes leurs forces un But si salutaire, d'allumer le feu de la Haine & de la Discorde entre ceux de la Confession d'*Augsbourg* & ceux de la Religion Reformée, & d'animer la Populace contre les Réformez de vôtre Ville, pour les priver du libre exercice de leur Religion dans la Maison de

notre

notre Réſident, dont ils ont joui depuis tant d'années & juſqu'à préſent : Car il ſemble entr'autres, que les Ecrits ſcandaleux du dit *Erdman Neumeiſter*, qui ont été imprimez & publiez, ne tendent qu'à cela.

Nous ne pouvons Nous diſpenſer de témoigner, comme les autres Puiſſances qui font profeſſion de la Religion Réformée, que Nous ſommes ſenſibles à de pareils Ecrits injurieux, qui ne tendent qu'à perſecuter ceux de notre Communion, & qui, ſelon Nous, ne peuvent qu'être deſaprouvez par tous les Chrétiens éclairez & moderez, même ceux de la Confeſſion d'*Augsbourg :* Nous y ſommes d'autant plus portez, qu'il ſemble que la Populace, animée par l'inſtigation de ce Clergé, commence à regarder de plus mauvais œil que ci-devant, l'exercice de la Religion Réformée qu'on fait dans la Maiſon de notre Réſident; & que l'on a vû aux environs de la dite Maiſon, quelques commencemens d'Emeute, à la vérité de peu d'importance, mais dont les ſuites auroient pû être dangereuſes, puis que l'on a vû que de pareilles étincelles, que l'on traitoit d'abord de peu de choſe, ont donné lieu à piller la Maiſon du Miniſtre de l'Empereur dans votre Ville.

Nous avons cette juſte confiance en votre ſageſſe, que vous ne permettrez pas qu'on faſſe la moindre inſolence ou inſulte à la Perſonne, aux Domeſtiques, ni à la Maiſon d'un Miniſtre Public, tel que notre ſusdit Réſident, & que vous vous y oppoſerez effectivement : Néanmoins, Nous avons appris avec la derniere ſurpriſe, que lors que notre Réſident vous fit part des ſujets d'inquietude qu'il avoit à ce ſujet, vous lui fites une réponſe par écrit, datée du .... Decembre der-

dernier, par laquelle il paroît que vous y eûtes peu d'égard; & qu'au lieu de donner à nôtre Résident quelque assurance de la Protection qui lui étoit dûë, vous semblâtes vouloir lui insinuer, que ce n'étoit pas aux divers Ecrits injurieux & à l'animosité de quelques Ecclesiastiques, mais à quelques nouvelles Céremonies, qu'on devoit attribuer lesdits mouvemens suspects aux environs de sa Maison, quoi que tout le monde soit convaincu qu'il n'y a point de Religion où l'on pratique moins de Céremonies que dans l'exercice de la Religion Réformée, & qu'il n'y a aucun lieu de croire que l'on ait introduit quelques nouvelles Céremonies dans la Maison de notre dit Résident.

De plus, Nous avons vû avec déplaisir par ladite Reponse par écrit, que vous recommenciez à croire qu'on ne devoit pas permettre à ceux de la Religion Réformée dans *Hambourg*, de se rendre à la Maison de notre Resident, pour y faire l'exercice de leur Religion, sans aucune crainte d'insulte. Vous vous ressouviendrez, sans doute, de ce que Nous vous representâmes sur ce sujet il y a un peu plus de 2. ans, savoir par notre Lettre du 20. Septembre 1719. & comment on permit à ceux qui font profession comme eux de la même Religion, d'exercer leur Religion dans les Maisons ou Chapelles desdits Ministres: Qu'on n'avoit point empêché depuis longues années, aux Ministres de nôtre Etat qui ont rêsidé à *Hambourg*, d'admettre les Réformez qui venoient chez eux à l'Eglise; & qu'il Nous seroit fort desagreable, de même qu'à toutes les Puissances Reformées, que vous voulussiez y apporter quelque changement, & par une pareille innovation donner un exemple d'oppression, que les Antagonistes de ceux de la Confession d'*Augsbourg*, aussi bien

bien que des Réformez, ne manqueroient pas de tourner à leur avantage, & qui pourroit tendre au préjudice des deux Communions. Nous jugeons qu'il est inutile de repeter ce que Nous vous avons représenté plus amplement sur ce sujet, & sur les suites qui pourroient en résulter, par notre dite Lettre, à laquelle Nous nous rapportons.

Cependant, Nous ne doutons nullement que vous ne reflechissiez mûrement, combien mal à propos pour le bien de la Cause des Protestans, & directement contre les Préceptes fondamentaux de l'Evangile, & contre la Doctrine moderée & pacifique de Jesus-Christ & de ses Apôtres, on aigrit les Esprits des Habitans de votre Ville & ceux de la Confession d'*Augsbourg*, par la passion effrenée de quelques Ecclesiastiques, & par des Ecrits scandaleux, tels que ceux dudit *Erdman Neumeister*, qui tendent à susciter l'oppression & la haine contre les Réformez: Et que par consequent, bien loin de favoriser en aucune maniere de si pernicieuses impressions, vous vous determinerez à reprimer comme il faut, l'Auteur de ces Ecrits scandaleux, & à recommander au Clergé de votre Ville la moderation & la douceur Chretienne, principalement par rapport à ceux qui comme les Réformez de cet Etat ne prennent que la Parole de Dieu pour le Fondement & la Regle de leur Foi & de leur Culte Divin.

Nous nous attendons aussi, que non-seulement vous ferez en sorte qu'il ne soit fait aucune insulte à la Personne de notre Résident, à ses Domestiques & à sa Maison; mais encore, que vous les protegerez, en cas de besoin, par votre autorité & puissance, contre toute violence, ainsi que vous y êtes obligez suivant le Droit des Gens: Que vous permettrez aussi aux Habitans Réfor-

mez

mez de votre Ville, ſans aucun empêchement, le libre exercice de leur Religion dans la Maiſon ou Chapelle de notre dit Miniſtre, ſur le pié qu'ils l'ont fait depuis longues années. Nous vous demandons le tout amiablement, & Nous croyons d'autant plus pouvoir le faire, que Nous tolerons dans nos Etats, ſans aucun empêchement, à ceux de la Confeſſion d'*Augsbourg*, le libre exercice de leur Culte Divin.

Pour le ſurplus, Nous nous aſſurons que vous peſerez mûrement, ſelon votre ſageſſe & prudence les fâcheuſes ſuites & le préjudice qui pourroit arriver à votre Ville, ſi par votre conduite ou connivence cette affaire étoit pouſſée plus loin, & qu'il en reſultat quelques accidens: Nous ſommes donc dans la ferme attente, que vous voudrez bien les prévenir; ce qui nous ſera agréable, de meme qu'indubitablement aux autres Puiſſances favorables à la Religion Réformée, &c. A la HAYE ce 3. Janvier 1722.

VIII.

Iſebrandi Eilhardi HARCKENROTH,

Eccleſiaſtæ *Hindelopenſis* in Friſia Diſſertatio de *RACHELE*.

Ad loca *Jeremiæ* XXXI: 15. & *Matthæi* II: 18. qua diſſeritur & per conjecturam probabilem evinci videtur, *Rachelem*, non *matrem* Joſephi & Benjaminis, ſed *Urbem* vel *vicum* Judæ, indicare.

§. 1.

§. 1.

FIdissimus cum sit ipse sanctus Dei Spiritus verborum suorum Interpres, neutiquam ille, qui debito in hunc affectu ducitur, sibi in animum inducere audebit, aliquem vel levissimum scrupulum de ἀλληλεχίᾳ *Jeremiæ* Vatis vere Divini & *Matthaei* Euangelistæ Θεοπνεύστε, uterque enim, eodem actus Spiritu, scripta sua consignavit, ille Vaticinia quidem, hic implementum: adeoque de allegatione recta horum verborum Prophetæ vindicanda non instituam anxius disquirere, paucula quædam tantum moniturus, conjectura (ut mihi videtur) probabili, de רחל Ῥαχὴλ *Rachele*, evincere conabor, non conjugem illam *Jacobo* Patriarchæ sociatam toro, intelligi, sed *Urbem* vel *Vicum* in tribu Juda sitam.

§. 2. Ita se habet sacer Textus penes *Jeremiam* XXXI: 15. קול נרמה נשמע נהי בכי תמרורים רחל מבכה על-בניה כי איננו & *Matthæum* in *Euangelii* cap. II: v. 18. Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκέσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολὺς, Ῥαχὴλ κλαίεσα τὰ τέκνα αὐτῆς. καὶ ἐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι ἐκ εἰσί. *Vox* in Rhamah (*Vulgat.* in excelso) *audita est*, *lamentatio & fletus & ejulatus multus*, Rachel *plorans filios suos*: *& noluit consolationem admittere*, *quia non sunt*. Quædam inseruit hisce *Paraphrastes* Chaldæus, non autem inhærebo illis, sunt etiam Codd. *MSS.* in quibus *Matthæi* textus hiulcus videtur fuisse ex defectu θρῆνος καὶ, quos præter aliorum *Versiones* secutus est *Justinus Martyr* in *Dial.* cum *Tryphone* & *Hieronymus*, ni fallor, sed constans lectio *Codd.* Jeremiæ omnino suadet verba Evangelistæ debere legi, prout in Editis habentur.

§. 3. Pro ratione instituti, missis cæteris, quae

huc congeri possent, recta *Rachelem* pergo, quam maxima Interpretum pars, imo tota eorum fere turba, dixit uxorem *Jacobi* Isacidæ Patriarchæ, Labanis Syrii filiam juniorem. *Gen.* XXIX. v. 14. 16. 18. matrem Josephi. XXX: 24. & Benjaminis XXXV: 24. quem mox enixam, puerperam, extinctam, ad viam Ephrathæ sepultam tradidit sacrorum Annalium intemerata fides. v. 19. XLVIII: 7. Sunt qui totum contiguum Ephrathæ tractum seu Bethlemiticum, eo quod servet ossa hujusce *Rachelis*, ab illa nomen sibi proprium vindicasse autumant, quæ autem leviori tibicine suffulta sententia hactenus visa mihi est, etiamsi ex profanis, non autem idoneis argumentis, adstructa dicatur, licet *Justinus Martyr* in *Dial.* cum *Tryphone* hanc sententiam amplexus fuisse memoretur Eruditissimo Viro *Cornelio ADAMI Exercitat. Exeget.* I: §. 27. Ingenue fateor me hactenus non esse assecutum, quî *Rachel* possit introduci plangens dura & cruenta fata bimulorum puerulorum contribulium Judæ, nepotum Leæ, cum ipsa mater Josephi fuerit & Benjaminis: novi equidem, notata *Gomari* aliorumque, etiam illa Celeber. *Frid. SPANHEMII* Dub. Euangel. *part* II. Dub. LXXXII:LXXXIII:LXXXIV. quæ jam non moror, quisque suo abundet sensu, ubi commodior & facilior comparebit via, illam ingrediar.

§. 4 Inter Urbes tribui Judæ quondam assignatas offendi nuper רכל *Rachal* memoratam 1. *Sam.* XXX: 29. τοῖς ὁ juxta *Edit.* Complut. Ῥαχὰλ *MStum* Alexandr. Ῥαχὴλ dictam, illico subiit animum meum conjectura hæc, fuisse eandem illam, quam ex *Jeremiæ* pericopa Prophetica indigitaret *Matthæus*, sed videbatur obstare aliqua difficultas, cum רכל in Libri *Samuelis* loco cita-

citato, חיל in Codice *Jeremiæ* ſcriptum legeretur nomen, mox autem ſuggerebat memoria, כ *chaph* & ח *cheth* eſſe literas ejusdem fere ſoni & pronunciationis, utraque enim reſpondet Græcæ χ *chi*, porro attendebam dudum ab aliis monitum paſſim offendi, unius alteriusve literulæ mutatæ, in aliam ejusdem organi, exempla, præſertim in nominibus propriis Urbium, locorum aut hominum; & quam facile id accidere potuerit, ex eo judicare proclive eſt, ſi attendamus, amanuenſes ex ore dictantis conſignaſſe partem aliquam Hiſtoriæ etiam Sacræ vel illuſtris alicujus pericopæ Propheticæ, hinc literas ejusdem ſoni & pronunciationis non ita diſtinguere poterant, nec inde quicquam integritati Textus Sacri decedit, quippe idem ſonant: accedit ipſa quotidiana experientia teſtis, quam parum quandoque conveniant in pingendis nominibus locorum propriis, quoad ſingulas literas, etiam populares, ubi tamen pronunciatio eadem concipitur: adeoque hanc difficultatem, utpote exiguam, quisque mecum fortean ſuperabit.

§. 5. Situm hujusce Urbis vel Vici accurate definire, quanquam paulo obscurius videatur, exiſtimem tamen poſſe inveſtigari, quatenus Hiſtoria Sacra nobis facem præbet, quam preſſe ſequar, prout 1. *Sam.* XXX: 26-29. habetur.

§. 6. Ita referunt Sacri Annales: *Venit David in* Tziklag (quondam Simeonitarum Urbem *Ioſ.* XIX: 5. ab Amalecitis expugnatam 1. *Sam.* XXX: 1. ſitam in *Daroma* fide *Euſebii* in Σικελὰγ, quam Achis Philiſtæorum Rex ceſſit Davidi XXVII: 6. ergo abhinc Judæ accenſendam,) *& miſit de præda Senioribus Jehudah, amicis ſuis, dicendo:* En vobis benedictio de ſpoliis inimicorum Jehovah, ſc. *Amalecitarum.* Adeoque colligo Ur-

bes mox recenſendas, in regione tribus Judæ, *Tziklago* proximiores, ſitas fuiſſe, quod ut evincam, de ſingulis ſeorſim ſum acturus.

§. 7. David, de recuperata ab Amalecitis præda, in partes diſtributa, miſit *iis* אשר בבית-אל *qui* in Domo Dei, *Alex.* & *Complut.* Βαιθὴλ, aliis Βεθσὲρ ſcribitur, quæ lectio etiam inceſſit Codicem LXX. Viralis (vulgo dictæ) Verſionis Exemplar *Vaticanum*: Librarii non videntur aſſecuti verum hujus locutionis ſenſum, exiſtimarunt intelligi *Bethelem* ſitam in limine auſtrali regionis Ephraimiticæ, in confiniis tribus Benjamin, utpote remotiorem ab iis, quæ ſequuntur, hinc ſubſtituere voluerunt *Bethſur* in tribu Juda. Joſ. XV: 58. omnino בית אל mihi eſt *Domus Dei*, θεῖος οἶκος *Suidæ*, *Heſychio* οἶκος Θεȣ̃, in genere notat locum, in quo Deus ſe homini, ſub gratioſiſſimo ſigno glorioſæ ſuæ Præſentiæ, manifeſtat. Conf. *Gen.* XXVIII: 17. & cœtus congregatur ad commemorandum Nomen Dei. *Eccleſ.* IV: 17. eo enim venit Deus. *Exod.* XX: 23. hoc ſenſu *Tabernaculum* vocabatur בית האלהים *Jud.* XVIII: 31. בית יהוה 1. Sam. I:24. III: 15. & *Templum*, contradiſtinctum *Tabernaculo* portatili. 2. *Sam.* VII: 5. 1. *Reg.* III: 2. Juvabit contuliſſe illa *Sozomeni*, ubi de Βηθελίᾳ Vico Gazæorum, in qua præter alia Templa antiquioris ſtructuræ etiam Πάνθεον erat. *Hiſt Eccleſ.* V: 15. *Conjicio*, inquit τὸ χώριον ἔνθεν λαχεῖν τὴν προσηγορίαν καὶ ἐκ τῆς Σύρων φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλήνων ἑρμηνευόμενον θεῶν οἰκητήριον ὀνομάζεσθαι διὰ τὸν τȣ̃ Πανθέȣ ναόν. *Locum hunc inde nomen accepiſſe, & ex Syrorum lingua in Græcam verſum*, Deorum domicilium *appellari, propter illud omnium Deorum Templum.* Ingenue fateor mihi hunc locum indicaſſe Clar. *Relandum.* Palæſt. Illuſtr. III. *pag. m.* 638. Illi,

li, אשר בבית-אל οἱ ἐν οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, quibus Rex *decimas* ἀκροθίνια prædæ recuperatæ fertur miſiſſe, ſunt Sacerdotes & Levitæ, qui pro ratione muneris commiſſi, Tabernaculo inſerviebant, offerendis victimis totique ſacro miniſterio obeundo, κατὰ τάξιν excubias agebant circa Tabernaculi portam, & ita in *Domo Dei* erant & in illa quaſi habitare cenſebantur ac Domeſtici Dei. Jam *decimas* etiam ſpoliorum a Victore, in ſignum gratitudinis Deo præſtandæ & gratiarum actionis, ipſi a quo victoria eſt, *Prov.* XXI: 31. vel miniſtris ejus Sacerdotibus eſſe oblatas, conſtat etiam exemplo Abrahami. *Gen.* XIV: 20. &c. confer. *Joh. Conr. Hottingeri* de *Decimis Judæorum* Exercitat. II. §. 8. Abjatharem Pontificem, ſumto Sacerdotali *Ephod*, Deum conſuluiſſe, juſſu Davidis, priusquam in Amalecitas caſtra moveret, teſtatur Hiſtoriographus Sacer 1. *Sam.* XXX: 7. 8. confortaverat ſe Rex in Jehovah Deo ſuo. v. 6. victoriam & ſpolia ſibi à Deo data, fatetur v. 23. juſtum ergo erat Deo decimas præ omnibus aliis, etiamſi ab Amalecitis, deprædatis, offerre, imo aliud ſentire Davidis pietas in Deum & ſincerus in miniſtros ejus affectus vetat. Quanquam *Arcam Dei* tunc temporis in tribu Juda non fuiſſe probe ſciam, erant tamen אשר בבית-אל qui Miniſterio Tabernaculi præerant & inſerviebant, teſtis ſit ſummus Pontifex *Ephod* Sacerdotali indutus, qui ipſe Deum conſuluit.

§. 8. Miſit & iis prædæ reportatæ partem, qui ברומות נגב *Alex.* ἐν Ῥαμὰθ Νότου. *Ald.* & *Complut.* ἐν Ῥαμᾶ Νότου juxta *Vaticanum* τοῖς Ῥαμᾶ Νότου, *in* Ramoth *ad Meridiem* paſſim vertunt Interpretes, ſita erat hæc Urbs in Auſtrali parte tribus Judæ. Meminit hujus *Euſebius* in Ῥεμὼθ Hieronymo *Remath*, ſcribe *Remoth* ἔνθα ἀπέστειλεν ὁ Δαβὶδ (in-

fere ἀπὸ) τῶν σκύλων. Additur נגב *Negeb* ad significandam differentiam aliarum Urbium ejusdem nominis. Ναγὲβ nisi malis Νεγεβ *Negeb* non *Neceb*, ut legitur in Edito *Hieronymi*, ὁ νότος, παρ' Ἑβραίοις, Σύμμαχος, μεσημβρίαν, juxta *Eusebium*. Videtur intelligi ipsa illa Urbs, quæ *Jos.* XIX: 8. tribui Simeonis accensetur, dicta בעלת באר רמת נגב Baalath beer ramath negeb *Domina putei excelsi lustralis* vel *in excelso australi*, tantum monebo Lectorem, non ita probe distingui à me existimantem, cum cæteras Urbes vel Vicos omnes in regione tribus Judæ quærerem, hanc Simeoniticis accensendo; velim attendat *dimidiam Simeonis* possedisse Urbes ex portione tribus Judæ. *Jos.* XIX: 1. hinc *Tziklag* XV: 31. Iudæ, XIX: 5. Simeoni legitur cessisse. Adeoque nulla in eo est difficultas.

§. 9. Perrexit ad eos, qui habitant ביתיר in *Jatthir*, vaticanus *Codex* Græcæ Versionis legit vitiose satis Γηθὸρ, rectius aliis Ἰατθὴρ vertitur, sita Urbs hæc in montanis Judæ. Jos. XV: 48. obiter suppleas textum *Eusebii* in Ἴεθερ, ἔνθα ἀπέστειλε Δαβὶδ (ἀπὸ τῶν σκύλων.) Κώμη νῦν ἐστι Ἰεθορὰ ἐν τῷ Δαρωμᾷ. *Hieronymi* Jether, *ad quam misit David* (prædæ partem) *nunc est Villa in Daroma nomine Jethira.* Et paulo ante legitur in Editione *Eusebii* Ἰεθὲρ, πόλις Ἰούδα, φυλῆς, Ἱερατικῆς, καὶ πόλις Ἱερατικὴ, ἔστι νῦν κώμη μεγίστη Ἰεθειρὰ ὡς ἀπὸ σημείων κὰι Ἐλευθεροπόλεως ὅλη χριστιάνων ἐν τῷ ἔσω Δαρωμᾷ πλησίον Μαλάθων. recte *Hieronymus* scripsit *JETHER in tribu Juda, civitas Sacerdotalis: & nunc est villa prægrandis* Jethira *nomine in vicesimo milliario Eleutheropoleos: habitatores quoque ejus omnes Christiani sunt. Sita est autem in interiori Daroma juxta Malathan.* Ita in *Notis* „ Clar. *Clericus* monuit. „ Πόλις Ἰούδα, φυλῆς ἱε-

„ ρα-

„ ρατικῆς ; καὶ πόλις ἱερατική] *Hæc eſt mera βαττολογία dormitantis Librarii, aut parum attenti; „ ſcribendum, ut habet* Hieronymus, φυλῆς Ἰουδα, „ πόλις ἱερατικη. *Sic paſſim loquitur* Euſebius. „ Ἀτύμβολος ne videar, meo periculo inſeras *copulam* καὶ, ita ἔςι καὶ νῦν *Hieronymo* accedens, qui legit *& nunc eſt*, ut paſſim in *Onomaſtico*. Quæ & עתר dicta Simeonis. *Joſ.* XIX: 7. cujus meminiſſe videtur *Euſebius*, in Ἐθὲρ, quam autem Librarius aliam voluit inſerendo ἑτέρα delendum, vel potius corrigendum ex *Hieronymo*.

§. 10. Ablegavit Victor etiam partem recuperatæ prædæ, ad eos, qui degebant בערער ἐν Ἀροὴρ, vix me temperare poſſum, quin conjiciam Urbem ערערה *Joſ.* XV: 22. inter illas Judæ memoratam eſſe ipſam hanc ערער *Aroër*, levi utriusque ר curvatione emaculandam. Videtur eſſe *Euſebii* Ἀδδαρὰ, φυλῆς Ἰουδα πρὸς τῇ ἐρήμῳ *Hieronymi* Addara, *in tribu Iuda juxta deſertum*. In *Codd.* Græcis Ἀρουὴλ dicitur. Quæ an eadem ac ארורים Judæ 2. *Chron.* XI: 9. *Adora* Idumææ, in parte auſtraliore tribus Judæ, in mediterraneo tractu, memorata *Ioſepho* Antiq. Jud. XIII: 17. 23. ſit, judicent me peritiores.

§. 11. Etiam ſpoliorum partem miſit *iis*, qui בשפמות *Alex.* ἐν Σαφαμώς. *Complut.* Editio Σιφαμὼθ in *Schiphmoth*. At *Euſebio* & *Hieronymo* Σαφαμὼθ, ἔνθα ἀπέςειλε Δαβὶδ ſupple ἀπὸ τῶν σκύλων *ad quem locum miſit David*, adde *prædæ partem*. Hæc forte eadem ac שפמה *Num.* XXXIV: 10. in *Aldina* & *Complut.* Σεπφαμα *Hieronymo* Sephama. *Euſebio* Σεφεμὰ, ὅριον τῆς Ἰουδαίας πρὸς ἀνατολάς. Monenti *Clerico*, & *Hieronymi* Verſionem & locum Scripturæ, etiam *Bonfrerio* laudatum, nobis ſuadere hic legendum Ἰουδαίας, voluiſſem obſervatum, ſtante Templo Secundo,

Idumæam quoque per partem Judææ Auſtralem patuiſſe.

§. 12. Deinde *&* *iis*, *qui* incolunt אשתמע *Complut.* Ἐσθημόα *Eſthemoa* in montanis Judæ. *Joſ.* XV: 50. אשתמה ſcribitur, & אשתמע XXI: 14. de qua *Euſebius* in Ἐσθαμὰ & paulo poſt in Ἐσθεμὰ, *πόλις ἱερατικὴ καὶ νῦν ἐςι κώμη μεγίςη Ἰȣδαίων ἐν τῷ Δαρωμᾷ*, ὁρίȣ (ὅριον legas) Ἐλευθεροπόλεως. *Hieronymus* Eſthemo *civitas Sacerdotalis : nunc autem oſtenditur prægrandis vicus Iudæorum in Daroma, qui locus ad Eleutheropolim pertinet regionem.*

§. 13. Miſſa *Rachele* רכל *Euſebio* Ῥαχὴλ, ἔνθα ἀπέςειλε Δαβὶδ (ἀπὸ) τῶν σκύλων. *Rachel* dicta *Hieronymo*, una Urbium Judæ, quo David Rex ablegavit partem prædæ recuperatæ ab Amalecitis nuper Judææ incolas deprædantibus. (De *ſitu* hujuſce Urbis mox pluribus diſſeram.)

§. 14. *Et iis qui* incolunt civitates הירחמאלי (τȣ̃ Ἰεϱεμεὴλ juxta *Vaticanum* MS) *Jerachmeëlitarum* & Urbes (*Alex.* τȣ̃ Κειναίȣ) הקיני *Kenitarum. Jerachmeëlitas* & *Kenitas* vel *Kenæos* jungit etiam autor Sacer. 1. *Sam.* XXVII: 10.

§. 15. *Jerachmeëlitæ*, quorum rarior occurrit memoria, fuere poſteri Judæ, ex Heſronis Perezidæ primogenito. 1. *Chron.* II: 9. 25. 26-33. filii hujus recenſentur. Nomen, patris hujuſce gentis proprium, vocabatur ירחמאל *Jerachmëel* Ἰεϱαμεὴλ Græcis Intt. juxta Cod. *Vaticanum.* Non eſt dubium, quin *Jerachmeëlitis*, hujuſce *Jerachmeelis* poſteris, aliquis Urbium tractus ceſſerit, quod vel ſolo ex hoc loco 1. *Sam.* XXX. conſtare poteſt. Quid inceſſerit *Hieronymum* in *Onomaſtico*, ubi *Jerameli* ipſi eſt, *regio Allophylorum*, alii judicium ferant, interim conſulas *Bonfrerium* in *Notis.* pag. m. 95. in *fol.* Erant enim *allo-*

allophyli antiqui Philiſtæi, qui Aſcalonem, Gazam, Azotum, Gath & Accaronem inhabitabant: vel poſſet *Hieronymus* eo ſenſu intelligi, quo ſignificaret *Jerameli* ſeu *Jerachmeëlitarum* tractum fuiſſe ſitum in extrema ora Auſtrali tribus Judæ, verſus alienigenarum terras, Gazam usque; nec adeo ineptum quis arbitretur, ubi attente conſideraverit verba *Joſephi* Antiq. Jud. V: 1. *pag. m.* 141. *Cumque ad ſortes ventum eſſet*, tribui Judæ *obtigit* tota ſuperior Judæa, *ſe extendens* usque ad Hieroſolymam. *Latitudio ejus* pertingebat usque ad Mare Sodomiticum, *in ſorte hac* erant Urbes *Aſcalon* & *Gaza*. Si itaque *Hieronymo* ſua conſtet fides, diſcimus inde *Jerachmeelitas* tenuiſſe tractum quendam in auſtrali termino Judæ verſus Gazam, forte priſcam ſedem τῶν *Avvim* עוים *Deut.* II. 23. *Joſ.* XIII: 3.

§. 16. *Kenæi* ſeu *Kenitæ* הקיני Κιναῖοι memorantur *Gen.* XV; 19. dicti à quopiam Kain קין patre Num. XXIV: 22. *Euſebio* Κηνὶ, χώρα ἀλλοφύλων. *Hieronymo* Ceni, *regio Philiſthûm.* Erant quidem *Kenæi* alienigenæ, ſed pacifici Iſraëlitarum accolæ & inquilini, hinc forte *Chaldæo* שלמאי *Schalmæi*, quaſi *pacifici* audiunt. Fuere amici, benevolo animo erga Iſraelitas affecti, *fecerunt* חסד עם-כל-בני ישראל *miſericordiam* omnibus filiis Iſraël, cum *adſcenderent ex Ægypto*, 1. *Sam.* XV: 6. eosque, tanquam amicos tractarunt, ut liquet. Fixerunt ſedes ſuas *in ſolitudine Judæ* בנגב ערד *quæ eſt* in meridie Arad. *Jud.* I: 16. in auſtrali parte Terræ promiſſæ. *Num.* XXXIII: 40. ſi *Hieronymo* & *Euſebio* fides habenda eſt, *Arad*, terminus Judæ fuit, diſtans *ab oppido Malatis* in quarto, *à Chebrone* viceſimo lapide *ad meridiem*.

§. 17. Jam ex præmiſſis conjicio, רכל *Rache-*

 lem

lem רחל *Ieremiæ* Ῥαχὴλ *Matthæi* (1) esse nomen Urbis vel Vici in australi parte tribus Judæ, contradistinguitur enim הָ֫ רמה *Ramah* Ῥαμᾶ (de qua mox dicam, quid sentiam) ita vel *Urbem* vel *tractum montanum* appellari omnes consentiunt. (2) Sitam fuisse hanc *Rachel* inter *Esthemoam* & *Ierachmeelitarum* & *Kenæorum Urbes*, (3) adeoque circa fines & terminum regionis tribus Judæ versus austrum: hæc potuissent sufficere firmandæ conjecturæ, verum illa magis illustrabitur, si quis attenderit, *Ramah* רמה indigitare terminum vel locum, huic רחל *Racheli* oppositum, tum omnino probabit, lamentationem & ejulatum Matrum, contribulium Judæ, plangentium horrendam illam & cruentam bimulorum stragem, personuisse per totam tribus regionem, ab uno termino usque ad alium, qualem tropum orationis etiam alibi observare licet.

§. 18. Huic *Racheli* oppono *Ramam*, ex plurimorum Interpretum sententia, illam Benjaminis, a Baësa Rege Israëlis munitam. (Vide *Iof.* XVIII: 25. *Iud.* XIX: 10. 1. *Reg.* XV: 17. 2. *Chron.* XVI: 1. &c.) Gebam inter & Gibeam. *Ies.* X: 33. ad septentrionem Hierosolymæ sitam, ex verissima *Bonfrerii* sententia, quam nuper vindicavit summus in Belgio h. t. (a) Theologus *Camp.* VITRINGA *Pater*, in absolutissimo (multijugæ lectionis, stupendæ eruditionis & rariorum Sacra-

(a) Immo elapsi temporis. Neque enim sine summo animi dolore significare tibi possum, Virum hunc praeclarissimum, sacri, imo literati hac tempestate Ordinis Principem pridie Kal. Apriles hujus anni anno aetatis LXIII. post obitam summa cum laude per XLII. annos Theologiæ & historiae sacrae in incluta Frisiorum Academia Professionem, rebus humanis eheu! ereptum esse. Sed plura de eo propediem. T. d. H.

crarum Obſervationum Gazophylacio) *Comment.* ad *Ieſ.* X : 33. pag. m. 292. *a.* Interpres *Chaldæus* ברמה παραφράζει ברם עלמא *in* excelſo *mundi*, ita è Veteribus *Hieronymus* τὸ רמה appellative ſumſit pro *excelſo*, etiam *Syrus* vertit רמתא *collem*, ſeu locum *excelſum*: omnino poſſet quis cogitare de *montano* Judæ ſeu הר המלך *Monte Regio*; הר יהודה *Ioſ.* XXI: 11. nuncupatur ὀρεινὴ Ἰȣδα *Luc.* I: 39. τῆς Ἰȣδαίας Tractus Judææ montanus Clar. *Ligtfotho* (Cent. *Chorogr.* præmiſſæ Evangel. *Matthæi* cap. XI.) autore, ab ultima ora Auſtrali terræ Judæ ad Hebronem, imo ipſam fere Hieroſolymam usque excurrebat; in dorſo hujuſce tractus montani Urbes ſitæ erant, quas enumerat Hiſtoriographus Sacer *Ioſ.* XV : 48-60. triginta octo. Quid ſi concederem *Vocem* ברמה *auditam* perſonuiſſe omnes in montano Judæ Urbes, ab Auſtro ad Septentrionem tribus Judæ: mihi enim perinde eſt, nec quicquam decedet hypotheſi, quam tueor, omnes enim ἐν τοῖς ὁρίοις Bethlehemi offendes *Matth.* II : 16. Niſi quis malit cogitare, de *Ramath-Negeb* Auſtri. *Ioſ.* XIX : 8. in montano Judæ verſus Auſtrum prima Urbe, ut videtur, coll. §. 8.

§. 19. *Vox* קול (de reſonantium nubium voce vel ſono *Exod.* IX: 28. *Pſ.* XXIX: 3.) φωνὴ (etiam *Mat.* III: 17. XVI: 5. XXIV: 31.) indigeſta matrum & bimulorum plangentium, atroce ejulatu, perſonante totum athmoſphærium contribulium Judæ, late *audita eſt* vel à *Rachele Ramam* usque vel in *montano* Judæ, ab Auſtro ad Septentrionalem Regionis limitem, quaquaverſum. נהי בכי תמרור ם, θρῆνος (*Etymologis* Græcis ἀπὸ τȣ̃ θραύειν τὸν νȣ̃ν, quod *mentem* ſeu *animam frangat*, dicitur, niſi malis παρὰ τὸ θρέειν timultuando *clamorem edere.* Θρέειν *Heſychio* θρηνεῖν,

ντῖν, Θρεομένη, Θρηνῦσα. Respondet 7ῷ נהי ut & *Ier.* IX: 10. *Mich.* II: 4. â נהה *lamentari, ejulare.* Etiam adhibetur pro קינה *lamentum, lessus* super defunctum. 2. *Chron.* XXXV: 25. Lamentatio *Ciceroni* Tuscul. Quæst. IV: 8. *est ægritudo cum ejulatu.*) καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολυς (in *Hebræo* Textu תמרורים *amaritudines* â מרר *amarum esse*, de flentibus & lamentantibus emphatice satis dicitur, qui præ summa animi ægritudine plangunt ut *Ies.* XXII: 4. *Ier.* XIII: 17. *Zach.* XII: 10. in luctu gravissimo Petrus pœnitentia ductus ἔκλαυσε πικρῶς *Matth.* XXVI: 75.) *lamentatio & fletus & AMARUS ejulatus multus* aërem quatiebat & resonabat ab uno limite agri Bethlehemitici eique contigui, imo totius regionis Judæ, ad terminum oppositum, (à tractu septentrionali montano, ad Australem in planitie,) tanquam præ aliis inhabitato. Conf. *Zach.* VII: 7.

§. 20. Ubi *Rachel* κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς introducitur, schemate mulieris, Matris, dura & cruenta innocuorum filiorum suorum *bimulorum & infra*, fata plangentis atroce ejulatu, tanto major & concitatior planctus, quam propensior matrum in parvulos animus & affectus, graphice satis indicatur; tropo sermonis emphatico, cui non inhærebo; luget *Rachel* τὰ τέκνα αὐτῆς puerulos *masculos*, φύλους οἰκῶν, Herodes enim legitur πάντας τοὺς παῖδας. *Matth.* II: 16. interfecisse manu carnificum, habito discrimine sexus, noverat quippe Rex, Messiam, Virum, fore ex luculentis Prophetarum Vaticiniis & Scribarum, quos de eo consuluerat v. 4. testimoniis, conf. v. 8. ita Christus antitypus Mosi typo, Herodes Rex, Pharaoni Regi Ægyptio, *Exod.* I: 16. accuratius respondebit.

§. 21.

§. 21. Proh horrendum, ingens ſcelus! quod ſtupet Orbis totus, reticet profana Hiſtoria, (excepta tamen, ut videtur *Macrobii* (Saturnal. II: 4.) diligentia, quæ *Voſſio* ficta audit: absque dubio conſtitit *Ioſephus* ſibi, prout dudum Clariſſimi Viri monuere, qua ratione inductus, tam alto, hujusce infanticidii Bethlehemitici & confinis tractus relationem ſilentio preſſerit.

§. 22. Equidem tamen ingenue fateor, me vel neſcire vel intelligere, quid *Ioſephus* paſſus ſit, cum in textu ejus nuper legerem. (*Antiq. Iud.* XIV: 17. *pag. m.* 484. Edit. *Colon.*) προσεξῆψαν δὲ αὐτȣ̃ τὴν ὀργὴν καὶ αἱ μητέρες τῶν ὑπὸ Ἡρώδȣ πεφονευμένων. αὗται γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ παρακαλȣ̃σαι τὸν Βασιλέα καὶ τὸν δῆμον ἵνα δίκην Ἡρώδης ἐν τῷ Συνεδρίῳ τῶν πεπραγμένων ὑπόσχῃ διετέλȣν. Vel hæc a manu *Ioſephi* ſunt, vel ab imperito Librario, contra omnem Hiſtoriæ fidem, textui intruſa; ſi à manu Autoris *Ioſephi*, prodit infanticidium, ſi non, deleantur: qui volet, animadvertat & corrigat, ſi poterit, quum vero quis hæc non delenda, vindicaverit *Ioſepho*, ſentiet illum hujus ſceleris meminiſſe, utique mihi non videntur alias cohærere verba hæc, nec poſſe ſenſu ſatis commodo cum antecedentibus & ſequentibus componi.

IX.

Joh. Georgii SCHELHORNII

De ΔΙΧΟΤΟΜΙΑΙ Servi nequam ad Matth. XXIV. 51. Diſſertatiuncula.

A R G U M E N T U M.

Inſtituti ratio. §. 1. Varie vox διχοτομεῖν transfertur. §. 2. Notare videtur vel diſſectionem in duas

duas partes: v. 9. Æliano, Heliodoro, Musonio §. 3. Sozomeno, Plutarcho &c. §. 4. 5. vel sectionem saltim ventris: Pausaniæ locus. De sententia Georg. Aug. Pancomii circa hunc locum. §. 6. & de phrasi: ἐκει ἑςαι ὁ κλαυθμος καὶ ὁ βρυγμὸς των ὀδοντων. §. 7.

§. 1.

Tanta industria, eoque eruditionis apparatu certatim Viri doctissimi in verum vocis διχοτομειν significatum inquisivere, ut vel avarissimo satisfacere queant ab iis allata, nobisque heic nonnisi eligendi gloria videatur esse relicta. Ea certe ex nonnullorum in h. l. annotationibus, licet variatum sit sententiis, elucet mentis acies, id ingenium, ut sæpe, diversas plane expositiones simul veras esse, optaverim. Et fateor; adhuc in æquilibrio vacillat animus, nunc huc, nunc illuc nutans: necdum satis constitui, cujus judicio potissimum subscriberem. Liceat igitur mihi, nihil certi hic definienti, duntaxat, salvis aliorum sententiis, recensere breviter, quæ de illius vocis usu apud Græcos Scriptores mihi observata fuerunt.

§. 2. Cum verbum διχοτομειν raro in Nov. Testam. (scil. præter hunc locum tantum Luc. XII. 46.) obvium sit, non valde miror, varie redditum illud esse ab interpretibus. Vulgatus transtulit: & *dividet eum*, quem hic, uti aliàs, sequitur vetus interpres Germanicus in editione Bibliorum vernacula, quæ ex officina Antonii Coburgeri Noribergæ 1483. prodiit, integrum versum sic transferens: **Und theilt ihn / und legt sein Theil mit den Trugnern. Da wird weinen und griesz-gramen der Zahn.** Lutherus: **Und wird ihn zuscheitern.** Versio Tigurina: **Und wird ihn in**

zwey

zwey hauen. Alias interpretationes taceo. Equidem ſ. Etymologia rem conficeret, facile perſpiceremus, vocem hanc, ex δίχα & τέμνειν conflatam, diſſectionem in duas partes notare. Sed cum ſciam, abuſum Etymologiarum eſſe haud exiguum, quo docti nonnulli viri, ſed uſus linguarum non ſatis periti, ut vim vocum interpretentur, ſolam Etymologiam, uſu neglecto, attendunt, cum hæc a perito divelli interprete nunquam debeant, quia alterum alteri lucem mutuam fœneratur; (a) quod probe monet eruditiſſimus Jo. Clericus: uſum potius hujus vocis inveſtigabimus, cum præſertim conſtet, eſſe inter verba a τέμνειν derivata, quæ proprium ejus ſignificatum, ſecandi videlicet, exuunt, tralatitium quendam accipientia, quo refero ὀρθοτομεῖν, κερτομεῖν, καινοτομεῖν: quanquam ex iis locis, quæ nunc recitabimus, forte perſpicias, uſum prorſus non repugnare iſti notioni, quam Etymologia noſtræ vocis ſuggerit.

§. 3. Primo autem notabo, ejusdem ſupplicii meminiſſe etiam Ælianum, qui in fragmentis p. 816. hæc perhibet: Προστάττει τὴν ἄθλιον παρθένον ΔΙΧΑΤΕΜΕΙΝ, *jubet miſeram virginem diſſecari in duas partes*: prout ea verba ibi transferuntur, ut ſic fere interpreti διχατέμνειν idem fuerit ac κατατέμνειν Æliano V. H. L. VI. C. XII. οἱ μὲν γὰρ ζῶντες κατεκαύθησαν, οἱ δὲ κατατμηθέντες εἰς τὸ πέλαγος ἐξεῤῥίφησαν, *nam alii vivi combuſti ſunt, alii diſſecti & in mare projecti ſunt.* Ex iis locis quæ jam afferentur, elucet, διχοτομεῖν vel diſſectionem in duas partes, vel ſciſſionem ſaltim ventris innuere. Priorem ſignificatum confirmant

(a) Sub finem Diſſertationis Etymologicæ, editioni Lexici Philologici Martiniani, Amſtelodamenſi 1701. præmiſſæ.

mant Heliodori verba (b) de navigiis Æthiopum arundineis: Καλαμος ἐςι ΔΙΧΑ ΤΕΤΜΗΜΕΝΟΣ, καὶ τομην ἑκαςην σκαφιον παρεχομενος. *Arundo in duas partes dissecta, ex qualibet sectione navigiolum præbet.* Musonius in libro de quæstione, an philosophum impediant nuptiæ? Κατα φυσιν δ᾽ ειτι αλλο, καὶ το γαμειν. Φαινεται ἐν, ἐπει τε χαριν ὁ τε ανθρωπε δημιεργος πρωτον μεν ᾽ΕΤΕΜΕ ΔΙΧΑ το γενος ἡμων; *Sunt autem & nuptiæ secundum naturam, si quicquam aliud. Quam enim aliam ob causam opifex hominis primum quidem bipartito divisit genus nostrum?* (c) ubi Musonius procul omni dubio ad διχοτομιαν primorum hominum respexit, quos Plato androgynos, duplicatis corporis partibus instructos, a Jove vero in perduellionis pœnam dissectos, sibi imaginatus est. Ipsa ejus verba huc transcribere supersedeo, utpote jam prolata a Doctiss. Majo. (d) Suidæ in Lexico notatur διχοτομια φαλαγγος, quam perhibet esse phalangis in duas æquales partes sectionem, quæ cornua vocantur. Utitur etiam phrasi διχοτομειν de divisione Orbis in duas partes, Asiam & Europam Isocrates (dd)

§. 4. Sozomenus (e) de Tarbula: παραλαβοντες δε οἱ μαγοι Ταρβελαν καὶ τας λοιπας καταδικαζεσιν αυτων θανατον και ΠΡΙΟΝΙ ΔΙΧΗ ΤΕΜΟΝΤΕΣ, ανεσκολοπισαν, καὶ ὡς αποτροπαιον νοσε, δια μεσε των σκολοπων την βασιλιδα παρελθειν εποιησαν, interprete Henrico Valesio: *Itaque Magi Tarbulam & reliquas duas corripientes, capitali supplicio addicunt, serraque bifariam dissectas, patibulis suffixerunt: atque ad depellendum morbum reginam per medium pa-*

(b) Æthiop. L. X. C. IV.

(c) vid. Stobæi Sermon. LXV. de Laude Nuptiarum f. 383. b.

(d) Obfervat. SS. L. II. p. 29. sq.

(e) Hist. Eccles. Lib. II. C. XII. p. 460. edit. Mogunt. 1677.

patibulorum transire jusserunt. Plutarchus (f) pro publica expiatione habitum fuisse apud Bœotos refert κυνος ΔΙΧΟΤΟΜΗΘΕΝΤΟΣ των μερων διεξελθειν, per canis in duo dissecti partes transire. Quod Macedonibus quoque in more positum fuisse, Livius testis est, de iis scribens: (g) *Forte lustrandi exercitus venit tempus, cujus solemne est tale: Caput mediæ canis præcisæ, & prior pars ad dexteram cum extis, posterior ad lævam viæ ponitur: inter hanc divisam hostiam copiæ armatæ traducuntur.* Obversatur hic animo crudelissimum & maxime detestandum facinus Xerxis, Persarum regis, cujus non sine horrore meminisse possum. Is Pythium Lydum, de se & exercitu suo optime meritum, quinque filiorum parentem unius vacationem a militia officiose petentem, hac insigni calamitate fregit, ut imperaret nonnullis militum, ejus filium natu maximum, quem domi retinere volebat bonus senex, μεσην διαταμειν, medium discindere, ejusque discissi dimidium ad dexteram viæ, & dimidium ad sinistram disponere, ut illac transiret exercitus atque hac victima (horresco referens) lustraretur. (h)

Homero ἀνδιχα κεαζειν est in duas partes scindere. Iliad. Π. v. 578. de Patroclo:

Αυταρ ἐπειτ' Ἐρυαλον ἐπεσσομενον βαλε πετρῳ
Μεσσην κακκεφαλην ἡδ' ΑΝΔΙΧΑ πασα ΚΕΑΣΘΗ,

Sed postea Eryalum irruentem percussit saxo medio in capite: illud vero in duas partes totum scissum est.

Idem Iliad Υ. v. 187. de Iphitione:

Τον ῥ' ἰθυς μεμαωτα βαλ' ἐγχει διος Ἀχιλλευς,
Μεσσην κακκεφαλην. ἡ δ' ανδιχα πασα κεασθη.

(f) Roman. Quæst. CXI. f. 290.
(g) Lib. XL. p. 313. edit. Francof. 1588. 8.
(h) vid. Herodot. L. VII. p. 174.

Hunc quoque recta ruentem percussit hasta divus Achilles medium per caput; id autem in duas partes totum scissum est.

Non autem existimo, διχοτομειν præcise semper denotare dissectionem in duas partes æquales, qua notione equidem scio vel centies gaudere in Euclide, Herone Alexandrino, Procli Sphæra (ubi non διχα τεμνειν tantum, oppositum τῳ τεμνειν ὡς ἐτυχε: sed & διχοτομειν, διχοτομος &c. occurrit) aliisque mathematicis: verum etiam in genere sectionem in duas partes significare. Hoc sensu ea voce uti mihi videtur Polybius L. X. C. 15. quem locum jam adduxit Cl. Raphelius, (i) ubi refert, sæpenumero, urbe aliqua a Romanis capta, non homines duntaxat occisos esse, ἀλλα και τȣς κυνας δεδιχοτομενȣς και των ἀλλων ζωων μελη παρακεκομμενα, sed etiam canes bifariam dissectos, & reliquorum animantium membra abscissa: ubi putaverim innui, canes a militibus gladiis fuisse discissos, quacunque tandem ratione id factum fuerit, ut alios capite truncatos, alios medio corpore, alios aliter dissectos fuisse mihi persuadeam, quod festinus & præceps militum furor nos suspicari jubet. Nimirum sicut διχα σχίζειν est generatim in duas partes scindere: e. g. apud Theocritum Idyll. XV. v. 69.

Ὠ μοι δειλαια, διχαμεν το θεριστριον ἠδη ἐσχισαι.

Me miseram, dupliciter mea vestis jam scissa est.

Quorum verborum non stricte is sensus est, ac si vestis in duas partes æquales lacerata fuerit. Ita & διχοτομειν non semper medium dissecare (licet hic significatus frequentissime isti voci competat) sed nonnunquam in genere secare in duas partes notare videtur. At nihil hic loci determinare au-

fim:

(i) in Annotat. Philol. in N. T. ex Polybio & Arriano collectis. p. 99.

ſim: de uſu enim vocis tantum differere mihi propoſui. Hoc tamen mihi pro explorato eſt, mortis ſupplicium ultimamque pœnam ſervo nequam hoc verbo denunciari, ut ſic vel capitis amputatio, vel disſectio per medium, vel aliud hujusmodi infelix mortis genus innuatur.

§. 6. Si cui placuerit ingenioſiſſima hujus loci expoſitio, quam Theologus idemque Philologus celebratiſſimus, & de me quoque optime meritus, qui ſub nomine Georgii Auguſti Pancomii latere voluit, in epiſtola ad D. Gotofr: Olearium A. 1713. ſcripta, publice propoſuit: eam quoque teſtimonio Græci Scriptoris cujusdam confirmabo. Peracute autem conjectatur Vir eruditiſſimus, reſpici ad triſtiſſima fata, quibus transfugarum multi tempore obſidionis Hieroſolymitanæ functi ſunt, nonnullis, ruptis ex intempeſtiva voracitate iliis, pereuntibus: multo vero pluribus, manibus crudeliter illatis, profectoque per milites ventre, miſerandum in modum peremtis: quod ex Joſephi L. VI. C. 36. de B. J. notum eſt. Probat hanc ſententiam variis argumentis, tandemque vocem διχοτομειν hoc ſenſu interdum venire, rationibus quibusdam firmat. Præcipue provocat ad Alexandrinos Interpretes, quibus in victimarum mactatione diſſecti ventris actum, in aperiendo abdomine atque pectore primo omnium occupatum, primario διχοτομιας nomine appellari, haud paucis teſtimoniis evincit. Dabimus nos hujus notionis probandæ gratia locum aliquem ex Scriptore extero, Pauſania videlicet, qui de extiſpicina quadam veteri præter alia his verbis (k) utitur: Κυων ἱερειον δη παρ᾽ ἀυτῳ κειται ΔΙΑΤΕΤΜΗΜΕΝΟΣ ΤΕ ΔΙΧΑ καὶ φαινων το ἠπαρ. interprete Romulo Amaſæo: prope canis jacet bi-

(k) Eliac. Lib. II. fol. 178. edit. Francof. 1583.

bipartito diſſectus, nudato jecinore, vel, ut cum Gellio ex N. A. L. X. C. 10. loquar, inſecto apertoque corpore: ubi vides, ni fallor, ventris tantum diſſectionem indigitari, qua opus erat, ut exta, ac nominatim jecur, nudari inſpicique poſſent. Nam ut Merœbus apud Heliodorum (l) ait: τα θυματα σφαγιασθεντα και ἀνατμηθεντα την ἀπο των σπλαγχνων σημειωσιν τοις μαντικοις ὑποδεικνυσιν victimæ mactatæ & reſectæ (in duas partes per medium diſſectæ) extis ſignificationem vatibus præbent. Cæterum triſte illud fatum transfugarum Judaicorum, quos, ſciſſis ventribus, pecuniæ viſceribus abditæ ſcrutandæ cauſa, ſæviſſimis Romanorum militum manibus, indignante licet Tito Veſpaſiano, ſubjectos fuiſſe ex Joſepho conſtat, in memoriam mihi revocat epigramma Antiphili haud inficetum de mure, quem eodem pene modo ex eadem cauſſa diſciſſum fingit. Adſcribam illud animi gratia: (m)

Ψηγμα πυρον χρυσοιο σιδηρειων ὑπ᾽ ὀδοντων
  Ρινηθεν, Λιβυκης κȣφοτερον ψαμαθȣ,
Μυς ὀλιγος βαρυ δειπνον ἐδαισατο. πασα δε νηδυς
  Συρομενη βραδιπȣν θηκε τον ὠκυτατον.
Ληφθεις δ᾽ ἐκ μεσατης ἀνετεμνετο κλεμματα γαστρος
  Ης ἀρα κ᾽ην ἀλογοις, χρυσε, κακȣ προφασις.

Franc. Bellicarius ſic reddidit:

Limarat fulvi ramentum dentibus auri,
  Pondere cui Libyæ cedat arena levis,
Mus parvus, parvam haud cœnam: ſed prægravis auro
  Reddiderat tardos alvus obeſa pedes.
Fur quoque deprenſus, ventrem diſcinditur: aurum,
  O brutis tanti tu quoque cauſa mali!

(l) Æthiop. L. X. C. 33.
(m) Antholog. Græc. Lib. I. Cap. XXXIII.

§. 7. Quamcunque ſententiam amplexus fueris, fletus ac ſtridor dentium locum habere poteſt. Senſus enim verborum Chriſti hic eſt: Herus poſt adventum ſuum negligentem & improbum ſervum διχοτομησει atque ita ſupplicio eodem μετα των ὑποκριτων και ἀπιςων illum afficiet: & tunc erit fletus & ſtridor dentium. Ea expreſſione omnem nimiam anxietatem ac timiditatem animique cruciatum notari mihi perſuadeo, quo præſertim ii affliguntur, qui ſævæ cujusdam mortis ſupplicio deſtinati ſunt. Sic Homerus Iliad. XIII. v. 282. ſeqq. ubi characterem fortis & ignavi timidive exhibet, hunc ſic delineat:

Ignavi mutatur color aliter atque aliter
Neque ei quiete ut ſedeat continetur in mentibus animus:
Sed mutat ſedes, & ſuper utrumque pedem ſedet,
Inque pectoribus valde ei pulſat.

Mortem ſuſpicanti, πατταγος δε τε γινετ᾽ ὀδοντων *ſtridor autem fit dentium.* Ita & Heliodorus L. V. C. 3. de Cnemone perterrito, ac deliquium fere animi ob caſum quendam inopinatum paſſo: Και αὐτῳ το μεν σωμα παλμος εἰχε των δε ὀδοντων ἀραβος πολυς ἐγιγνετο. *Et ipſius quidem corpus tremor invadebat, dentium autem multa colliſio exiſtebat.*

Y18-
ſc,

X.

Catalogus librorum à Reformatis editorum

GALLICE

Continuatus.

Histoire de la Papesse *Jeanne* fidelement tirée de la dissertation Latine de Mr. SPANHEIM, premier professeur en l'Université de Leyde. Seconde Edition augmentée; à la Haye. 1720. 12. 14. plag. Haec dissertationis Spanhemianae Gallica versio a celeberrimo Viro Jacobo *Lenfantio* adornata primum prodiit anno superioris saeculi XCIV. non Coloniae, ut titulus habet, sed Amstaelodami Huguetanorum typis, nunc aucta a doctissimo ecclesiae Gallicae Brandenburgensis Ministro *des Vignoles* secundum elegantissime excusa est, & parum abest, quin mereri eam illam inscriptionem dicamus, quam doctus quidam Vir illi praefigi voluit. *La Papesse Jeanne rehabilitée dans son rang entre les Pontifes de Rome.* V. Journal des sçavans d'Amst. a. 1720. n. 4. Nouvelles litteraires S. XI. p. I. n. 4. Rep. der gel. Maart. & April. p. 369. Ceterum Ill. Virum *Pachelbel von Gehag*, qui principi Anspaco-Brandenburgico a consiliis secretioribus est, moliri *Probationem historiae de Johanna Papissa per versus & nummos* accepimus.

Essais sur la providence, & sur la possibilité de la resurrection. Traduit de l'Anglois du Dr. B. à la Haye, 1719. 12. pag. 247. s. 11. plag. Vide Nouvelles literaires X. T. p. 2. & Rep. der Gel. a. 1720. Jul. & Aug. & le Clerc. Bibl. A. & M. T. XII. p. I.

La Liturgie de l'Eglise Anglicane Londres 1719. 8.

8. Debetur haec editio celeberrimo *Abbadio*, qui eam Regi inſcripſit.

Sermons ſur divers textes de l'Ecriture Sainte par Jaques SAURIN. Tome quatrieme; à la Haye 1720. 8. pagg. 426. v. le Clerc. Bibl. A. & M. T. XIV. p. I. n. 5. & nouv. litt. d'Amſterdam T. XI. p. 2. n. 8.

Le Catechisme, ou l'inſtruction dans la religion Chreſtienne avec un abregé de l'hiſtoire par Mr. OSTERWALD, cinquieme edition revuë par l'Auteur; Amſt. 1721. 8.

La verité du Texte de la 1. ep. de St. *Jean* Ch. V. v. 7. demontrée par des preuves, qui ſont au desſus de toute exception, tirées de temoignages des Egliſes Latines & Grecs, & principalement d'un vieux manuſcript du N. T. par David MARTIN, Miniſtre de l'Evangile dans l'egliſe Wallonne à Utrecht: 1720. 8.

Le Medecin Chretien & ſincere, ou conſiderations preliminaires & generales ſur les deux Traités de la medicine du Corps & de l'Ame Par J. B. D. M. c'eſt à dire, J. BARBOT, Docteur en medecine. A. Londres 1719. 4. V. Bibl. Angl. T. VII. p. II. n. 11.

Sermons ſur divers textes de l'Ecriture ſainte par Antoine LEGER, Paſteur & Profeſſeur en Theologie à Geneve 1720. 8. 3. voll. Vide le *Clerc*. Bibl. A. & M. T. XIV. p. 1. n. 4. Hae conciones Baſileae Germanice excuduntur.

Abregé de l'Eſſai de Mr. LOCKE ſur l'entendement humain. Traduit de l'Anglois par Mr. BOSSET. à Londres 1720. 4. pagg. 296. Compendium hoc noti operis Lockiani jam pridem à RR. *Winnio*, epiſcopo Aſſaphenſi concinnatum fuit.

Le Catechiſme de Heidelberg, ou courte inſtruction contenant les Principes de la religion Chreſtienne, enſeignés par les Proteſtans reformés, dans les egliſes & les ecoles du Palatinat, de Pruſſe,

ſe, Pologne, Hongrie, Tranſilvanie, Hollande, Suiſſe 4 à Londres, 1720. 8. pagg. 56.

Argumens & Reflexions ſur les livres & ſur les chapitres de la ſainte Bible. II. Tom. à Neufchaſtel. 1720. 4. Alph. V. 6. phil. Vide Acta Erud. Lipſ. Lat. Febr. a. 1721. & le *Clerc*. Bibl. a & M. T. XIV. p. 2. n. 5. ubi cognoſces hoc opus deberi Joh. Friderico OSTERWALDIO, Neocomenſis eccleſiae Miniſtro fideliſſimo.

Diſcours hiſtoriques, Critiques, Theologiques, & Moraux ſur les evenemens du Vieux & de Nouveau Teſtament. Amſt. 1721. 2. Tom. 8.

Le Moyen de plaire à Dieu ſous l'Evangile, ou l'on traite des Conditions, que ceux, qui croyent en Jeſu Chriſt, doivent remplir, pour etre agreables à Dieu, & des illuſions dans lesquelles ils ſont ſujets à tomber ſur cet article par M. Benjamin HOADLY, Evêque de Bangor. Traduit de l'Anglois par M. RICOTIER. à Amſt. 1720. 8. pagg. 466.

L'Ouverture des ſept ſeaux par le fils de Dieu, ou le Triomphe de la providence & de la religion. Amſt. 1721. 2. Voll. in 12. Auctorem ſcripti eſſe ferunt celeberrimum ABBADIUM.

La Religion des Mahometans expoſée par leurs propres Docteurs, avec des eclairciſſemens ſur les opinions, qu'on leur a fauſſement attribuées. Tirée du Latin de M. RELAND & augmentée d'une confeſſion de foi Mahometane, qui n'avoit point encore parue. A la Haye 1721. 12 pagg. 526. Vides hic editionem libri Gallicam; qui Latine primùm ſcriptus, & Belgice & Germanice jam exſtabat, cui addita eſt confeſſio Muhammedanae fidei, quae nunc primùm prodit, olim lingua Hiſpanica quidem, ſed characteribus Arabicis ſcripta.

Eſſais de Theologie practique, ou Traité de la Vie ſpirituelle & de ſes Characteres, traduit du Latin de M. Campege VITRINGA, Profeſſeur

en

en Theologie & en histoire sainte à Franeker. Par Mr. de *Limiers*, Docteur en droit. A Amsterdam. 1721. 8. pagg. 1. Alph. 8. pl.

Dissertation historique sur les Duels & les ordres de Chevaliere par Mr. B. à Amst. 1720. 8. Auctor libelli est celeberrimus *Basnagius*.

Considerations ou raisonnement clair & solide sur les trois d'entre les principaux points en dispute de l'Ecriture sainte à la Haye. 1720. 8. 14. phil. Vide librum hunc recensitum in Actis Lips. Erud. M. Junio. a. 1721. n. 3. Continet I. de Origine Jobi & veritate ipsius historiae. II. de 450. annis, qui Act. XIII: 20. commemorantur. III. de Melchisedeco. IV. de loco Ezech. IX: 4. contra hodiernos Separatistas, qui publico Dei in templis cultui privata conventicula praeferunt, dissertationes.

Cinq Sermons sur la verité de la religion Chrestienne, avec un sixieme prononce à l'occasion de la Peste, qui regne à Provence par Mr. J. B. CROUSAZ, Professeur en Philosophie & en Mathematique dans l'Academie à Lausanne. Amst. 1721. 8. pagg. 352. Vide de Auctore Cl. IV. fasc. IV. p. 678. De hoc libro Bibl. Anc. & mod. T. XVI. p. 1. n. 9.

Traité de l'education des Enfans par J. B. de CROUZAZ, Professeur en Mathematique à Lausannne. A la Haye 1722. 12. I. Vol. pagg. 492. & II. Vol. pagg. 568.

QUAESTIO.

Quid Ps. LXXIV: 13, 14. per עם לציים & ראשי תניגים & ראשי לויתן intelligendum sit?

Continuatio aliquot Librorum, qui venales proſtant apud S. Schoonwald.

NOrrelii Phosphorus Orthodoxæ fidei Veterum Cabaliſtarum, ſeu Teſtimonia de Sacroſancta Trinitate & Meſſia Deo & Homine, ex libro Sohar. Cum Teſtim. Surenhuſii Hebr. Lat. 8. Amſt. 1720.

—— ΣΧΕΔΙΑΣΜΑ de Avibus Arbeh, Salam, Chargol, Chagab, Iſraëlitis Lev. XI. & Deut. XIV. in cibum conceſſis 8. Amſt. 1720.

De la Nuza Tract. Evangelici diſcurſuum, allegoriarum & moralium ſuper diverſis materiis 4.

Olearii Theologia Univerſa 4. Halæ 1678.

—— Synopſis Controverſiarum ſelectiorum cum Pontificiis &c. 8. Lipſ. 1710.

—— Diſpoſitiones ad Libros tam V. quam N. Teſt. 8. Halæ 1701.

Opitii Lexicon Hebræo-Chaldæo-Biblicum 4. Lipſ.

—— Syriaſmus reſtitutus 4. Lipſ. 1678.

Oratio Dominica plus centum Linguis & verſionibus expreſſa 4. Lond. 1700.

—— —— in omnium fere gentium Linguas transfuſa, editore Chamberlaynio 4. Amſt. 1715.

Origenis contra Marcionitas, de Oratione Libellus, & Diadachi ſermo contra Arrianos. Gr. Lat. 4.

Oſiander de Magia 4. Tubing. 1687.

—— Theologia Caſualis 4. ib. 1680. 6 voll.

—— Diſpoſitiones Evangelior. Dom. & Feſt. 4. ib. 1691. 14 vol.

Otrokocſi ΕΙΡΗΝΙΚΟΝ ſeu Pacis Conſilium 8.

Owmanni Lotio Manuum Judæis uſitata ex Codice Miſchnico 8. Hamb. 1706.

Pagnini Theſaurus Linguæ Sanctæ 8. Antv. 1588

Paſoris Manuale, & Syllabus Gr. Lat. N. Teſt. 12.

Pfaffii Diſſ. Critica de Genuinis Libror. N. Teſt. Lectionibus contra Millium 8. Amſt. 1709.

—— Dog-

—— Dogmata Protestantium ex Jure Canonico 4.
Pfeifferi Opera omnia quæ extant Philologica. 4. Traj. 1704. 2 vol.
—— Critica Sacra 8. Lipſ. 1712.
—— Informatorium Conſcientiæ Euchariſticum.
—— Exercitationes Biblicæ 4. Wittemb. 1685.
—— Hermeneutica Sacra 8. Lipſ. 1698.
—— Theologiæ Judaicæ atq. Mohammedicæ principia 8. ib. 1687.
Picteti Ethica Chriſtiana 12. ib. 1712.
—— Syllabus Controverſiarum &c 12. ib.
—— Diſſ. de Conſenſu & Diſſenſu inter Reformatos & Auguſtanæ Confeſſionis &c. 8. ib. 1700.
Placæi opera 4. 2. vol. Franeq. 1703. 2 vol.
Pocockii Philoſophus autodidactus de Hai ebn yokdhan Arab. Lat. 4. Oxon. 1700.
Polani Syntagma Theologiæ Chriſtianæ fol. Ffti.
Poli Synopſis Criticorum aliorumque Script. ſac. Interpretum fol. Ffti. 1713. c. m. 5. voll.
Proelei Demonſtratio de Certitudine ſenſuum rationis & fidei 8. Lips. 1704.
Przipcovii Cogitationes ſacræ ad initium Evang. Matthæi &c. fol. 1692.
Pythii Reſponſio Exſtatica ad Tractatum Præadamitæ 12. Lugd-B. 1656.
Reitzii Prudentia Eccleſiaſtica 8. Heidelb. 1692.
Relandi Antiquitates ſacræ Veterum Hebræorum 8. Traj. 1717.
—— De Religione Mohammedica Arabico-Latina 8. ib. 1717.
—— De Spoliis Templi Hieroſolymitani 8. ib.
Rhenferd de Decem Otioſis Synagogæ 4. Franeq.
—— Exerc. variæ Philologicæ 4. ib. 1686.
—— Differt. Philologico-Theologicarum de Stilo Novi Teſt. Syntagma 4. Leov. 1702.
Ringierii Conciones de Præparatione ad Coenam Dom. 4. Bernæ 1680.

Rit-

Rittangelii Bilibra Veritatis 8. Bernæ 1680.
Robertson Thesaurus Linguæ Sanctæ 4. Lond.
—— Manipulus Linguæ Sanctæ & Eruditorum 8. Cantabr. 1683.
Röell Comment. in Epist. Pauli ad Ephesios. 4.
—— De Religione Rationali & de Theologia 8.
Salianus de Amore Dei 4. Paris 1631.
Scherzeri Collegium Anti-Calvinianum 4. Lips.
—— —— Anti-Socinianum 4. Lips. 1702.
—— Systema Theologiæ 4. ib. 1698.
—— Breviarium Theologicum Hulsemannianum enucleatum cum Addit. v. Alberti 4. Lips. 1687.
Schenck in Judam 8 Marpurgi 1692.
Schereri Synchronismus Hist. Univ. Synopticus de Rebus Eccles. 8 Helv. 1708.
Scheringhamii Joma, seu Codex Talmudicus de Sacrificiis 8. Franeq. 1696.
Schickardi Epitome Bibliorum Hebr. Lat. 8. Tubing. 1663.
—— Horologium Hebræum 8. ib. 1683.
—— Rota Hebræa 8. ib. 1663.
—— Institutiones Ebraicæ 8 Jenæ 1670.
Schmidii Commentar in Jeremiam. 4. Fti 1697.
—— —— In Esaiam & Josuam 4. Hamb. 1702.
—— Articulorum Formulæ Concordiæ Repetitio 4. Argentor. 1669.
—— Dissertationis academicæ Commentationes in diversa S. S. Loca &c. cum Annotat. Danhaueri. Bebelii & Fausti 4. Hamb. 1695.
—— Historiæ Ecclesiasticæ 8. Helmst. 1714.
—— Compendium Theolog. Dogmaticæ 8. ib.
—— Consilium quo Centurias Magdeburg. commendat. 4. ib. 1700.
—— Compendium Historiæ Ecclesiasticæ 8.
—— Lexicon Ecclesiasticum minus 8. ib. 1712.
—— Liber Psalmorum in Tabulas redactus 4.

Hujusmodi Librorum proxima occasione plures.